BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
13 G
38

12 A. 49

Digitized by Google

DE MODO, ET RATIONE CITANDI, ET PROCEDENDI IN ROMANA CVRIA.

OPVSCVLVM GRATIOSI VBERTI I. C. CAESENATIS, ET IN EADEM CVRIA ADVOCATI.

IN SEX PARTES DISTINCTVM.

I. De Citationibus Præparatorijs. II. De Probatorijs. III. De Ordinatorijs. IV. De Deciſiuis. V. De Executiuis pro execut. rei iudicatæ, & obligat. Cam. VI. De iuſtificat. & executione litterarum Apoſtolicarum.

EDITVM Ad aperiendam Iuniorum mentem, & Prouectorum ſtudium excitandum.

CVM DVPLICI INDICE *Vno Formularum, altero Materiarum.*

Prouinciæ Poloniæ

ROMAE, Typis Ludouici Grignani, MDCXLIX.
SVPERIORVM PERMISSV.

Dom. Prof. Rom.

Digitized by Google

INDEX FORMVLARVM.

Citationes, quæ in Curia fieri ſolent ad præparationem iudiciorum, & quæ in prima Opuſculi parte continentur, & explicantur ſunt hæc.

1 FORMVLA generalis cuiuslibet Citationis. pag. 7
2 Ad eligendum domicilium. pag. 9
3 Ad docendum de legitimo mandato. p. 10
4 Ad acceptandum, vel refutandum onus Procuræ. p. 12
5 Ad concordandum de alio Iudice. p. 14
6 Ad dicendum contra facultates, & viden. cauſam reaſſumi. p. 15
7 Ad dicendum contra litis pendentiam. p. 17
8 Ad videndum moderari inhibitionem, & remitti cauſam. p. 18
9 Ad videndum admitti ad cauſam. p. 20
10 Ad docendum de intereſſe. p. 21
11 Ad ſumminiſtrandum alimenta, & ſumptus litis. p. 23
12 Ad declarandum an velit eſſe hæres. p. 26
13 Ad docendum adiuiſſe hæreditatem cum benef. leg. & inuentarij. p. 30
14 Ad defendendum infantem. p. 33
15 Ad petendum Tutorem. p. 35
16 Ad ſuſcipiendum tutelam. p. 37
17 Ad comparendum legitime. p. 39

18 Ad veniam concedendam. p.40
19 Ad reſpondendum præparatorijs. p.41
20 Ad videndum fieri proteſtationem. p.42

Citationes, quæ in Curia fieri ſolent ad probandum, quæ explicantur in Secunda parte, ſunt hæc.

1 AD dicendum contra Iura. p.45
2 Ad reportandum iura originalia. p.52
3 Ad declarandum an velit ſtare ſimplici copiæ. p.55
4 Ad declarandum an velit vti iuribus, & teſtibus pro veris, & legalibus. p.56
5 Ad declarandum an velit ſtare partitis libri, pro, & contra. p.57
8 Ad exhibendum iura. p.61
9 Ad exhibendum libros. p.64
10 Ad videndum deſtinari Notarium, pro extrahendis partitis Mercatorum. p.66
11 Ad videndum decerni litteras compulſoriales generales. p.66
12 Ad videndum decerni litteras compulſoriales ſpeciales. p.69
13 Ad videndum prorogari terminum compulſorialium ſpecialium. p.71
14 Ad dicendum contra articulos. p.71
15 Ad videndum decerni litteras remiſſoriales. p.79
16 Ad videndum prorogari terminum remiſſoriæ. p.82
17 Ad viden. aperiri proceſſum remiſſorialem. p.83
18 Ad videndum mandari interpretari iura. p.34
19 Ad concordandum de dubio ſuper proceſſu. p.85
20 Ad dicendum contra poſitiones. p.86
21 Ad videndum deputari Iudicem, pro reſponſione ad poſitiones. p.90
22 Ad reconducendum teſtes, ad effectum eos examinandi ſuper interrogatorijs. p.92

Ad

23 Ad videndum mandari examinari teſtes aſſuturos, vel nouiter repertos. p.93
24 Ad ſubijciendum ſe examini. p.94
25 Ad videndum mandari eligi peritos. p.95
26 Ad videndum mandari referri. p.95
27 Intimatio pro acceſſu ad locum differentiæ. p.96

Citationes, quæ fiunt in Curia ad ordinationem iudiciorum, & quæ explicantur in Tertia parte, ſunt hęc.

1 AD dicendum contra Commiſſionem. p.98
2 Ad dicen. contra proceſſum de partibus. 101
3 Ad videndum reuocari attentata. 103
4 Ad videndum apponi ſequeſtrum. 115
5 Ad videndum reuocari ſequeſtrum. 121
6 Ad videndum manuteneri. 124
7 Ad videndum aſſociari. 134
8 Ad terminos ſubſtantiales in commiſſarijs, & ſummarijs in prima, & alijs inſtantijs. pag. 139. & 147
9 Ad terminos ſubſtantiales in ordinarijs iudicijs. 148
10 Ad probandum, & probatum habendum. 131

Citationes, quæ fiunt in Curia ad deciſionem, & quæ explicantur in Quarta parte, ſunt hęc.

1 AD ſententiam diffinitiuam in petitorio. 153
Tenor ſententiæ diffinitiuæ, & eius explicatio. 179
Cedula appellationis, & eius explicatio. 179
2 Ad videndum reſponderi de Apoſtolis. 181
3 Ad videndum prorogari fatalia. 183
4 Ad videndum fieri partitum litis deciſiuum. 184
5 Ad videndum iurari in litem. 186

Cita-

Digitized by Google

INDEX

Citationes, quæ fiunt in Curia pro executione rei iudicatæ, & quæ explicantur in Quinta parte, ſunt hęc.

1 AD docendum de appellatione. 189
Forma Commiſſionis executorialis, & eius explicatio. 195
2 Ad dicendum contra commiſſionem executorialem, & videndum præfigi terminum. 197
3 Ad videndum taxari, & moderari expenſas. 197
4 Ad videndum decerni, & relaxari litteras executoriales. 198
5 Ad docendum paruiſſe litteris executorialibus. 201
6 Ad audiendum ſententiam declaratoriam. 203
7 Tenor ſententiæ declaratoriæ, & eius explicatio. 204
8 Ad videndum excommunicationem aggrauari, & reaggrauari. 207

Citationes, quæ fiunt in cauſa pro executione obligationis Cameralis, & quæ explicantur in hac Quinta parte, ſunt hęc.

1 AD totam cauſam. 210
2 Ad dicendum contra iura. 211
3 Ad videndum mandari extendi formam Cameræ. 212
4 Ad videndum relaxari mandatum executiuum. 215
5 Ad tenendum portam apertam. 219
6 Ad videndum mandari conſignari pignora. 220
7 Ad videndum mandari deliberari pignora. 221
8 Ad videndum mandari adiudicari pignora. 224
9 Ad cauendum de ſoluendo in fine termini. 225
10 Ad videndum in iuris ſubſidium ſe excommunicari. 226

Ad

11 Ad videndum reponi. 232
12 Ad videndum mandari ſuperſederi. 232
13 Ad videndum reuocari mandatum. 234
14 Ad exhibendum quaſcunque inhibitiones. 235
15 Ad exhibendum quaſcunque chartas dotales. 236
16 De ſuſpenſione petitorij. 239

Epitome contentorum in Sexta, & vltima parte, de iuſtificatione, & executione litterarum Apoſtolicarum.

Litteræ Apoſtolicæ ſunt iuſtificandæ, quoad narrata per partem.
Et quoad clauſulas, ſeu conditiones per Papam appoſitas.
Litteræ Apoſtolicæ expediuntur ſub diuerſis formis.
Sub forma rationi congruit.
In forma gratioſa.
In forma dignum.
In forma perinde valere.
In forma gratiæ ſi neutri.
In forma ſubrogationis, vel gratioſæ, vel rigoroſæ.
Litteræ reſeruationis penſionis conficiuntur, aut purè, aut ſub conditione.
Litteræ Apoſtolicæ faciunt, vel merum executorem, qui exequitur abſque cauſæ cognitione.
Vel mixtum executorem, qui aſſumit partes Iudicis, & non exequitur, niſi præuia cognitione cauſæ.

Im-

Imprimatur, Si videbitur Reuerendiſs. P. Mag. Sac. Pal. Apoſt.

A. Riualdus Viceſg.

MAndatis Reuerendiſſimæ Dominationis Veſtræ, vt parerem, Admodum Illuſtris, & Excellentiſſimi Domini Gratioſi Vberti I. C. Cæſenatis, & in Romana Curia eximij Aduocati, Opuſculum *de Modo, & ratione Citandi in Romana Curia* legi ſemel & bis, in eoque eandem fidem, pietatem, & vbertatem gratiæ cōmiſtam agnoui, quas in alio eius Tractatu de Citationibus, quem die 16. Menſis Auguſti 1645. conſpeximus. Hinc dignum iudico, qui communem lucem aſpiciat. Romæ die 25. Menſis Martij 1648.

Reuerendiſſimæ Dominationis Veſtræ

Additiſſimus ſeruus

Antonius Bucchierius Cuſentinus V. I. D. & in Alma Vrbis Gymnaſio primarius Inſtitutionum Interpres.

Imprimatur, Fr. Raymundus Capiſuccus Magiſter, & Soc. Reuerendiſſimi Patris Fr. Vincentij Candidi Sac. Pal. Apoſt. Mag. Ord. Prædic.

PRAE-

Digitized by Google

PRAEFATIO.

POST editum Tractatum de Citationibus, tribus Tomis abſolutum, neceſſarium, & vtile viſum eſt, Opuſculum, de modo, & ratione citandi in Romana Curia, addere, vt in primo Curiæ ingreſſu Iuuenes, in concipiendis Citationibus bene ſciant, quid agant. quod ex varijs Formularijs, quæ circunferuntur velut abſque ratione, & ordine compoſitis, aſſequi difficile compertum fuit: ijdemque non amplius exiſtiment, hic, vbi natæ ſunt leges. *l. omnes, C. de ferijs*. Iudiciorum praxim caſu proceſſiſſe.

Edidi ne alias operi neglecto, & incuſtodito contigiſſet, quod dicebat *Ouid. amorum lib. 3. Elegia 19.*

„ *Ille poteſt vacuo furari in littore arenas.*

„ *Vxorem ſtulti quiſquis amare poteſt.*

Pro Romana Curia intelligo audientiam Papæ, ad quam cauſæ ex toto terrarum Orbe, vel per appellationem deuoluunt, vel per recurſum, quæ dicitur ibi eſſe vbi Papa reſidet cum ſuis Officialibus, non autem ſi aliquo eat rediturus cito, & non cum familia. *Anchar. in Clem. ne Romani, §. ſane, n. 5. de elect.* & vbi eſt Papa, ibi eſt Roma. *Felin. in cap. ego, n. 9. de iureiur.* & vbi eſt Sedes Apoſtolica, ibi eſt Romana Curia. *cap. 2.* cum ſimil. *de præben. in 6.*

Curiæ Romanæ tria ſunt Tribunalia, vnum Auditoris Cameræ, cuius decem ſunt Notarij. Alterum Auditorum Rotæ, quorum Notarij ſunt quadraginta octo. Poſtremum eſt aliorum Iudicum Commiſſariorum, quorum vnus eſt Notarius, Archiuiſta nuncupatus. In quibus Tribunalibus ſoli Curſores citant, vt in eorum facultatibus.

Sunt in Vrbe alia Tribunalia, videlicet Vicarij Papæ, Camerarij, Clericorum Cameræ, Gubernatoris Vrbis, Capitolij, & alia inferiora, quæ ex Statuto, ſtyloue particulares habent citandi, & procedendi modos, quos penitus omittam.

Auditor Cameræ, iuxta ſuas facultates, vel per ſe, vel per ſuos Locumtenentes, alioſue ſpecialiter ab eo deputatos, exequitur obligationes in forma Cameræ, alijs quæ executiuis formis contractas, cognoſcit cauſas ſpirituales eccleſiaſticas, & prophanas, necnon cauſas qua-

Digitized by Google

rumcunque appellationum interpoſitarum ad Papam, ſanctamque eius Sedem Apoſtolicam, prout latius in eis legitur.

Auditores Rotæ, & alij etiam Iudices commiſſarij, eas cauſas cognoſcunt, quæ ſibi ſpeciali reſcripto, ſeu commiſſione demandantur, cum facultatibus in commiſſione expreſſis, atque etiam iuxta formam commiſſionis ſibi directæ, quiſque, ſiue Auditor, ſiue commiſſarius, exequitur.

Iudicium, quamuis de iure ſit duplex, ratione formæ videlicet ordinarium, & ſummarium. *Maran. de ord. Iud. par. 4. diſtinct. 9. verſ. ordinarium, vel ſummarium;* tamen in Curia proceditur ſummariè; quia Pontifices voluerunt lites abbreuiare.

Idcirco Auditor Cameræ habet in ſuis facultatibus, vt procedat ſũmariè, & prout in beneficialibus. & Auditoribus Rotæ, alijſque Iudicibus commiſſarijs, datur in eorum commiſſionibus, facultas expreſſa procedendi ſummariè, & prout in beneficialibus.

Verbum ſummariè importat iuris ordine non ſeruato. verba autem, & prout in beneficialibus, ponuntur ad declarationem, quid ſit procedere ſummariè, ſeu ordine iuris non ſeruato.

Cautum eſt enim in *Clem. diſpendioſam, de Iudicijs*, vt in cauſis beneficialibus procedatur ſimpliciter, & de plano, ac ſine ſtrepitu, & figura iudicij, & hoc ad reſtringendam diſpendioſam prorogationem litium, quæ interdum, ex ſubtili obſeruatione ordinis iudiciarij, ſolet prouenire.

~~Et cum~~ contigiſſet dubitari de ſignificatione prædictorum verborũ. declaratum ~~fuit in Clem. ſaepe, de verborum ſignif. hoc importare, vt Iu~~dex procedat ſimpliciter, & de plano ſine ſtrepitu, & figura iudicij, hoc eſt vt iudex libellum non exigat, non poſtulet litis conteſtationem, procedere valeat, etiam tempore feriarum ob neceſſitatem hominum indultarum, amputet dilationum materiam, faciat litem breuiorem, repellat exceptiones, & dilationes fruſtratorias, refrenet ſuperfluam multitudinem teſtium; admittat tamen probationes neceſſarias, & legitimas defenſiones; & ne veritas occultetur, admittat citationem, & præſtationem iuramenti de calumnia, vel malitia, ſiue de veritate dicenda, recipiat, & pronunciet iuxta formam petitionis, ſiue actoris, ſiue rei, factam in exordio litis, ſiue in ſcriptis, ſiue verbo, in actis tamen inſertam, vt certitudo plenior poſſit haberi, ſuper quibus debeant formari poſitiones, & articuli; & inſimul prout ſibi videbitur, aſſignet terminum ad ponendum, & articulandum, & ad exhibendum omnia acta, & monumenta; quibus partes vti volunt in cauſa.

Et poſt dationem articulorum certum terminum aſſignet, prout ſibi vide-

Digitized by Google

videbitur, qua tamen aſſignatione non obſtante, quando contingeret remiſſionem fieri, pro examinandis teſtibus, poſſint etiam produci inſtrumenta, & poſſit etiam Iudex interrogare partes, ſiue ad earum inſtantiam, ſiue ex officio vbicunque æquitas ſuadebit, nec non valeat, ſiue ſtans, ſiue ſedens, in ſcriptis tamen, ſententiam diffinitiuam ferre, prout ex petitione, & probatione, & alijs actitatis in cauſa, fuerit faciendum, citatis ſcilicet ad id partibus, licet non peremptoriè, & concluſione ſi ei videbitur non facta; & prout latius habetur in eadem *Clem. ſæpe, de verb. ſignif.* vbi in fine ſubiungitur, quod etiamſi in cauſis ſummarijs, ſolemnis ordo iudiciarius in toto, vel in parte, non contradicentibus partibus, obſeruaretur, non ideo proceſſus eſſet nullus.

De iure ciuili in cauſis ordinarijs offertur libellus. *auth. offeratur, C. de litis conteſt.* qui apud legiſtas conſtat ex tribus partibus; ſicut ſyllogiſmus conſtat ex tribus propoſitionibus apud Logicos. Si quidem libellus conſtat ex narratione facti, quæ eſt loco maioris; & ex cauſa, ſeu medio concludendi, quæ habetur loco minoris, & ex concluſione, in qua conuenit cum ſyllogiſmo. *Iaſ. in §. omnium, num.* 115. *inſtit. de act.* etenim, vt libellus legitimè formetur tria requiruntur, primo vt factũ bene recitetur, ſecundo, vt exprimatur obligatio, quæ ex illo facto deſcendit, tertio, vt exprimatur actio ex obligatione deſcendens, vt per *Roffred. de libell. par.* 1. *in rubr. quæ debeat continere libellus*, & in eo exprimi debet nomen iuriſdictionale Iudicis, coram quo libellus offertur, nomen actoris, nomen rei, & vltra expreſſionem cauſæ ex qua agitur, debet deſignari quantitas, & demonſtrari res, quæ petitur, ſaltem per duas demonſtrationes, ſeu per duo confinia, ad not. per *gloſſ. in cap. ſi contra vnum, de officio delegat. lib.6. l.* 1. *in princip. ff. de eden. l. edita, C. eodem. pract. Papien. de for. act. real. in gloſſ. coram vobis*. De iure ciuili in Summarijs non requiritur libellus ſolemnis; ſed ſufficit qualis qualis petitio, hoc eſt breuis facti narratio, minus ſolemniter deſcripta apud acta, *Auth. niſi breuiores, C. de ſent. ex peric. recitan. Pap. in d. forma act. realis*, in verbo *qualis qualis petitionis*.

At in Romana Curia, in Tribunali Auditoris Cameræ non affertur libellus, neque qualis qualis petitio; ſed fit monitorium contra debitorem, ſeu detentorem, vt ſoluat, ſeu dimittat, cum clauſula ſi quis ſenſerit ſe grauatum, quod monitorium ſeruit loco libelli. *Saluſt. Tyber. in praxi A. C. lib.*2. *cap.*7. *n.* 11. Idem monitorium, vt dicitur per comparitionem moniti reſoluitur in vim citationis: ſed ſi non comparet debitor, videtur debitum fateri, & poſſeſſor iniuſtam detentationem. *Veſtr. lib.*7. *cap.*1. *n.*3. vbi *adden. n.*21.

In Rota autem ſufficit commiſſio, & ſecundum practicam, eadem

A 2 die,

Digitized by Google

die, qua ferenda eſt ſententia, formatur petitio, ſecundum deducta, & probata; & ſuper tali petitione ſententia profertur. *Pariſ. conſ.76.n.11. vol.1. Caput. deciſ.264. n.3. par.2.* & propterea argui non poteſt ſententia, quod non ſit conformis libello. vltra quod ſententia etiam de iure poteſt iuſtificari ex proſecutis. *l. de rebus, ff. de arbitr. Felin. in cap. licet Heli, de ſimonia, n.28. limit. decima*, & Iudex poteſt pronunciare ſuper omni eo, quod fuerit probatum, & ſuper eo, quod conſtat exactis, ex quibus ſuppletur illud, quod non fuit petitum in libello, & ex quibus libellus ipſe declaratur. *Pariſ. d. conſ. 76. nu. 12. Caput. d. deciſ. 264. n.2. par.2.* & articuli etiam ſeruiunt loco petitionis. *Pariſ. conſ. 113. n. 5. vol.4. Luc. Pet in ſua praxi, lib.4. cap 2. n 18.*

In cauſis autem executiuis, vigore obligationis Cameralis, quando agitur contra abſentem, præmittitur citatio impreſſa, quam Cameralem dicunt, in qua exprimuntur omnes actus in iudicio illo executiuo contingibiles, vt ſic abſens citatus fiat contumax in omnibus actibus, & ſeruit loco citationis generalis ad omnes actus. *cap. cùm dilecti, de dol. & cont.* de qua latè diximus in *tract. de citat. tom. 1. cap.7. ſub verſ. de citat. general. ad tot. cauſ. n.113. & tom.2. cap.9.* ſub verſ. *de exprim. cauſ. propter quam quis citatur, n.409.*

De monitorijs, commiſſionibus, petitionibuſque, ac de primis citationibus ad totam cauſam in prima inſtantia, & de citationibus cum inhibitione in gradu appellationis in Curia per Notarios formandis, nihil dicemus, cùm Notarij habeant eorum formularia, & monitoriorum formulas plures ponat Saluſtius Tib. poſt ſuam praxim, & de praxi monendi plura diximus in *tract. de citat. tom. 1. in cap. 2. per tot.* & petitionum formulæ multæ habentur in *Formulario variarum commiſſionũ*, in verſ. *ſequuntur variæ petitiones, fol. mihi 255. & ſeqq.* & quamuis cõmiſſiones non forment Notarij; ſed procuratore, tamen inanem laborem ſumerem, ſi de illis acturus forē cùm formulæ habeantur in eodem *Formulario var. commiſſ. fol. mihi c. cum ſequentib.* illæque explicentur per *Mandoſ. in ſua praxi, & theoria commiſſionum*, & per *Marcheſ. in ſuo tract. de commiſſionibus*, & de commiſſionibus vtilia quædam dicta ſunt in *tract. de citat. tom.1. cap.6. & cap.10. tom.2.*

Hic autem Tirones curiales, in quorum gratiam opuſculum ſcripſiſſe profiteor, ſatis erit admonuiſſe, vt in reuidendis minutis, commiſſionibuſque concipiendis, memoria repetant Carmen poſitum per *additionem ad gloſſ.1. in cap.1. de libell. oblat.*

„ *Quis, quid, coram quo, quo iure petatur, & à quo.*
„ *Rectè compoſitus quiſque libellus habet.*

Et

Digitized by Google

Et ita animaduertant curentquè vt in monitorijs, commiſſionibus, petitionibus, & citationibus, narretur factum verum, non fiat error in nominibus, nec in cauſa, neque in re petita.

Ponemus igitur, & explicabimus dumtaxat formulas illarum citationum, quæ poſt cauſam cœptam, ſolent per Curiales concipi, & quæ præcipuè, & in caſu frequentiori eſſe videbuntur: omiſſis alijs, ſi quæ ſint, quas parum erit præterijſſe: cum ius etiam ad ea potius debeat adaptari, quæ frequenter, & facile, quàm ad ea, quæ per raro eueniunt, *l. nam ad ea, ff. de legibus*, & ex eis, quæ afferemus facile erit, ad omiſſas inferre; non enim nouum eſt, vt lex specialiter quibuſdam enumeratis, generale ſubijciat, quo alia ſpecialia complectantur. *l. ſi ſeruus ſeruum, §. inquit lex. ff. de alim. & cib. legat.*

Curiales itaque, in concipiendis citationibus, debent iuris formam ſeruare; vt ſcilicet exprimant nomen Iudicis, rei, & actoris, & cauſam propter quàm quis citetur, necnon tempus, & locum, quæ omnia in citatione neceſſario eſſe exprimenda dictum eſt in d. *tract. de citat. to. 2. cap. 9. per tot.*

Et ex formulis infra ſubijciendis quiſque obſeruare poterit tria præcipua. Primum, quod omnis differentia inter vnam, & alteram citationem verſatur circa expreſſionem cauſæ, cùm non vna; ſed pluribus diuerſiſque cauſis contingere poſſit, vt quis citetur.

In cuius cauſæ expreſſione cauendum eſt, vt ſtylus Curiæ ſeruetur, alias non, arctaret citatio facta contra ſtylum Curiæ, & contra ſolitum practicantium, vt in d. *tract. tom. 1. cap. 8. n. 127. & tom. 2. cap. 9. n. 404.* non tamen ita inhærendum eſt verbis, vt non liceat diuerſis vti, dummodo non mutent ſenſum reddant ve citationem, vel ineptam, vel inconſuetam. *l. 2. C. de formul.*

Secundũ, quod in citatione aliquando exprimitur vnus ſolus actus, incompatibilis cum alijs, vt in d. *tract. de citat. cap. 7. nu. 113. & cap. 9. n. 409.*

Aliquando vero cumulantur plures actus compatibiles, addicta per *Gloſſ. in cap. 2.* in verbo *& ſi non venerit, de teſtibus cogen.*

Tertium, quod pro expreſſione cauſæ, vel citatur ad dicendum contra, vel ad docendum, vel ad faciendum, vel fieri videndum, vel ad audiendum. id quod ea ratione fieri intelligendum eſt: quia neceſſaria eſt citatio propter defenſionem, vt quis ſciat ſe ad ius vocatum poſſit comparere, contradicere, & exceptiones proponere: itaut Iudex vtraquè parte audita, valeat cauſæ cognitionem adhibere interloqui, definire, & exequi. vt in d. *tract. tom. 1. cap. 8. n. 15. & ſeqq.*

Et quiſque hic generaliter ſcire debet, quod omnes actus iudiciales,

Digitized by Google

qui requirunt Iudicis decretum, requirunt pariter citationem partis: quia decretum fieri nequit ſine cauſæ cognitione. *l. ſed & ſi l. ge, §. Prætor ait*, vbi *Bald. ff. de in ius voc.* neque etiam fieri poteſt ſine partis citatione; cùm nequeat haberi cauſæ cognitio parte non vocata. *l. fin. C. ſi per vim, vel alio modo*, vt in d. *tract. tom. 1. de citat. cap. 1. n. 31. & cap. 2. n. 65. & cap. 8. n. 269.* & ad quemlibet actum præiudicialem partem eſſe citandam, niſi ſit præſens. tex. eſt in *l. de vnoquoque, ff. de re iud.* & ad quos actus ſiue iudiciales, ſiue extraiudiciales ſit neceſſaria citatio. latè dictum eſt in d. *tract. de citat. cap. 14. per tot. tom. 3.*

Vt autem citationum formulas aliquo ordine proponam, & explicem: placet diſtinguere, vt aliæ fiant ad præparationem iudicij, aliæ ad probationem, aliæ ad ordinationem, aliæ ad deciſionem, & aliæ ad executionem. ita enim diuidunt Doctores acta iudicialia, vt alia ſint præparatoria, alia probatoria, alia ordinatoria, alia deciſoria, & alia executoria. *Speculat. par. 2. tit. de præparat. iud. Io. Andr. de ord. Iud.* verſ. *actat. dicij. Maran. in ſpecul. in proem. & par. 5.* verſ. *& omnia fiant durante inſtantia, n. 55.*

Quinque igitur erunt huius opuſculi partes, prima, de citationibus præparatorijs, ſecunda, de probatorijs, tertia, de ordinatorijs, quarta, de deciſorijs, quinta, & vltima de executorijs.

Sed quæ citationes ſint vnius, vel alterius ſpeciei, & quæ in vna, vel altera parte explicentur, index in fine poſitus demonſtrabit, quem vide.

PARS

Digitized by Google

PARS PRIMA DE CITATIONIBVS PRÆPARATORIIS.

Formula Prima.

Reuerendiſſimo Domino Decano
Cæſenaten. Fideicommiſſi.

C*itetur D. N. exaduerſo Procurator D. N. exaduerſo principalis ad & cęt. ad p. d. inſtant. D. N. principali, ſiue eius Procuratore.* *N. Notarius.*

Reuerendiſsimo Domino Decano. Quæuis citatio, poſt cœptum iudicium in Romana Curia, concipitur per Procuratores, in hac forma, vt præponatur nomen Iudicis, ad effectum, vt appareat coram quo citetur. Ideo ſi coram Rotæ Decano dicitur Reuerendiſſimo Domino Decano; ſi coram alio Auditore exprimitur cognomen proprium R. p. d. N. ſi coram alio Iudice Commiſſario præponitur eius cognomen R. p. d. N. & additur Iudice Commiſſario; ſi coram A. Cameræ, dicitur Illuſtriſſimo Domino Auditore Cameræ met; ſi coram vno ex duobus Locumtenentibus, dicitur A. C. & apponitur eius cognomen, vt hodie fit A. C. Baranzono, & A. C. Melchiorio, & ſi coram alio Iudice deputato dicitur R. p. d. N. & adiungitur Iudice Deputato; & de exprimendo nomine Iudicis plura vid. in *tract. de citat. tom. 2. cap. 9. num. 3.*

Cæſenaten. Fideicommiſſi. Hæc eſt expreſſio nominis, ſeu tituli cauſæ per Diœceſim, & materiam, quæ fit in ſolis cauſis Rotalibus, & Commiſſarijs, vt vna cauſa diſtinguatur ab alia, vtque Iudex poſſit eſſe certus de ſua iuriſdictione: Commiſſiones enim fiunt cum inſcriptione Diœceſis, & non additur materia, cùm ex tenore Commiſſionis colligatur. In citationibus autem inſcribitur Diœceſis, & materia, vt ſciant Procuratores, & etiam Notarij diſtinguere vnam cauſam ab alia.

In cauſis autem Executiuis, in tribunali A. C. non fit hæc inſcriptio;

cùm A.C. ex ſuis facultatibus ſit certus de ſua iuriſdictione : ſed quando coram eo proceditur in vim Commiſſionis, ſit eadem deſcriptio,& demonſtratio, prout etiam in cauſis appellationum fieri ſolet.

Citetur, &c. Præponitur hoc verbum, vt aduerſarius ſciat ſe citari ad actum non factum, ſed fiendũ, nam quando actus eſt factus, pars non citatur, ſed ei intimatur, & denunciatur, & de hac materia intimandi, & denunciandi plura dicta ſunt in *tract. de citat. tom.1. cap.6. num.68. & ſequen.* & in Tribunali Auditoris Cam. quando quis à principio citatur ad totam cauſam, non dicitur citetur, ſed moneatur, & pariter de hac monendi practica, plura dicta ſunt in dicto *tract. de citat. tom.2. cap.2. num.1. & ſequen.*

Dominus, &c. Si citatur perſona priuata, dicitur ſimpliciter Dominus. ſi perſona eccleſiaſtica dicitur Reuerendus Dominus. ſi Prælatus Reuerendiſſimus, ſi Comes Illuſtriſſimus, & cuiuslibet citandi nomen dignitatis,& Titulus illi conueniens exprimitur, ne alias videretur actor citare ſuum aduerſarium cum iniuria, vel contemptu.

N. exaduerſo Procurator D. N. exaduerſo principalis.

In expreſſione nominis citandi debet explicari, an quis citetur nomine proprio, & an vti principalis, an vero pro ſuo intereſſe, & an alieno nomine, vel vti procurator, tutor, vel curator, vel an vti Prælatus, Rector, Oeconomus, vel Syndicus, iuxta latè dicta in d. *tract. de citat. tom.3. cap.14. qui ſint citandi, & tom.2. in cap.9. verſ. de exprim. nom. eius, qui citandus eſt, n.206.*

Ad &c cat. Hic debet exprimi, & ſpecificari cauſa propter quamquis citatur, vt plenè de ea citatus poſſit ex eadem citatione eſſe inſtructus, iuxta latè dicta in eodem *tract. de citat. tom.2. cap.9. verſ. de exprim. cauſ. propter quamquis citatur, n.395.*

Ad p. d. Terminum in citatione eſſe apponendum, vt ſciat citatus quando debeat comparere, dixi latè in *cap. 9. verſ. de tempore in citat. exprim. n.473. & ſeq.*

Inſtan. D. N. principali, ſiue eius Procuratore.

Hæc eſt expreſſio nominis inſtantis, de qua plura videnda ſunt in d. *cap.9. verſ. de exprim. nom. inſtan. n.270. & ſequen.* & acta iudicij non valent, niſi fiant altera parte inſtante. *Maran. in verſ. actorum editio, par.6. n.17. actu 10.*

N. Notarius. Cum ſint plures Notarij, debet exprimi nomen Notarij cauſæ, vt citatus ſciat, in quo officio debeat

com-

comparere, & ſtat quaſi pro expreſſione loci, quam eſſe neceſſariam, probatum eſt in d. *tract. de citat. cap. 9. verſ. de loco in citat. exprim. n. 427.*

Formula Secunda :

Ad eligendum Domicilium.

Citetur D. N. exaduerſo principalis, ad eligendum in actis infraſcripti Notarij, domicilium, & locum vbi citari velit, vel conſtituendum Procuratorem in actis reperibilem, & acceptantem. alias videndum decerni proceſſum per affixionem ad valuas Curiæ, ad primam diem inſtan. D. N. principali, ſiue. N. Notarius.

Vel ſic alias videndum decerni proceſſum per edictum, & contradictas reſpectiue ad p. d. &c.

Ad eligendum Domicilium. Hæc citatio neceſſaria eſt: quia iuris ordo poſtulat, vt primo quis citetur perſonaliter hoc eſt ad faciem. *l. ſcire etiam oportet, §. qui autem, ff. de excuſat. tut. & curat.* qui ſi compareat, poſtea citatur ad domum. ad dicta per *Bar. & alios in l. 4. §. prætor ait, ff. de damn. infec.* & vt latiùs in *tract. de citat. tom. 1. cap. 7. verſ. de citat. perſonali, dom. & per edictum, n. 211.*

Contingit autem non raro, vt reus extra Curiam citatus, compareat in Curia per ſe, vel per Procuratorem, & in actis proteſtetur nihil fieri, niſi ipſo legitimè citato in quolibet actu; & tamen non habeat in Vrbe domicilium. ideò opus eſt eum citare, vt illud eligat, regulariter enim, qui in loco iudicij domicilium non habet, cogendus eſt per Iudicem, ad illud eligendum, ad inſtantiam tamen partis. *Specul. in tit. de reſcript. præſent. §. ratione autem cauſæ,* verſ. *quod ſi non diſcernatur. Bar. in extrauag. ad reprim.* in verbo *per edictum, n. 15.* alias nemine inſtante Iudex non poſſet cogere. *Iaſ. in l. vniuerſa, n. 2. C. de precibus imper. offer.* & quando elegit, debet in eo citari. *l. nihil, ff. ad municipales,* de qua materia plura vide in *tract. de citat. tom. 2. cap. 11.* verſ. *citatio in qua domo fieri debeat, n. 372.* & quando eligit extra tempus, debet parti intimare. *Rot. diuerſ. deciſ. 325. n. 2. par. 3. lib. 3.* & latè in d. *cap. 11. num. 379.*

Vel

Vel conſtituendum Procuratorem in actis, reperibilem, & acceptantem. Idem enim eſt, quod poſſit citari, vel procurator, vel principalis. *l.* 1. *§. fin. ff. de procurat.*

Alias viden. decerni proceſſũ per affixionẽ ad valuas Curiæ.

Quando enim citatus recuſat domicilium eligere, Iudex poteſt ei denegare audientiam. iuxta *l. fin. C. de bonis, quæ liberis;* & ei poteſt conſtituere domicilium, ſiue locum in quo omnes citationes contra eum fiant. ad *tex. in l.* 5. *§. ſed & ſi proponis, ff. de iure dot. cap. nullus, de iur. patronat.* & in d. *tract. tom.* 2. *cap.* 11. *n.* 374. & ideò in Curia Iudex poteſt mandare, vt citetur per affixionem in valuis Curiæ, tanquam in loco publico, & tanquam latitans. de quo modo citandi dictum eſt in *tract. de citat. tom.* 1. *cap.* 7. *n.* 341. verſ. *de citat. per diligentias*, vel ſic, *alias viden. decerni proceſſum per edictum, & contradictas reſpectiuè*, dum enim Iudex poteſt eligere locum citandi, ſtante contumacia in non conſtituendo domicilium, vel procuratorem; poteſt mandare etiam, vt citetur in officio contradictarum tempore iuridico, & per edictum tempore vacantiarum, tanquam contumax in loco publico. de quo modo citandi dictum eſt in eodem *tract. de citat. d. cap.* 7. *n.* 310. verſ. *de citat. per contradictas, n.* 320. *& verſ. de citat. per diligent. n.* 341.

Decretũ ad hanc citationem fit niſi ad p.d. cum intimatione.

Intimatio fit qualiter Dominus mandauit procedi per affixionem, & alias prout in actis.

Electio autem fit ita.

In officio Dominus N. elegit domicilium in tali loco vbi in hac cauſa inſtetit legitimè citari in quolibet actu, alias de nullitate omni, &c.

Formula Tertia.

Ad docendum de legitimo mandato.

Citetur D. N. exaduerſo Procurator aſſertus D. N. exaduerſo principalis, ad docendum de legitimo mandato procura, alias viden. mandari procedi per edictum, & con-

contradictas reſpectiue ad p.d. inſtan.D.N. principali ſiue.

Ad docendum de legitimo mandato. Malè faciunt Notarij, quando admittunt cõparitiones, proteſtationeſue Procuratorum, qui in cauſæ initio mandatum legitimum non exhibent: præſtant enim cauſam, vt quando iudicia ſunt finita, corruant ex defectu mandati.

Et quamuis ex officio Iudex, etiam nemine opponente, poſſit cogere procuratorem ad exhibendum mandatum. *gloſſ. in cap.* 1. §. *ſed ſi pars,* in verbo *abſentia, de elect. in 6. Butr. & alij in cap. cùm M. de conſt.* cùm poſſit ſupplere, quando videt iudicium fore eluſorium. *Gemin. in cap. cauſam quæ, de Iud.* & ibi *Abbas, & Dec. n.2. Rip. in l.* 4. §. *hoc autem iudicium, n.49. ff. de damn. infec.* tamen hæc citatio eſt neceſſaria, ad euitandas difficultates, quæ fieri poſſent, ex eo, quod procurator ſine mandato poſſet cenſeri approbatus, per citationem. iuxta ea, quæ dicta ſunt in *tract. de citat. tom.* 3. *cap.16. qui ſint effectus citationis,* verſ. *ſextus effectus, n.*87.

Quo caſu negatiua mandati videri poſſet eſſe probanda per aduerſarium. iuxta *gloſſ. in l. licet,* in verbo *inueniatur, C. de procur.* quam ibi ſequuntur *Salic. Caſtr. Alex. Iaſ. & Felin. in cap. quoniam contra, n.*53. *de probat.* tametſi contraria opinio æquior videatur, vt per *Bar. & Bal.* in d. *l. licet,* per *tex.* in *l. actor, C. de probat.* & *l. aſſeueratio, C. de non. numer. pecun. Rom. conſ.*170. *per tot.*

Et caſu, quo procurator exhibuiſſet mandatum; ſi tamen legitimum non eſſet fieret citatio.

Ad docendum de magis legitimo mandato. *Veſtr. in praxi, lib.4. cap.*5. *n.*1.

Alias viden. mandari procedi per edictum, & contradictas reſpectiuè. Iudex enim parte petente poteſt ex officio compellere procuratorem ad oſtendendum mandatũ, alias eum repellere, non obſtante, quod allegaret ſe fuiſſe per partem approbatum vti talem. *Riminal. in l. age, C. de tranſact. Neuiz. conſ.*19. *n.*12. ea nempe ratione, quia Iudicis intereſt, ne actus, qui coram eo fiunt, reddantur eluſorij, vt not. *Caſtr.* in *l. Pomponius,* §. *ratihabitionis, n.4. ff. de procurat. Rom. d. conſ* 17c. *n.*2. vbi alleg. *tex. in l. ſi prætor, ff. de Iud.* & not. *gloſſ.* in d. *cap.*1. in verbo *abſentia, de elect. in* 6.

Et repellendo procuratorem, poteſt mandari procedi contra principalem per edictum, & contradictas. *Rot. in antiq. decif.*19. *de dolo, & contum.* cum termino tamen competenti, ad docendum de eo. *Caſſad. deciſ.*6.

Digitized by Google

ciſ. 6. n. 4. vt lit. pend. & quod poſſet idem procurator admitti cum promiſſione de rato, vide per *addentes ad Veſtr. lib. 4. cap. 5. n. 19.* & qui non comparuit, neque miſit procuratorem legitimum, rectè citari poteſt eodem modo, tanquam contumax, & diximus latè in *tract. de citat. tom. 1. cap. 7.* verſ. *de citat. per contradictas, n. 310. & tom. 3. cap. 12.* verſ. *de execut. citat. per contradictas, & edicta reſpectiuè.*

Nota tamen, quod hæc citatio poſſet omitti, & ſatis eſſet excipere, & proteſtari neminem audiri, niſi docto de legitimo mandato. & ita illi proceſſum impedire, vt per *Veſtr. d. lib. 4. cap. 5. n. 1.* quod benè iuuaret reum; ſed non actorem, cuius intereſſet ſuum iudicium proſequi, & citare legitimè, vel procuratorem, vel principalem vti contumacem: is enim, qui procuratorem miſit conſtituitue minus legitimum, habetur pro non comparente, & pro contumace. *l. 1. §. vſus autem, ff. de procurat.* vbi *Caſtr. & alij*, adde quæ dicta ſunt in *tract. de citat. cap. 16. qui ſint effectus citationis*, verſ. *octauus effectus, n. 134.* & quando dubitatur de mandato, poteſt etiam fieri duplex proceſſus, citando procuratorem, aſſertum tamen, & citando principalem per contradictas. *Veſtr. cap. 5. n. 1. circa fin. lib. 4.*

Ad hanc citationem fit decretum. Niſi ad p. d. cum intim.

Formula Quartà.

Ad acceptandum, vel refutandum onus procuræ.

Citetur D. N. exaduerſo Procurator D. N. exaduerſo principalis, ad acceptandum, vel refutandum onus procuræ, iuxta formam monitorij. alias viden. decerni proceſſum contra ſuum principalem per edictum, & contradictas reſpectiuè ad p. d. inſtan.

Ad acceptandum, &c. Quando contingit, vt procurator conſtitutus differat, negligatue mandatum ſuum exequi, citatur per actorem, cuius intereſt, vt acceptet, vel refutet onus procuræ, quæ citatio neceſſaria eſt: cum inter fateri, & negare, mediũ ſit tacere. *l. qui tacet, ff. de regul. iur.* & procurator ita tacens, non poteſt haberi pro conſentiente, tanquam in onerosis. *l. filiuſfamilias, §. inui-*

inuitus, ff. de procur. gloſſ. in Clem. 1. in verbo *aſſerſum, de procurat.* & in iudicialibus regulariter tacens non videtur in ſui præiudicium conſentire. *l. inuitus, ff. de procur.*

Iuxta formam monitorij. Vrbanius agendo conſueuerunt huiuſmodi procuratores moneri per Iudices Rom. Curiæ per cenſuras cum ſint Iudices eccleſiaſtici ad acceptandũ, vel recuſandum mandatum procuræ. *Veſtr. in praxi lib.* 4. *cap.* 5. *n.* 2.

Sed quando contingere poſſit, vt conſtet de mandato procuræ, & non conſtet de acceptatione, dic, quod ſępius contingit, vt abſens cõſtituat procuratorem in Curia, ad ſolum effectum ſubſtituendi, quò circa antequam ſubſtituat, non poteſt dici mandatum acceptaſſe, ſeu executum fuiſſet, & interim nemo adeſt, qui citari poſſit: non idem procurator, qui non poteſt excedere fines mandati ad ſubſtituendum, non alius: quia nemo eſt ſubſtitutus.

Item contingere poteſt, vt quis abſens fuerit conſtitutus à principali, ſiue ſubſtitutus à procuratore; quia abſens ignorare videtur.

Item quiſquis pręſens fuit procurator conſtitutus, vel ſubſtitutus; antequam, vel faciat actum poſitiuum, vel verbis declaret, non cenſetur acceptaſſe. *l. filiusfamilias, §. inuitus, ff. de procur. Clem.* 1. *de procurat. Veſtr. d. cap.* 5. *n.* 4. *lib.* 4.

Item quando fuerunt plures conſtituti procuratores, non tamen inſolidum; tunc ſi vnus producit mandatum; de eo conſtat, ſed de acceptatione aliorum, qui non produxerunt, non conſtat.

Item contingere poteſt vt mandatum datum pluribus etiam inſolidum, ſit productum, & ille, qui illud produxit, & acceptauit, abeſſe cœperit, vel mortuus ſit; tunc de aliorum acceptatione non conſtat, licet conſtet de mandato prout etiam contingere poteſt, vt mandatum procuræ exhibeatur per tertium, & de eorundem procuratorum acceptatione non conſtet.

Item contingere poteſt, vt habens mandatum generale illud producat in vna cauſa, & in actu productionis proteſtetur non acceptare mandatum niſi in illa cauſa; nam tunc conſtat quidem de mandato; ſed non de acceptatione quoad alias cauſas, ſtante dicta proteſtatione.

Quæ proteſtatio niſi fieret in actu productionis, nõ operaretur tanquam contraria facto: eo enim ipſo, quod produxit inſtrumentum appareret de acceptatione quoad omnia in eo cõtenta, addicta per *Veſtr. d. cap.* 5. *n.* 4. *lib.* 5. & per *gloſſ. & Doct.* in d. *Clem.* 1. *de procur. addit. ad Rot. in nouiſ. deciſ.* 7. *de procur.*

Alias videndum decerni proceſſum contra ſuum principalem per edictum, & contradictas.

Si-

Sicut enim abſens citatus habetur pro non comparente, & pro contumace, quando miſit procuratorem minus legitimum. *l.1. §. vſus autem*, vbi *Caſtr. & alij, ff. de procur.* ita etiam reputatur non comparens, & contumax quando procurator citatus non acceptat, & proceditur per contradictas, tanquam contra contumacem. *Veſtr. d. cap.5. lib.4. n.2. & n.4.* procurator enim recipit poteſtatem executiuam ſui officij à tẽpore præſentationis, & acceptationis ſui mandati, & non ante, vt per *d. addit. ad Rot. in nou. deciſ.7. de procurat.* & de hac materia dicta ſunt plura, in *tract. de citat. tom. 1. cap.7. n.318. & tom.2. cap.9. n.332.*

Ad hanc citationem ſit decretum. Niſi ad p.d. cum intimat.

Formula Quinta.

Ad concordandum de alio Iudice.

Citetur D.N. exaduerſo Procurator D.N. exaduerſo principalis, ad concordandum de alio Iudice, in locum N. & dandum liſtam confidentium, & diffidentium: alias videndum per D. deputari ex officio, ad primam diem inſtan.

Ad concordandum de alio. Hæc citatio in Curia ſit dumtaxat coram ipſomet Auditore Cameræ, qui habet in ſuis facultatibus, vt poſſit per ſe, vel per alios ad libitum deputandos, cauſas cognoſcere; non tamen poteſt extra Curiam cauſas cognoſcendas committere, addicta per *Bellam. deciſ.* 210. & 507.

In locum N. Hæc deputatio petitur in locum alterius, qui vel ſit impeditus, vel ſit ſuſpectus: res enim periculoſa eſt coram Iudice ſuſpecto litigare. *cap. inſinuante. de off. delegat.*

Sed quando, vel Auditor Rotæ, ſiue alius Commiſſarius ſit impeditus ratione abſentiæ, vel infirmitatis, tunc recurritur ad Signaturam, pro commiſſione ſubrogatoria, vel pro commiſſione auocatoria, ratione ſuſpicionis, vel per horreſcentiæ, iuxta *cap. Statutum, §. cùm vero, de reſcript. in 6.* de qua materia recuſationis latè dictum eſt in *tract. de citat. tom.2. cap.9. n.143. & ſequent.*

Et dandum liſtam confidentium, & diffidentium.

Ratio

Digitized by Google

Ratio enim dictat, ne dentur Iudices ſuſpecti, diffidentes, vel inimici. *cap. ſecundo requiris, §. conſultationi tuæ*, in fin. *de appellat.*

Alias viden. deputari ex officio. Vigore nempe eius facultatū. Et quando cauſa eſt cœpta coram vno, non fit deputatio alterius ſine cauſa, fit enim contumelia Iudici, qui ſine cauſa reuocatur. *Caſſad. deciſ. 1. de reſcript. & deciſ. 2. n. 6. de appellat.* & qui cauſam cœptam petit auocari, præſumitur fugere, & diffidere de iure ſuo, quando petit ſine cauſa. *l. properandum, C. de Iud.* de qua auocationis materia, plura dicta ſunt in *tract. de citat. tom. 1. cap. 6. n. 17. & ſeqq.*

Et quando Iudex recuſatur vti ſuſpectus, niſi affertur iuſta cauſa; recuſatio non attenditur. *Seraph. deciſ. 532.* de qua recuſationis materia latè dictum eſt in dicto *tractatu tom 2. cap. 9. n. 143. & ſeqq.*

Et nota, quod quando Auditor Cameræ deputauit Iudicē, quamuis partes coram deputato comparuiſſent, proceſſus eſſet nullus, ſi fortè de deputatione in actis non conſtaret. *Seraph. deciſ.* 418. cùm ſolus priuatorum conſenſus Iudicem non faciat. *l. penult. ff. de Iud. l. priuatorum conſenſus, C. de iuriſd. omn. Iud.*

Ad hanc citationem Dominus alium deputat in ſtatu, & terminis, in quibus cauſa reperitur, & vna cum omnibus incidentibus, emergentibus, annexis, & connexis quibuſcunque cum facultatibus opportunis, vſque ad ſententiam diffinitiuam incluſiuè, & ad totalem, & finalem cauſæ, & cauſarum huiuſmodi expeditionem, cum intimatione.

Quæ fit qualiter D. deputauit in Iudicem R. P. D. N. & alias prout in actis inſtan.

Formula Sexta.

Ad dicendum contra facultates, & viden. cauſam reaſſumi.

Citetur D. N. ad dicendum contra facultates Illuſtriſſimo D. Auditori Cameræ conceſſas, & in vim illarum videndum cauſam reaſſumi à Curia N. & inhi-

beri

beri ad ſtatim, ſeu ad p. d. et interim quandocunque ne audeat aliud quicquam innouare in d. Curia N. ſub pœna nullitatis, et ſcutorum 500. alijſque arbitrio Domini.

Ad dicendum contra facultates. Quamuis citetur ad dicendũ contra, non tamen ædem facultates producuntur in actis, nec repetuntur, cùm notorium ſit Auditorem Cameræ habere ordinariam iuriſdictionem, de qua non eſt opus fidem facere. *Bald. in l. ea quidem, ſub n. 14. C. de accuſat.* cum alijs deductis in *tract. de citat. tom. 3. cap. 9. n. 87.* Secus autem eſt in Auditoribus Rotæ, & in alijs delegatis, quorum Commiſſiones in actis debent produci, cum citatione partis ad dicendum contra, atque illi non citant ſine inſertione commiſſionis. *cap. cùm in iure, de off. deleg.* cum alijs in d. *cap. 9. n. 8.*

Et in vim illarum videndũ reaſſumi cauſam à Curia N.

Habet enim expreſſum in facultatibus, vt quaſcunque cauſas ad ſuũ Tribunal pertinentes, videlicet obligationis Cameralis, & aliarum obligationum, vt in eis, reaſſumat ſua ordinaria authoritate ab alijs Iudicibus, in ſtatu, & terminis, in quibus reperiuntur; exceptis dumtaxat cauſis Curiæ Capitolij inter Ciues Romanos, & cauſis commiſſis cum expreſſa mentione obligationis Cameralis. & ideo quando in commiſſione non ſit expreſſa mentio obligationis Cameralis non impeditur A. C. quin de ea cognoſcat. *Rot. poſt Zach. de obligat. Cameralis deciſ. 153. nu. 5.*

Et inhiberi ſub pœnis, &c. In eiſdem pariter facultatibus exprimitur, vt A. C. quibuſcunque Iudicibus, coram quibus cauſæ ad ſuum Tribunal pertinentes, priuatiuè quoad alios, motæ ſunt, & pendent, inhibeat ſub cenſuris, & alijs pœnis, in eiſdem facultatibus expreſſis, ne in illis, quouis modo, quæſitoue colore, directè, vel indirectè ſe intromittere præſumant.

Prædicta intellige de quouis Iudice habente facultatem priuatiuè quoad alios; non autem vbi ſit locus præuentioni, vt mox dicemus.

Decretum D. N. Procurator, et repetitis facultatibus conceſſis Illuſtriſſimo D. A. C. cæteriſque, etc. in quantum, etc. petijt, et illarum vigore obtinuit cauſam reaſſumi, et inhiberi ſub pœnis vt ſupra, cum intimat.

Quæ ſit ita.

Inti-

Intimetur N. qualiter D. cauſam reaſſumpſit, et inhibuit, et alias prout in actis inſtan.

Formula Septima.

Ad dicendum contra litis pendentiam.

CItetur N. ad dicendum contra litis pendentiam, in tribunali A.C. per acta infraſcripti Notarij, inter N. et N. de et ſuper, &c. et viden. ſibi, et alijs quibus opus fuerit inhiberi ad p. d. inſtan. etc.

Ad dicendum contra litis pendentiam. In aliquibus cauſis A.C. habet iuriſdictionem, non priuatiuè, ſed cumulatiuè quoad alios, vt in *Reformat. tribun. Pauli V. tit. de A.C.* verſ. *vt tollantur controuerſiæ*, & ideo cùm ſit locus præuentioni, adnotata per *Doct. in cap. cùm M. Ferrarien. de conſtit.* ſi ipſe præuenit, fit hæc citatio: quia vbi cœptum eſt iudicium, ibi finiri debet. *l. vbi cœptum, ff. de Iud.* de qua præuentionis materia latè dictum eſt in *tract. de citat. tom. 2. cap. 9. n. 23. & ſeqq.* & in *cap. 16. n. 7. & ſequen.* & quoad præuentionem inter A. C. & forum Capitolinum, in cauſis vertentibus inter Ciues, & Incolas, declaratum eſt in d. *conſtit. Pauli V.* verſ. *& quoad præuentionem.* ut nomen Incolarum intelligendum ſit, iuxta iuris communis diſpoſitionem; & dubitationes, & controuerſiæ inter hæc tribunalia, terminentur per Præfectum Signaturæ Iuſtitiæ, manu regia, ſine quacunque ſcriptura, & appellatione remota.

Et quid iuris ſit, quando Iudex vult inhibere, poſt cœptam litem, vide in d. *cap. 9. de citat. n. 50. & d. cap. 16. n. 30.*

Et viden. ſibi. Hæc citatio eſt omnino neceſſaria, quando Iudex vult inhibere vigore præuentionis: quia niſi conſtet de veritate præuentionis, parte citata, & cum cauſæ cognitione, non eſt inhibendum. *cap. Romana, §. ſi verò, de appellat. in 6.* Secus quando vult inhibere vigore iuriſdictionis priuatiuè: quia tunc citatio non eſt omnino neceſſaria. ad *l. 1. ff. ſi quis ius dic. non obtemp.* cum alijs deductis in *cap. 3. n. 12. de citat. tom. 1.*

Et alijs quibus opus fuerit inhiberi. Sufficit enim citatio partis, licet non citetur Iudex cui inhibendum eſt, cùm non ſit principale eius intereſſe. *Lancell.*

de attent. par.2. cap.20. de attent. poſt inhib. in præfat. quæſt.5. quom. ſit. inhib. n.231. & 232. & dictum eſt in *tract. de citat. tom. 1. cap. 3. n.37. & 77.* vbi quod inhibitio tria operatur, latè expoſitum eſt, ſub *n.78. & ſeqq.* & *cap.14. n.240. tom.3.*

Decretum niſi ad p. d. cum intimatione.

Quæ ſit, qualiter D. inhibuit, et alias prout in actis.

Formula Octaua.

Ad videndum moderari inhibitionem, & remitti cauſam.

CItetur N. ad videndum moderari inhibitionem, alias pro eius parte indebitè extortam, et cauſam remitti ad partes attenta prima inſtantia, et inſtrumentum deſuper neceſſarium, et opportunũ expediri mandari ad p. d. inſtan. etc.

Ad videndum moderari inhibitionem. Hæc citatio neceſſaria eſt, quando pars extorſit aliquam inhibitionem à tribunali A. C. in caſu non permiſſo: quia tunc reuocari debet, cauſa tamen cognita, & parte citata; quod enim iniuſtum eſt debet reuocari. *cap.* [illegible] *verſ. quo circa mandamus, de iureiur. gloſſ. penult. in cap. fin.* verſ. *& iniquum mandatum moderandum eſt, de verborum ſignif.* quæ dicit, quod moderari eſt diminuere id, quod inducit grauamen, & reducere ad æquitatem. Sed an inhibitio ſit iuſta, vel iniuſta, idem Iudex, qui inhibuit, debet cognoſcere, non autem is, cui fuit inhibitum. *Butr. & Abb. in cap. cùm teneamur, de appellat. Bero. conſ. 114. n.7. vol.3.* Sed an, & quando Iudex inhibitus poſſit ad vlteriora procedere, ſtante iniuſtitia, vel nullitate inhibitionis. vide *Surd. conſ. 424. n.31. & ſeq.* & quæ latè diximus in *tract. de citat. tom.1. in cap. 3. de inhibit. n.80. & per tot.*

Parte tamen citata moderanda eſt inhibitio: *l. fin. C. ſi per vim, vel alio modo.* alias decretum moderationis non valeret. *cap. ad audientiã, de appellat.* cum alijs in *tract. de citat. cap.10. n.140. tom.2.*

In citatione non dicitur ad videndum reuocari, ſed moderari quo verbo Curia Romana vtitur, tanquam honeſtiore, ne Iudex videatur parum ſibi conſtare, vel actum omnino iniuſtum feciſſe, cùm huiuſmodi

Digitized by Google

modi inhibitiones non dentur per Notarios ſine ſubſcriptione, & ſigillo Iudicis; quamuis propter multitudinem negociorum, non omnium quæ ſubſcribunt Locumtenentes A.C. certam, habeant ſcientiam, cùm etiam, vt plurimum confiſi de Notariorum fide, ſubſcribant cartas Albas. reuocare enim inhibitionem ſignificat eam in totum, & efficaciter tollere, perinde, ac ſi non emanaſſet: moderari autem inhibitionem ſignificat illam aliqualiter tollere; ſed non in totum, & efficaciter auferre, aut elidere. Cæterum verbalis eſt differentia, quia ſiue per reuocationem, ſiue per moderationem, in totum tollitur, & euaneſcit inhibitio, hoc idem ſenſit *Mandoſ. de inhibit. quæſt.41. n.5.*

Auditores autem Rotæ, & alij Iudices commiſſarij, non inhibent, niſi iuxta formam commiſſionis; ideo ſi pars prætendit reuocationem, debet adire Signaturam Iuſtitiæ pro reformatione, & petere, vt committatur ſiue Iudici, qui inhibuit, vt ſuam moderetur inhibitionem, ſiue Iudici, qui inhibitus eſt, vt procedat perinde, ac ſi dicta inhibitio non emanaſſet, iuxta ea, quæ dicta ſunt in *tract. de citat. cap. 3. n.80. & 81. tom.1.*

Et remitti cauſam, etc. Remiſſio petitur fieri, vel ad ſuum Iudicem, quando ſcilicet alius præuenit: præuentus enim remittit ad eum, qui præuenit. *Doct. in cap. cùm M. Ferrarien.* & ibi *Rip. n.199. de conſtit.* cum alijs in *tract. de citat. cap.9. n.23. & ſeq. tom.2.* vel petitur remitti ad partes, quando ſcilicet nemo præuenit, & quando actor debet ſequi forum Rei. *l. iuris ordinem, C. de iuriſdict. omn. Iud.* & quando reus ad Curiam in prima inſtantia, vel ex alio priuilegio extra forum ſuum non vult conueniri, vel quando cauſa de qua agitur aliqua ratione, puta ob paruitatem ſummæ non ſit curialis, vel de ſui natura non ſit appellabilis, qua ratione in expeditionibus vigore appellationis apponi debet hæc clauſula, & quatenus re vera ſententia non ſit diffinitiua, vel vim diffinitiuæ non habeat, præſentes litteræ nullius ſint roboris, vel momenti. ita enim cauetur in *Reform. Pauli V. tit de Auditore Cameræ*, verſ. *in expeditionibus*, vel quando A.C. non habet iuriſdictionem, vt in beneficialibus, cùm de illis nulla fiat mentio in eius facultatibus. *Mand. ſuper regul. Cancell. reg.31. quæſt 4. n.3. & ſeq.* & hoc ſiue in poſſeſſorio, ſiue in petitorio. *Bellam. deciſ.310. Caual. deciſ.32. & 224.* & quod in beneficialibus nõ poſſit per partes prorogari iuriſdictio A.C. vide in dicto *tract. de citat. cap.2. n.8. tom.1.*

Vel etiam in cauſis eccleſiaſticis, quæ ex diſpoſit. *Sac. Conc. Tridens. ſeſſ.24. cap.20. de reform* debent in prima inſtantia corã ordinarijs locorũ dumtaxat cognoſci, & omnino ſaltem infra bienniũ, à die motæ litis terminari.

Et inſtrumentum deſuper neceſſarium, et opportunum expediri mandari. Vt ſcilicet per illud conſtare poſſit ſiue parti, ſiue Iudici eſſe ſublatum inhibitionis impedimentum.

Ad hanc citationem fit decretum.

Niſi ad p. d. vel niſi infra tres, vel quinque.

Et prout Iudex arbitratus fuerit.

Formula Nona.

Ad videndum admitti ad cauſam.

Citetur D. ad videndum infraſcriptum inſtantem admitti, pro omni ſuo iure, & intereſſe, ad cauſam per acta infraſcripti Notarij vertentem, inter eundem aduerſarium, & D. N. in ſtatu, & terminis, in quibus reperitur ad p. d. inſtan.

Hæc citatio fit coram A. C. nam coram Iudice ordinario poteſt quilibet comparere, & petere admitti pro ſuo intereſſe, & debet admitti in eo ſtatu, quo eam repererit. *tex. eſt in cap. fin. in fin. vt lit. pend. lib. 6.*

Ad videndum infraſcriptum inſtantem admitti. Quæ admiſſio nō requirit ſententiam diffinitiuam; ſed ſolam interlocutoriam. *tex. eſt in cap. veniens, il 2. de teſtibus.* ibi *interloquendo pronunciauimus, quod ſua intereſſat.*

Pro omni ſuo iure, et intereſſe. De quo tamen debet docere incontinenti. d. *cap. veniens, il 2. de teſtib.* ibi *cùm igitur ſuper his aliquandiù diſceptaſſent, interlocuti fuimus, vt dictus p. ſi poſſet incontinentì ſuam intentionem fundaret,* ſed qualiter verbum incontinenti interpretetur, *Innoc. & Abb.* ibidem *nu. 11.* dicunt de octo diebus; ſed id relinquendum eſſe arbitrio Iudicis dixerunt ibidem *Abb. Imol. & Felin.* adde *Couarr. pract. queſt. cap. 16. n. 1.*

Et hic nota, quod ad cauſam quis poteſt venire pro ſuo intereſſe, vel coadiuuandi gratia reum, vel actorem, vel ad excludendum vtrunque. Exempla vide in dicto *tract. de citat. cap. 14. qui ſint citandi, à n. 242. vſque 295. tom. 3.*

Iu

In ſtatu, et terminis quibus reperitur. Iuxta text. in d. *cap. fin. vt lit. pend. in 6.* ibi *eos in illo ſtatu, in quo ipſam inuenerint, decernimus admittendos.*

Decretum fit ad hanc citationem.

Admittimus docto de intereſſe, et in ſtatu, et terminis, in quibus cauſa reperitur.

Et quod tertius debeat admitti, docto apparenter de intereſſe, & admiſſus citari; vide in d. *tract. de cit. cap. 14. n. 252. & ſequen. tom. 3.*

In Rota autem, ſeu coram alio Iudice commiſſario, quamuis vigore commiſſionis, habentis clauſulam omneſque alios, vel ratione connexitatis deberet admitti, ad *tex. in l. 1. ff. quibus rebus ad eundem Iudicem eatur*, tamen ad tollen. omnem difficultatem, ſolet impetrari commiſſio admiſſionis ad cauſam pro intereſſe; vt per *Mandoſ. de commiſſ. formula 9. in princip.*

Qua obtenta citatur.

Ad dicendum contra commiſſionem in actis præſentatam.

De qua citatione inferius agemus, & additur.

Et iuxta illius formam viden. admitti in ſtatu, et terminis.

Iuxta prædicta.

Et de tertij admiſſione debet conſtare per interlocutoriam Iudicis, & ſi conſtaret de ſola citatione ad dicendum contra commiſſionem, non cenſeretur admiſſus, vt in d. *tract. de citat. cap. 14. n. 257. & ſequen. tom. 3.*

Formula Decima:

Ad docendum de intereſſe.

Citetur N. ad docendum de quocunque eius prætenſo iure, & intereſſe, alias viden. per D. mandari procedi ad vlteriora, ipſo etiam non citato, quibuſcunque non obſtantibus ad p. d. inſtan.

Ille qui obtinuit decretum admiſſionis ad cauſam, quando non docet de eius intereſſe, vrgetur hac citatione.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Ad docendum de quocunque prætenſo eius iure, & intereſſe.

Quando fuit admiſſus cum conditione, conſtito de intereſſe, ſine dubio conditio debet adimpleri, & quatenus eſſet omiſſa conditio in decreto, ea ſubintelligeretur. *cap.fin. vt lit. pend. lib.6. Biſignet. deciſ.1. de reſcript.* & quod ſufficiat doce͏re apparenter de intereſſe,dicunt *Doct. in cap. veniens, il 2. de teſtib. Mandoſ. de commiſſ. in form. 9. commiſſ. admiſſ.pro intereſſe.*

Alias videndum mandari procedi ad vlteriora, ipſo etiam non citato. Non enim citari debet is,qui non habet intereſſe: cùm ſine eo nõ poſſit actui ſe opponere, nec defenſiones parare. *l.de vno quoque, ff.de re Iud. Bal. in l.cum fratrem, n.9. C. de his quibus vt indign.* vt autem quis citari debeat ſufficit, quod in potentia illi poſſit aliqua defenſio competere. *Caput. deciſ.* 114. *n.2. par.1.* & quod defenſio naturalis conſiſtat in pluribus, & citatio fiat ad quinque effectus, nempe ad effectum ſcientiæ,comparitionis,contradictionis,præparandæ defenſionis, & cauſæ cognitionis. vide in *tract.de citat. cap.8. n.15. & ſequen. tom.1.*

Ad hanc citationem fieri poteſt decretum.

Niſi ad p. d. vel etiam niſi infra octo. Quia debet de intereſſe doceri in continenti, quod verbum intelligitur ſecundum aliquos, de octo diebus, & ſecundum alios relinquitur arbitrio Iudicis. vt ſuperius dictum eſt, & in d. *tract.* [illegible]

Formula Vndecima.

Ad ſubminiſtrandum alimenta, & ſumptus litis.

Citetur D. N. ad ſubminiſtrandum infraſcripto inſtanti alimenta, & ſumptus litis, attenta eius paupertate, & bono iure: necnon viden. illa, & illas per Dominum decerni,taxari,& moderari; illaq.taxata,& moderata, taxatoſq. & moderatos ſoluendum,alias videndũ pro illis decerni,& relaxari mandatum executiuũ ad p.d.inſtan.

Liti-

Digitized by Google

Litigans quantumuis ſit diues, non tenetur ſuo aduerſario ſubminiſtrare alimenta, neque ſumptus litis. *l. Imperatores, ff. de tutel. & ration. diſtrahen. Bellam. deciſ.*88. *Creſcent. deciſ.*8. *de Iudic.* fallit ſi duo copulatiuè concurrant; paupertas, & bonum ius, ſeu præſumptio boni iuris. *Afflict. deciſ.*10. *n.*2. *Crauet. conſ.*164. *Couarr. pract. quæſt. cap.* 6. *nu.*6. *Gregor. deciſ.*524. *n.*2.

Ad ſubminiſtrandum infraſcripto inſtanti alimenta, & ſumptus litis. Plures ſunt, qui poſſunt petere huiuſmodi ſubminiſtrationem videlicet pauper reſpectu rei, de qua agitur. *l. fin. C. de ord. cognit. Seraph. deciſ.*426.

Filius litigans, vel cum Patre ſuper alimentis, vel cum Patris hærede ſuper hæreditate, vel eius exhæredatione. *l. ſi inſtituta, §. de inoffícioſo, ff. de inoffic. teſt. Caput. deciſ.*18. & 20. *par.*1. *Afflict. deciſ.*11.

Et hoc habet locum etiam in filio naturali, ſiue ſpurio, iuxta not. in *cap. cùm haberet, de eo, qui duxit in vxor. quam poll. per adulter.* ſuit dictum in *Romana alimentorum de Zambeccarijs*, 4. *Maij* 1588. *coram Comitulo*, & in *Bonon. alimentorum* 22. *Maij* 1594. *coram Penia*, impreſſa apud *Marcheſ. par.* 1. *fol.* 1176.

Vxor litigans cum marito, in prima inſtantia poteſt petere alimenta, & ſumptus litis. *l. ſi cum dotem, §. ſin autem in ſæuiſſimo, ff. ſol. matr. Bal.* & alij in *l. quod in vxorem, C. de neg. geſt.*

Monachus etiam eiectus à religione, poteſt à Monaſterio, etiam in prima inſtantia petere alimenta, & ſumptus litis. *Afflict. deciſ.*10. *n.*2. *Put. deciſ.*208. *lib.* 1.

Attenta eius paupertate. Ei enim, qui habet aliunde vnde litiget, non ſunt ſubminiſtranda alimenta, nec ſumptus litis ex legis diſpoſitione, neque Iudicis officio. *Bellam. deciſ.*88. *n.* 3. *Mantic. deciſ.*28. *n.* 3.

Paupertas debet probari, reſpectu rei de qua agitur. *l. fin. C. de ord. cognit. Seraph. deciſ.*426. quod ſi vel lis eſſet ſuper re non fructifera, vel ſi pauper litigaret cum alio paupere, non eſſet locus ſubminiſtrationi alimentorum, nec ſumptuũ litis ex deductis per *Rot. in recent. deciſ.*470. *num* 6. & 7. *par.*2.

Et bono iure. Nota quod ſiue in prima inſtantia, ſiue in ſecunda, ad effectum alimentorum, & ſumptuum litis, ſufficit præſumptio boni iuris, quæ debet eſſe in eodem iudicio de quo agitur, vtpotè ſi iudicium fiat in poſſeſſorio, non ſufficit docere de bono iure in petitorio. *Pont. de alim. cap.*13. *n.*6.

Declara tamen, quod ſi in prima inſtantia agat, ſiue filius, ſiue vxor,

Digitized by Google

ſiue Monachus, ſi conſtat, quod ſint tales, intrat præſumptio iuris, vt ſint illis præſtanda alimenta, & ſumptus litis iuxta prædicta.

Sed ſi non conſtat, quod ſint tales; ſed controuertatur an ſit filius, vel Monachus; tunc non adeſt præſumptio boni iuris, & præſtanda non ſunt alimenta, nec ſumptus litis. *Rot. diuerſ. deciſ.* 1012. *lib.* 3. *par.* 3. quæ loquitur de vxore. *Put. d. deciſ.* 208. *lib.* 1. qui loquitur de Monacho.

Et propterea quando ſummariè conſtat in prima inſtantia, ex teſtibus, vel alio modo, de filiatione, matrimonio, vel profeſſione, Iudex debet decernere alimenta, & ſumptus litis. *cap. ſignificauerunt,* cum ibi not. per *Doct. de teſtib. Alciat. regul.* 3. *præſumpt.* 9. *n.* 11.

Quoad alias vero perſonas, regulariter non decernuntur alimenta, nec ſumptus litis, niſi in ſecunda inſtantia, iuxta *tex.* in d. *l. ſi inſtituta, §. de inofficioſo, ff. de inoff. teſt.* quo caſu ſententia fauorabilis obtenta operatur præſumptionem boni iuris. *Seraph. deciſ.* 1098. *n.* 2. vbi concludit alimenta deberi, etiam excommunicato, quando vel excommunicatio fuit nulla, vel fuit data abſolutio ad cautelam.

Hic nota, quod quando à ſententia fuit appellatum, pro ea non præſumitur, cùm eius virtus remaneat ſuſpenſa per appellationem. *cap. venientes, de iureiur. l. fin. C. ſentent. reſcin. non poſſe.*

Sed quamuis non præſumatur pro ſententia; præſumitur tamen pro Iudice, quod ſcilicet rectè fecerit, quæ officio eius incumbunt. *l.* 2. *C. de off. ciuil. Iud. cap. in noſtra, de procurat.* quæ præſumptio pro Iudice, etſi non ſit talis, vt transferat onus probandi in aduerſarium, vt per *Imol. in cap. ...* quandoquidem is probare debet in cauſa appellationis, qui in prima inſtantia probare debebat. *Alciat. reg.* 3. *præſumpt.* 9. *n.* 7. & 8. attamen inducit præſumptionẽ boni iuris vt ei, qui habet ſententiam pro ſe, docto de paupertate debeant per collitigantem ſubminiſtrari alimenta, & ſumptus litis iuxta præallegata.

Necnon videndum illa, & illos per Dominum decerni:

Ex æquitate enim, & officio Iudicis illis eſt prouidendum, quibus nec iure naturæ, neque gentium alimenta debentur, itaque Iudices requiſiti tenentur ex æquitate iuris poſitiui, decernere inopi litiganti, ex proprio officio alimenta litis. ex d. *l. ſi inſtituta, §. fin. ff. de inoffic. teſt. l. fin. C. de ord. cognit. Alciat. de præſumpt. reg.* 3. *d. præſumpt.* 9. *n.* 1. & *ſequen.*

Taxari, & moderari. Taxari enim debent habita ratione ad ea, quæ petuntur, & à quo petuntur,

ex

Digitized by Google

ex adductis per *Rot. in recent. deciſ.* 748. *n.* 6. *par.* 2. quod ſi vel lis eſſet ſuper re non fructifera, vel ſi pauper litigaret cum alio paupere, non eſſet locus prædictorum alimentorum, & litis ſumptuum ſubminiſtrationi, ex deductis per *Rot. in recent. deciſ.* 470. *n.* 6. & 7. *par.* 2. & paulò ſuperius dictum eſt, & non ſemper vniformiter alimenta litis ſunt decernenda; ſed iuxta qualitatem perſonæ, & rei, de qua lis vertitur taxanda ſunt arbitrio Iudicis. *l. fin.* & ibi *Bal. C. de ord. cogn. Bellam. deciſ.* 256. *in fin.* prædictis adde *Pontan. in tract. de alim. cap.* 13. *per tot.*

Illaque taxata, & moderata ſoluen. alias videndum decerni, & relaxari mandatum executiuum ad p. d.

Hæc alimenta non petuntur iure actionis, ſed officio Iudicis. ideo iudicium eſt executiuum, dantur enim breuiores dilationes. *Iaſ. in l. de alimentis, not.* 2. *C. de tranſact. n.* 5.

Sufficiunt tenues probationes. *Bar. in l. ſi quis à liberis, §. ſi quis ex his, in fin. ff. de liber. agnoſc.*

Non admittitur exceptio compenſationis. *l. in ea, C. de compenſat. Gig. in tract. de penſ. quæſt.* 92. *n.* 4.

Nec admittitur appellatio ſuſpenſiua, ſed deuolutiua cum clauſula ſine retardatione ſolutionis. *Bar. in l. fin. in fin. ff. de appellat. recipien. Sarnen. in compend. Signat. Iuſtit. n.* 84. & 87. cum alijs per *Pontan. de aliment. cap.* 19. *num.* 3. & 4.

Et hæc litis alimenta, poſtquam fuerunt decreta, debent præſtari vſque ad finem litis, propter præſumptionẽ boni iuris reſultantem ex expreſſa ſententia. *Veſtan. deciſ.* 146. & 183. *Pari*[illegible] *d*[illegible] *cap.* 13. *n.* 7. *de aliment.* quæ præſumptio non ceſſat, etiam ſi ſententia retractetur, non enim ob id præſumitur Iudicem aliquid fraudulenter feciſſe. *cap. cùm olim, il* 2. & ibi *gloſſ. antepen. de priuileg. cap. cùm Ioannes, de fid. inſtrument.*

Verum eſt appellandi vſum neceſſarium eſſe, ad corrigendum iudicantium iniquitatem, vel imperitiam; ſed non raro contingit, ſententias bene latas in peius reformari: non enim melius pronunciat, qui nouiſſimus ſententiam laturus eſt, ita dicitur in *l.* 1. *ff. de appellat.* Hinc Doctores admonent, quod ſi prior ſententia ex nouiter deductis ſit infirmanda, addantur in ſententia reuocatoria, hæc vel ſimilia verba, propter nouas probationes in cauſa factas, & hoc fiat ad exonerationem prioris Iudicis. *Salic. in l. eos* 6. *quæſt. C. de appellat. Caſtel. Gott. in ſuis memorial.* in verbo *Iudex debet, in fine.*

Alimenta percepta non reſtituuntur, ſi, qui ea percepit, in iudicio ſuccumbat, cum ex equitate, & officio Iudicis rectè fuerint decreta, & taxata, & ſoluta. Sed ſi victor extiterit in cauſa, ea debet compenſare; cùm

Digitized by Google

cùm non patiatur bona fides, vt bis idem exigatur. *l. bona fides, ff. de reg. iur. Couarr. pract. quæſt. cap. 6. n. 7. Mantic. deciſ. 43. nu. 1. & deciſ. 171. num. 1. & 2.*

Ad hanc citationem fit decretum.

Petijt, & obtinuit vt ſupra, ad rationem ſcutorum tot quolibet menſe. niſi ad p. d. cum intimatione.

Intimatio fit qualiter Dominus taxauit alimenta ad rationem, &c. & alias prout in actis.

Formula Duodecima.

Ad declarandum an velit eſſe hæres.

Citetur N. ad declarandum in actis, an ſit, vel eſſe velit hęres q. D. N. alias videndum per Dominum deputari Curatorem hæreditati iacenti primo pro prima dilatione ad p. d. inſtan. & hęc citatio fit alijs tribus vicibus ſecundo pro ſecunda ad p. d. tertio pro tertia ad p. d. quartò pro qnarta, & ſuper abundanti dilatione ad p. d. & in termino quartò deputatur Curator. et hic modus ſeruatur, quando citantur hęredes legitimæ ętatis.

Si vero ſunt minores, citatio fit modo ſequenti.

Citetur D. N. ad declarandum an ſit, vel eſſe velit hęres q. D. N. et quatęnus ſic, ad comparendum legitimè, alias videndum ſibi deputari curatorem, ſeu actorem ad lites primo pro prima ad p. d. inſtan.

Et ſeruantur ijdem quatuor termini, vt ſup. & ratio eſt, quia minor non incurrit contumaciam; ſed quando non comparet, Iudex debet illi curatorem deputare, vt in d. *tract. de citat. cap. 14. n. 439. tom. 3.*

Quando hæres, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato, differt adire hæreditatem in præiudicium creditorum, tunc poteſt vel ad inſtantiã vniuerſitatis creditorum, vel inſtante vno pro ſuo dumtaxat credito, deputari curator hæreditati iacenti, vel vniuerſalis, vel particularis.

inter

Digitized by Google

inter quos differentia hæc eſt: quia ad inſtantiam vniuerſitatis datur ad duplicem effectum, vt ſcilicet validè cum eo poſſit agi per creditores, & ad effectum adminiſtrationis bonorum, vt ſcilicet in eum transferatur poſſeſſio, & cuſtodia, & adminiſtratio bonorum hæreditariorũ, ad dicta per *Felin. in cap.2. n.9. de conſtitut.*

Ad inſtantiam autem particularis creditoris, datur ad effectum dũtaxat validitatis iudicij, vt ſcilicet cum eo agi poſſit. hinc eſt vt curator deputatus hæreditati iacenti, ad inſtantiam vnius creditoris, non poteſt citari per alios creditores. *Saluſt. Tiber. lib.1. cap. 52. num. 13.* quod repetit *lib.4. tit. de deput. curat. & actorum ad lites, n.13.* ratio eſt, quia deputatio eſt facta ad vnam cauſam, ideo non poteſt extendi ad omnes cauſas contra hæreditatem mouendas. & procurator ad vnam ſpeciem, ſeu cauſam conſtitutus, non poteſt fines mandati egredi. *l. ſi procurator, C. de procurat. l. cum mandati, C. mandati*. & citatio executa contra curatorem hæreditatis, de cuius mandato ſufficienti non conſtat, facit nullitatem. *l. vltima, §. tali itaque, C. de curat. fur.* & curator legitimus eſt citandus. *l. Licinius, §. bonorum, ff. de leg.2.* fuit dictum in *Colimbrien. Decanatus 27. Iunij 1595. coram Iuſto.*

Prædicta citatio omnino eſt neceſſaria: quia acturus cum hærede debet probare illum eſſe talem. *Rolan. conſ.58. n.23. lib.1.* & quamuis in filio præſumptio ſit, filius ergo hæres; tamen quia habet beneficiũ abſtinendi, debet citari ad declarandum an ſit hæres. *Bal. in l. in neceſſarijs, n.1. ff. de acquir. hæred. Mantic. decis.198. n.6. Rot. diuerſ. deciſ.96. n.4. par.6.*

Citetur ad declarandum an ſit, vel eſſe velit hæres, &c.

Hæreditas enim, licet perſonæ vicefungatur, vt dicitur in *l. mortuo reo, ff. de fideiuſſ.* & perſonam Domini ſuſtineat, vt dicitur in *l. cum hæreditas, C. de poſit.* non tamen talis eſt, vt poſſit citari. *Bal. conſ.118. n.6. lib.5.* ideoque is cui delata eſt hæreditas, poteſt ad inſtantiam creditorum interrogari, an velit eſſe hæres, vel non. *l. ſi curatoris, C. de iur. deliberan.* & toties hæres in iure interrogandus eſt, qua ex parte hæres ſit, quoties aduerſus eum actio inſtituatur, & dubitat actor, qua ex parte is, cum quo agere velit, hæres ſit. vt formaliter dicitur in *l.1. ff. de interrogat. act.*

Quæ interrogatio poteſt fieri, nedum ei, cui delata eſt hæreditas. *l. ſi ſine, ff. de interr. act.* ſed etiam eius procuratori, ſeu defenſori. *l. ſi defenſor, ff. de interrogat. act.* cuius reſponſio, ſiue taciturnitas Domino præiudicat. *l. non ſolum,* in princ. *ff. de procur.* & ibi *Bart. in ſummario.*

Si autem principalis ita citatus petat tempus ad deliberandum, dandum

dum eſt. *l. qui interrogatur, ff. de interrog. act.* moderatum tamen, vt dicitur in d. *l. ſi curatoris, C. de iur. deliberan.* & idem terminus dandus eſt, multo magis procuratori, illum petenti nomine ſui principalis, ex prædictis iuribus.

Imò procurator ita citatus, poteſt petere nomine proprio aliam dilationem, non ad deliberandum; ſed ad conſulendum principalem, quando eſt procurator generalis; ſed quando eſt procurator ſpecialis, dilatio ad conſulendum denegatur. *cap. dilectus, de procurat. Caſſad. deciſ. 1. n. 1. de dilat.*

Et propterea ſi quis tanquam hæres N. conſtitueret procuratorem, & procurator citaretur ad declarandum, an eius principalis ſit hæres N. non poſſet petere dilationem, ad conſulendum; ſed teneretur reſpondere, & non reſpondendo Domino præiudicaret, & calumnioſus videretur. *Specul. in tit. depoſit. §. 6. n. 19.* verſ. *quid ſi procurator dicit dubitare. Veſtr. lib. 5. cap. 14. n. 10. Bar. in l. non ſolum, n. 2. ff. de procurat.*

Alias videndum deputari curatorem hæreditati iacenti.

Dum enim ſiue principalis, ſiue procurator recuſat reſpondere, non poteſt dici quod hæres adiuerit; quandoquidem non reſpondens cenſetur negare, & facit rem dubiam. *l. 3. C. quibus ad libert. proclam. non licet. gloſſ. fin. in cap. 1. de off. deleg. in 6. Felin. in cap. coram, n. 8. de offic. delegat.*

Qui curator hæreditati iacenti poteſt dari, quando vel hæres non poteſt adire, puta pendente conditione, vel quando nemo eſt, qui velit adire. *l. 1. & ibi gloſſ.* [illegible] *ff. de curat. bon. dan. Bar. in l. 2. ff. eodem. Gabr. conſ. 28. n. 9. lib. 2. Rot. diuerſ. par. 1. deciſ. 401. n. 1.*

Sed vt de hoc conſtet debent citari filij, ſeu illi, ad quos ſucceſſio pertinet; quia ſi illi adiuiſſent, non diceretur hæreditas iacere, cùm per aditionem deſinat eſſe hæreditas, & fiat proprium patrimonium hæredis, vt not. *gloſſ. & Doct. in l. 1. §. veteres,* & ibi *Iaſ.* poſt alios *n. 14. & 20. ff. de acquir. poſſ. Bar. in l. bona, n. 14. ff. de bon. poſſ. Roman. conſ. 40. n. 12. Pariſ. conſ. 20. n. 1. lib. 2. Rot. in Romana Pecuniaria 26. Ianuarij 1607. coram Ortembergo,* & quod debeant citari illi quos prima cauſa ſucceſſionis contingit, tradit *Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2. caſ. 150. n. 4.* & non ſeruata hac forma, deputatio curatoris non valet. *Bal. conſ. 327. n. 1. lib. 5. Rot. in Toletana nullitat. profeſſ. 28. Iunij 1600. coram Iuſto,* & quod illis, qui poſſunt eſſe hæredes præfigendum ſit tempus, vt nec creditoribus longior mora fieret; ſed ipſi poſſint maturius ſcire, cum quo congrediantur. *tex.* eſt in *l. 1. ff. de ſucceſſ. edic. in princ.*

Et

Digitized by Google

Et vt poſſit deueniri ad dationem curatoris vniuerſalis hæreditati iacenti, quinque requiruntur; primò, quod concurrat maior pars creditorum; ſecundò, quod nominatim citentur illi, quorum eſt prima cauſa ſucceſſionis, nec ſufficiat citatio generalis; tertiò, quod ſtatuatur tempus ad deliberandum; quartò, quod talis curator debeat inuentarium facere; quintò, quod curator ſatiſdet. ponit latè *Capic. deciſ. 87. n. 1. & ſeq.*

Primo pro prima dilatione, ad p. d. inſtan. Vt enim ſupra dictum eſt, debet dari dilatio competens, ad deliberandum, ſeu declarandum. ideo ſeruantur in hoc iudicio dationis curatoris, quatuor termini, hoc eſt dantur quatuor dilationes, cum in hac materia idem ſignificet terminus, quod dilatio. & ideo dicitur primo pro prima dilatione, & fiunt ſucceſſiuè aliæ tres citationes, vt ſupra.

Vt enim citatio, ſeu dilatio ſit peremptoria, debet fieri tribus edictis, ſeu terminis, & additur quartum edictum, ſeu quartus terminus vti ſuper abundans, vt not. per *Caſtr.* & alios in *l. ad peremptorium, ff. de iud. in princ.* & niſi quis citaretur cum peremptorio, daretur ve dilatio peremptoria, non conuinceretur eius contumacia. *cap. quoniam frequenter, §. porrò,* & ibi not. *Doct. vt lit. non cont.* & ita niſi fierent dictæ quatuor citationes, non poſſet Iudex deputare curatorem hæreditati iacenti, cum per peremptorium non eſſet conuicta citati contumacia, iuxta ea, quæ dicta ſunt in *tract. de citat. cap. 16.* verſ. *octauus effectus, n. 119. & ſeqq.*

Quando vero citatus in termino declarat ſe hæredem, fiunt aliæ citationes, quæ requiruntur in iudicio cum eo intentando, tanquam hærede.

Prædictis adde, aliud eſſe, quod hæreditas iaceat, & aliud quod vacet: quando enim extant aliqui, quibus à iure defertur hæreditas, tunc ante aditionem dicitur hæreditas iacens, ſed quando inteſtatus nullum ex ſanguinis linea, vel iuris titulo reliquit hæredem; tunc hæreditas dicitur vacans. *l. vacantia, C. de bon. vacan. lib. 10.* & differentia eſt: quia hæreditati vacanti non datur curator, ſed eius adminiſtratio pertinet ad fiſcum. *l. 1. in princ. ff. de iur. fiſci*, de qua materia vide *Capic. deciſ. 87. per tot.* & quæ dicta ſunt in *tract. de citat. cap. 14. qui ſint citandi, n. 13.* cum pluribus ſequentibus.

Ad quartam, & ſuperabundantem citationem comparet coram Iudice curator, & fideiuſſor vna cum Notario, & deputatur curator, & fit decretum.

Petijt,

Petijt, et obtinuit deputari in curatorem N. niſi ad p. d. cũ intimat.

Formula Decimatertia.

Ad docendum adiuiſſe hæreditatem cum benefic. leg. & inuentarij.

Citetur N. ad docendum adiuiſſe hęreditatem q. N. cum beneficio legis, et inuentarij, ac legitimum inuentarium confeciſſe, illudque in actis exhibendum, et de bonis in eo deſcriptis reddendum rationem, alias videndum mandari exequi mandatum contra bona propria, et perſonam ſui principalis, et quatenus opus ſit de nouo contra illum decerni, et relaxari ad p. d. inſtan.

Ad docendum adiuiſſe hæreditatem. Adire propriè dicuntur extranei; ſed qui ſunt in poteſtate dicuntur ſe immiſcere. §. *extraneis, inſtit. de hæred. qualit & diff. l. fin. in princip.* verſ. *cum igitur hæreditas*, & ibi *gloſſ.* in verbo *immiſcuerunt*; [illegible] confunditur; quia etiã ſuus hæres dicitur adire, vt not. *gloſſ.* in d. §. *extraneis, inſtit. de hæred. qualit. & diff.* in verbo *de adeunda.*

Cum beneficio legis, et inuentarij. Hæres adeundo quaſi contrahit cum creditoribus hereditarijs, & legatarijs. §. *hæres quoque, inſtit. de obligat. quæ ex quaſi contrac. naſcun.* nè autem quis obligaretur vltra vires hæreditarias. Iuſtinianus Imperator ſuo beneficio, quod dicitur beneficium legis, & inuentarij, benignè, & ſapienter proſpexit, vt in d. *l. fin. in princ. C. de iur. deliberan.* quod beneficium reſpicit commodum hæredis, nedum quando ei delata eſt hæreditas, ne dubitans de viribus hæreditatis ſolicitus ſit, debeat nè terminum petere ad deliberandum. d. *l. fin* §. 1. ſed etiam quando ab eo agnita, ſeu adita eſt hæreditas, vt eam ſine periculo habeat nè lucrum ſperans, propriæ ſubſtantiæ detrimentum pateretur. d. *l. fin.* §. *licentia, C. de iur. deliberan.*

Reſpicit pariter commodum creditorum, & legatariorum, ne hæres occul-

occultet, ſurripiatuè bona hæreditaria. d. *l. fin. §. fin autem, C. de iure deliberan.* præſertim mobilia, & nomina debitorum, quorum facilis eſſet occultatio. d. *l. fin. §. licentia.*

Ac legitimum inuentarium confeciſſe. Non enim, vt quis gaudeat beneficio legis, & inuentarij, ſufficit vt adeat, & proteſtetur ſe adire cum beneficio legis, & inuentarij. *Seraph. deciſ. 40. n. 2.* niſi illud confecerit, & legitimè, vt eſt *tex.* in d. *l. fin. §. fin vero, C. de iur. delib.* ibi *tunc ex eo ipſo, quod inuentarium, ſecundum formam præſentis conſtitutionis, non fecerint, & hæredes eſſe omnino intelligantur, & debitis hæreditarijs inſolidum teneantur, nec legis noſtræ beneficio perfruantur, quam contemnendum eſſe cenſuerunt.*

Forma autem, quæ in eadem *l. fin.* conſtituitur eſt hæc, vt à die aditæ hæreditatis inuentarium incohetur intra 30. dies, & finiatur intra alios 60. dies, ſi bona ſint præſentia, vel intra annum, ſi ſint in locis remotis, & fiat in præſentia Notarij, & teſtium, & creditorum, & legatariorum, & quod manu hæredis præponatur venerabile ſignum Crucis, & ſubſcribatur per eundem hæredem, vel ſi ſcribere neſciat, rogare debeat Notarium, vt pro ſe ſubſcribat, & quod hæres exprimat quãtitatem rerum, & recognoſcat omnia deſcripta in inuentario penès ſe remanſura, omni procul fraude, & malignitate. vt in d. *l. fin.* in princ. in verſ. *omni tamen modo,* & ibi *gloſſ.* in verbo *tabulariorum, & ſeqq.*

Quomodo autem ſint citandi legatarij, & creditores, vt intereſſe poſſint confectioni inuentarij, & quando inuentarium cenſeri debeat legitimum, vel non. vide latè in *tract. de citat. cap. 15. n. 446. & ſequen.*

Et quamuis contra eos, qui legitimè citati fuerint, inuentarium confectum valeat, non tamen illis nocet, qui legitimè citati non fuerunt. *Coccin. deciſ. 151. n. 5.* etiam quod fuiſſet factum cum decreto, & auctoritate Iudicis. *Buratt. deciſ. 637. num. 17. & 18.*

Et illi, qui ſunt certi, non dicuntur legitimè citati, per ſolum proclama, ſeu edictum, citationemue generalem, contra ſua intereſſe putantes, niſi quatenus eſſent abſentes. *Seraph. deciſ. 371. n. 4. Coccin. d. deciſ. 151. n. 5.* quia ſi ſunt præſentes nominatim citandi ſunt. *Gregor. deciſ. 473.* & ibi *adden. n. 22.* & vide in d. *tract. de citat. cap. 15. n. 447. & ſeq. tom. 3.*

Qui vero ſunt incerti, validè citantur per proclama, ſeu per edicti affixionem. *Caual. deciſ. 508. n. 2.* & latius dictum eſt in d. *tract. cap. 12. n. 234. & 241. tom. 3.* qui autem dicantur certi, vel incerti ad hunc effectum, vide in d. *tract. cap. 7. n. 349. tom. 1.*

In materia autem conficiendi inuentarium, & etiam qualiter legatarij, & creditores ſint citandi, attendi debet Statutum, conſuetudo, & ſty-

Digitized by Google

& ſtylus loci, & regionis. *Seraph. deciſ.*915. *n.*3. *Caual. deciſ.* 508. *n.*7. *& deciſ.*584. *n.*4. *Duran. deciſ.*212. *n.*4. *&* 5.

Et de bonis in eo deſcriptis reddendum rationem.

Inuentarium enim probat hæreditatem eſſe ſoluendo. *Seraph. deciſ.*1394. *n* 1. *Rot. in recent. deciſ.*762. *n.*1. *par.*2. & bona deſcripta in eo fuiſſe in bonis teſtatoris. *Gregor. deciſ.*575. *n.*3. & contra hæredem habet præſumptionem iuris, & de iure, nec admittit probationem in cõtrarium. *Buratt. deciſ.*557. *n.*7. & plenè probat contra eius ſucceſſores, & ab eo cauſam habentes. *Caual. deciſ.*578. *n.*5. *Buratt. deciſ.*637. *n.*6. *&* 15. nec admittit probationem in contrarium *n.* 16. & non ſuffragatur hæredi, quatenus adſunt bona hæreditaria in *recent. deciſ.* 61. *n.*4. *par.*2. *Caual. deciſ.*430. *n.*6. & reddit dumtaxat ſecurum hæredem, nè damnum patiatur, non autem vt lucretur. *Seraph. deciſ.* 504. *n.*4. & ſi in reddenda ratione oſtenderet ſoluiſſe poſterioribus creditoribus, non ſufficeret, ſi ſciuiſſet eos eſſe poſteriores, & non procuraſſet cautionem de reſtituendo prioribus, & potioribus. malè enim ſoluiſſet; *Seraphin. deciſ.*1311. *n.*3.

Alias videndum mandari exequi mandatum contra perſonam, et bona propria. Si non docet de inuentario, inducitur cõtra eum præſumptio vſurpationis bonorum defuncti. *Caual. deciſ.* 246. *n.*6. *Duran. deciſ.*239. *n.* 4. & hæreditas præſumitur ſufficiens, & ſoluendo. *Caual. deciſ.*246. *n.*6. & teneatur etiam vltra vires hæreditarias. *Seraph. deciſ.* 1311. *n.*2. [illegible]

Si docet de inuentario, ſed non legitimo idem eſt: quia inuentarij facere, & minus legitimè facere, paria ſunt. *Gregor. deciſ.*496. *n.*2.

At ſi docet de inuentario legitimo, tunc ceſſat omnis ſuſpicio fraudis, & ſubtractionis. *Mantic. deciſ.*189. *n.*4. & inuentarium facit præſumi alia bona non adfuiſſe, cùm fiat citatis intereſſe habentibus. *Caual. deciſ.*246. *n.*4. & transfertur onus probandi in contradicentem. *Rot. in Recent. par.* 1. *deciſ.* 607. *n.* 1. & ſi apparet hæreditatem non eſſe ſoluendo, vlterior probatio per hæredem fieri non debet. *Put. deciſ.* 264. *n.*3. *lib.*3. & cogi non poteſt vltra vires hæreditarias. *Coccin. deciſ.*8. *n.*8.

Et quatenus opus ſit de nouo cõtra illum decerni, et relaxari.

Mandatum enim perſonale, quod poterat relaxari contra debitorẽ, & eius bona; poteſt etiam relaxari contra eius hæredem, & bona propria, qui vel non confecit inuentarium, vel non legitimè, vel de bonis

in

in eo deſcriptis non reddit rationem. *Coççin. deciſ.* 59. *n.* 1. *&* 7. & ſuit dictum in *Cæſenaten. Pecuniaria* 13. *Iunij* 1608. *coram Sanctiſs. D.N. Innocentio X. tunc Rotæ Auditore.*

Ad hanc citationem fit decretum.

Niſi infra 15. *cum intimatione.* Vel etiam datur maior dilatio attenta loci diſtantia ad. *tex. in l.* 1. *C. de dilat.*

Formula Decimaquarta.

Ad defendendum infantem.

Citentur infraſcripti, nominibus quibus infra, mater ſcilicet, agnati, vel cognati, D. N. infantis, filij, & heredis q. D. N. exaduerſo principalis, ad comparendum coram Domino, & defendendum eundem infantem, ac petendum ei curatorem, ſeu actorem ad lites; alias videndum illum deputari per Dominum ex officio, primo pro prima dilatione ad p. d. inſtan.

Deinde fiunt aliæ tres citationes, ſecundo pro ſecunda, tertio pro tertia, quarto pro quarta, & ſuperabundanti dilatione.

Infans dicitur, qui minor eſt ſeptem annis. *l. ſi infanti, C. de iure deliberan.* qui nullatenus poteſt citari. *l.* 4. *ff. de in ius vocan.* cùm nec fari poſſit, nec habeat intellectum. *gloſſ. in l. qui habet, §. ſi pupillus,* in verbo *infanti, ff. de tutelis,* & ætas eorum, quod videt, ignorat. *l.* 1. ante finem, verſ. *impuberes vero, C. de falſa moneta,* qui ſi habeat tutorem, ille eſt citandus. *l.* 1. *§. ſufficit, ff. de adminiſtr. tut. Bar. Caſtr.* & alij in *l.* 2. *ff. de cond. furt. Afflict. deciſ.* 262. *n.* 1. *&* 2. itaut omnes actus iudiciales formentur in perſonam eiuſdem tutoris. *Bal. in l. donatarium, in fin. C. de acq. poſſ. ſſ.* latè *Neuiz. conſ.* 17.

Si vero tutorem non habeat, citandi ſunt agnati, ſeu cognati, vt veniant ad ipſum defendendum. *Bal. in cap.* 1. *de milite vaſſal. qui cont. eſt n.* 20. *Caſtr. in l. qui contra pupillum, ff. de re iud. n.* 1. *& ſeq.* vel mater, ſi illam habet, vel illi apud quos alitur, ad *tex. in l. hæc autem, §. non defendi, ff. ex quibus cauſ. in poſſ. eatur, Vrſill. ad Afflict. d. deciſ.* 262. *n.* 4.

Citentur infraſcripti nominibus quibus infra. Specificari enim debet nomen Matris, aliorumue agnatorum, cognatorum, ſiue propinquorum, qui debent citari vti tales, vt intelligant quo nomine, & ad quem actum citentur, ad *tex. in l.1. §. nunciatio, ff. de oper. nou. nunc.*

Ad comparendum coram Domino, & defendendum.

Si enim huiuſmodi perſonæ non citarentur ad comparendum, & defendendum, non poſſet conſtare Iudici, quod infans defenſorem nõ haberet, neque quod illi deberet officio ſuo de curatore prouidere. *l. hæc autem, §. non defendi, ff. quibus ex cauſis in poſſ. eat.* ibi *non defendi pupillum conſtare debet, liquereque prætori,* & inferius. *Si autem non habeat tutores, requirendi cognati ſunt, vel affines, & ſi qui forte alij ſunt, quos veriſimile eſt defenſionem pupilli, pupillæue non omiſſuros, vel propter neceſſitudinem, vel propter charitatem, vel qua alia ratione.*

Ac petendum ei curatorem, ſeu actorem ad lites.

De iure enim Canonico habentur curator, & actor ad lites, tanquã ſynomina ſublata, differentia iuris ciuilis. *Put. deciſ.133. n.3. lib.2. Seraph. deciſ.*415. *n.* 4. & in *recentiſſ. par.2. deciſ.*330. *nu.*2. & dixi in *tract. de citat. cap.9. n.*317. *tom.*2.

Alias videndum per Dominum deputari ex officio.

Dantur enim curatores ab eiſdem Magiſtratibus, vt dicitur in *§. 1. inſtit. de cur.*

Et propterea ſi quis comparet, & ſe offert defenſioni, Iudex illum deputat curatorem.

Si vero non volens defendere, petat aliquem in curatorem, Iudex illum deputat.

Si vero citati non compareant, illis contumacibus deputat vnum ex officio. Sed quare non petitur dari tutor? dic, quia in dando tutore, deberet diſcuti, an extaret teſtamentarius, vel legitimus; quandiu enim locus eſſe poteſt tutori, ſiue teſtamentario, ſiue legitimo, non eſt locus datiuo. §.1. *inſtit. de attil. tut.* & actoris non intereſt dari tutorem perſonæ, ſed ſolum curatorem ad eius litem.

Primo pro prima, ſecundo pro ſecunda, tertio pro tertia, quarto pro quarta, vltima, & ſuperabundanti dilatione.

Et hæc eſt, vt ſuperius dictum eſt, citatio peremptoria, cum quatuor dilationibus, quæ requiruntur ad conuincendam citati contumaciam.

In-

Inſtan. D. N. Et propterea iſte curator deputatus ad inſtantiam vnius, non poſſet citari ad inſtantiam aliorum, iuxta ea, quæ ſuperius diximus de curatore dato hæreditati iacenti.

Et nota, quod licet curator non detur niſi petenti. *l. qui habet, §. ſi pupillus, ff. de tutelis.* tamen ex equitate, citatis coniunctis, & de eorum conſilio, ſi compareant, vel in eorum contumacia, Iudex ex ſuo officio liti curatorem deputat, *l. Fulcinius, §. vtrum, ff. quibus ex cauſ. in poſſeſſ. eat. Bar. in l. neque impuberes, ff. de in ius voc. Socin. de citat. artic. 5. n. 42. quæſt. 18.*

Ad hunc actum videlicet ſub quarta citatione, fit decretum.

Deputamus N. Ad primam autem ſecundam, & tertiam citationē non fit decretum, ſed ſeruatur terminus.

Formula Decimaquinta.

Ad petendum Tutorem.

Citentur infraſcripti nominibus, quibus infra, ad petendum, & recipiendum reſpectiuè tutorem, ſeu curatorem, ſeu actorem ad lites, & ad alios actus neceſſarios; alias videndum per Dominum deputari ex officio, primo pro prima dilatione, ad p. d. inſtan. N. ſecundo pro ſecunda, tertio pro tertia, quarto pro quarta, & ſuperabundanti dilatione Nomina citandorum.

N. filius, & heres q. D. N. pupillus maior infante.

N. eius mater.

N. & N. eiuſdem pupilli coniuncti.

Licet infans non poſſit citari tamen maior infante, ſeu maior ſeptennio, poteſt, vt aliqui volunt, citari: quia intelligitur vt compareat legitimè per ſe, vel per procuratorem. *l. 1. C. de procurat. Bar. in l. 1. §. ſufficit, ff. de adminiſtrat. tut. n. 2.*

Sed communis opinio eſt in contrarium, quod etiam maior infante nequeat citari, ſed ſi habet tutorem, ille eſt citandus, & ſi illo caret, debent citari coniuncti, & amici, ea ratione quia pupillus non habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio, & ideo non poteſt reddi contumax, ad *tex. in l. hæc autem, §. 1. ff. ex quibus cauſ. in poſſ. eatur. Maran.*

de Iud. 4. par. diſtinct. 16. n. 43. Rolan. de confect. inuent. 3. par. verſ. *ſed quid dicendum.*

Dicitur in *l. 3. §. ſi quidem aliquis, ff. qui petant tut. vel curat.* quod litigaturus cum pupillo, non debet ipſe petere tutorem; ſed alios, qui petere poſſunt, debet rogare, vt petant, qui ſi neglexerint, petet à Iudice, vt tutorem illi legitimè conſtituat.

Et mater in primis debet filio pupillo tutorem petere. *l. fin. ff. qui pet. tut. l. In locum, & l. matris, C. qui pet. tut.*

Si vero pupillus non habet matrem, alioſue, qui tutorem petant, poterit creditor curare, vt accipiat, per quos legitimè defendatur. *l. ſi filijs, C. qui petant tut. vel curat.* vbi *gloſſ.* in verbo *curare, notat cautè dici curare: nam primo rogare debet eos, qui poſſunt petere, vt petant.*

Quando igitur quis acturus ſit cum pupillo, etiam maiori infante, tutius eſt, vt citet inſimul ipſum, & matrem, vel etiam coniunctos, vt in præſcripta formula.

Ad petendum, & recipiendum reſpectiuè. Mater enim, & agnati debẽt petere, ipſe vero pupillus debet recipere. d. *l. ſi filijs, C. qui pet. tut.* cum alijs ſuperius allegatis.

Tutorem, ſeu curatorem, ſeu actorem ad lites.

Tutor datur perſonæ, & rebus. *§. 1. inſtit. de tutelis.*

Curator datur rebus. §. 1. *inſtitut. de curat.* ſed non datur vbi adſit tutor. *l. curator, ff. de tut. & curat. dat. ab his*, niſi quando tutor non ſit idoneus. §. [illegible] neque non datur inuito, niſi ad litem. §. *item inuiti, inſtit. de curat.*

Actor autem ad lites, datur quaſi procurator, de quo dictum eſt. in *tract. de citat. cap. 9. n. 315. tom. 2. & ſeqq.*

Et ad alios actus neceſſarios. Puta extraiudiciales quatenus opus ſit.

Alias videndum deputari ex officio. Ad *tex.* in d. *l. 3. §. ſi quidem, ff. qui pet. tut.* & in d. *l. ſi filijs, C. eodem qui pet. tut.*

Primo pro prima, &c. Vt enim ſupra dictum eſt, ad conuincendam contumaciã, dantur huiuſmodi quatuor dilationes. *l. ad peremptorium*, & ibi *gloſſ. ff. de iud.*

Et ad vltimam citationem fit decretum.

Deputamus N. Et plura de deputando tutore, curatore, actoreuè ad lites, ad effectum validè litigandi cum pupillo, ſiue minore, vide *tract. de citat. cap. 14. qui ſint citandi à n. 321. vſque* 445.

445. ad priores vero citationes, non fit decretum, ſed ſeruatur terminus.

Formula Decimaſeſta.

Ad ſuſcipiendum tutelam.

Citetur D. N. tutor teſtamentarius, ſeu legitimus, ad ſuſcipiendum tutelam D. N. pupilli, filij, & hæredis q. D. N. ſeu ad ſe excuſandum legitimè, nec non docendum confeciſſe inuentarium, & alia ſolemnia confeciſſe, alias videndum eidem pupillo ſe ipſum, vel alium in curatorem ad lites, per Dominum deputari ex officio, primo pro prima ad p. d. &c. inſtan.

Teſtamentarius. Datus ſcilicet in teſtamento, §. 1. *inſtit. qui teſtam. tut. dar. poſſ. l. 1. ff. de teſtam. tut.*

Seu legitimus. Cui ſcilicet tanquam proximiori defertur tutela. *§. 1. inſtit. de legit. agnat. tutel. & l. 1. ff. de legit. tut.*

Ad ſuſcipiendam tutelam. Eſt enim munus publicum. §. 1. *inſtitut. de excuſat. tut. vel curat.*

Seu ad ſe excuſandum legitimè. Plura enim ſunt, quæ præſtant legitimam excuſationem à tutela, & à ciuilibus muneribus publicis, vel oneribus. *tot. tit. inſtit. de excuſat. tut. & toto eodem titulo ff. & cod.*

Nec non docendum confeciſſe inuentariũ, & alia ſolemnia.

Tutores enim, & curatores debent facere inuentarium. *l. tutores, vel curatores, C. de adminiſtrat. tut.* quod antequam fecerint, nihil gerere poſſunt; niſi quæ dilationem non recipiunt. *l. tutor, qui repertorium, ff. de adminiſtrat. & peric. tut. vel curat.* debent ſatiſdare, antequam poſſint adminiſtrare. *l. 1. C. de tut. vel curat. qui non ſatiſd.* & ſententia lata contra tutorem legitimum, vel datiuum, qui non ſatiſdedit, eſt ipſo iure nulla. *l. in dubium non venit, C. eodem,* & quando quis agit cum tutore, debet curare, vt exhibeat tutelam, & inuentarium; alias proceſſus eſſet nullus. *Caput. deciſ.* 324. *par.* 3. ſed quid ſi publicè ſe gerat pro tutore, dictum eſt in *tract. de citat. cap. 9. n. 294. cum ſeqq.*

Alias videndum eidem pupillo, ſe ipſum, vel alium in curatorem ad lites, per Dominum deputari ex officio.

Poteſt enim eſſe, quod ſit occupatus, vel dilationem habeat ad conficiendum inuentarium, ideo poteſt interim deputari curator ad litē, qui quando ad eius manus nihil peruenit, & datur ad vnam rem tantum, non tenetur conficere inuentarium. *gloſſ. in l. de creationibus*, in verſ. *conſcriptio, in fin. C. de Epiſcop. aud. Rolan. de inuent. confect. 2. par. quaeſt. 46. & 47. Rot. in nou. deciſ. 1. de Iud.*

Atque curator ad litem datus, conueniri non poteſt periculo adminiſtrationis, cùm ſola cauſæ defenſio ſit ei commiſſa, & nihil vlterius geſſit. *l. ad protegendam*, & ibi *gloſſ. C. de in lit. dand. tutor.* Sed ſi occaſione litis, aliquid habuit, tenetur reddere rationem, & reliqua reſtituere. *l. qui proprio nomine, §. procurator, ff. de procurat.*

Et ſi quid pro vtilitate pupilli bona fide erogauit, à tutoribus, ſiue adminiſtratoribus, exigere poterit. *l. ad litem, C. de in litem dan. tut.*

Sed an teneatur ſatiſdare, dicitur in §. 1. *inſtit. de ſatiſd. tut. vel curat.* quod tutores in teſtamento dati, non coguntur ſatiſdare, neque qui ex inquiſitione tutores, vel curatores dantur: quia vti idonei electi ſunt; debent tamen curare vtilia facere, & inutilia prætermittere, vt in *auth. vt hi, qui obli. ſe hab. perhibent*, §. *fin. col. 6.* vide *gloſſ. in* §. 1. *inſtit. de ſatiſd. tut.* in verbo *idonei*, cum addit. ergo multo minus tenebitur curator ex officio datus ad rem certam, qui non tenetur reddere rationem adminiſtratoris, vt dictum eſt, ſecus in curatore dato hæreditati iacenti, ad inſtantiam vniuerſitatis creditorum, quia conficere debet inuentarium. *Bal. in l. 1. col. fin. C. ſi vt ab hæred. Rolan. de confect. inuent. par. 2. quaeſt. 47.* nec non ſatiſdare tenetur. vt in *auth. vt liceat matri, & auiæ*, in princ. verſ. *iubemus Iudicem competentem curatorem fide dignum cum legitima fideiuſſione rebus talibus ordinare*. Sed quid ſi pupilli cauſam non defendit? dic, quod curator ad litem eſt tanquam procurator.

Et ideo ad inſtar procuratoris tenetur de dolo. *l. ſed ſi ex dolo*, §. *item ſi quid, ff. de dolo malo*. Non tamen de leui culpa.

Quid autem ſi procurator datus ad litem, non reſponderit, neque in principio, neque in medio, neque in fine? dic, quod ſi minor aliquas defenſiones habebat, reſtituitur in integrum: quia paria ſunt non habere curatorem, vel illum habere, qui comparere, & iura minoris defendere negligit. *Put. deciſ. 306. n. 4. lib. 2.* adde *l. non eo minus, C. de procur at.*

Si vero nullas defenſiones habebat, nō eſt imputandum curatori, ſi non cōparuit. *Pariſ. conſ. 1. n. 33. & conſ. 101. n. 103. lib. 1. Dec. conſ. 698. n. 2. & 3.*

Pri-

Primo pro prima ad p. d. ſecundo pro ſecunda ad p. d. tertio pro tertia ad p. d. Ad iſtas tres citationes, vt ſupradictum eſt, non fit decretum; ſed ad quartã Iudex deputat curatorem ad lites, ex iam dictis, & de curatore ad lites alia vide in *tract. de citat. cap. 14. n. 418. cum pluribus ſequen.*

Decretum. *Idem petijt, & obtinuit deputari in tutorem N. cum intimatione, &c.*

Formula Decimaſeptima.

Ad comparendum legitimè:

Citetur D. N. exaduerſo principalis, ad comparendum legitimè; alias videndum ſibi deputari curatorem, ſeu actorem ad lites, primo pro prima dilatione, ad primam diem inſtan. &c.

Acturus cum minore, ſi habet curatorem, debet illum citare. *gloſſ. in §. fiat igitur,* in verbo *ætas, in auth. de hæred. & falcid.*

Si curatorem non habet, poteſt ipſemet minor citari, vt compareat legitimè. *Bar. in l. 1. §. ſufficit, ff. de adminiſtr. tut. n. 2.* & ſi ſimpliciter citatur intelligitur citatus, vt legitimè compareat. *gloſſ. in l. ſi minor, ff. de bon. auth. iud. poſſid. Dec. conſ. 549. n. 2. Bar. d. §. ſufficit, n. 2.*

Ad comparendum legitimè. Hoc eſt cum curatore, ſine quo ſi compareret iudicium eſſet nullum. *Dec. d. conſ. 549. n. 1.*

Alias videndum ſibi deputari curatorem, ſeu actorem ad lites. Vt enim diſponitur in *l. 1. C. qui pet. tut. vel curat.* debet minor admoneri, quod petat curatorem ad lites, & ſi admonitus non petit, Iudex ex officio ſuo dare debet, etiam inuito; ſic etiam dicitur in §. *item inuiti, inſtit. de curat.* quod inuiti adoleſcentes, curatores non accipiunt, præterquam in litem, hoc eſt quando conueniuntur. Sed quando agunt, debent petere, ſed non dicuntur inuiti accipere, ſicut nemo inuitus agere cogitur. *l. qui habet, §. ſi pupillus,* & ibi *Bar. ff. de tutelis, n. 1. l. vn. C. vt nemo inuitus.*

Digitized by Google

Primo pro prima, ſecundo pro ſecunda, tertio pro tertia, quarto pro quarta, vltima, & ſuperabundanti dilatione.

Quæ dilationes ſunt neceſſariæ, cum debeat minor admoneri, vt curatorem petat. d. *l.* 1. *C. qui pet. tut.* & ad conuincendam contumaciã, debet quilibet peremptoriè citari. *cap. de illicita* 24. *quæſt.* 3. cum alijs deductis in *tract. de citat. cap.* 9. *n.* 414. *tom.* 2. & vt dictum eſt in præcedentibus, decretum non fit in primis tribus citationibus, ſed in quarta Iudex deputat curatorem, ſeu actorem ad lites ipſi minori, & de hac materia citandi minorem, vide latè in *tract. de citat. cap.* 14. *num.* 434. *tom.* 3. & quod contumacia minoris operetur, vt Iudex curatorem deputet, non autem, vt ſententiam ferat, vide *ibidem n.* 440.

Ad quartam citationem fit decretum.

Deputauit in actorem ad lites, ſeu curatorem N. cum intimatione. Quæ fit vt ſupra in alijs dictum eſt.

Formula Decimaoctaua.

Ad veniam concedendam.

Citetur N. ad concedendum infraſcripto inſtan. veniam, ad effectum, vt cum eo infraſcriptus inſtans agere poſſit, de & ſuper, &c. alias videndum illam per Dominum impartiri, & concedi ex officio ad p. d. inſtan. &c.

Illi, quibus reuerentia debetur, in ius vocari nequeunt per illos, qui reuerentiam eis debent, niſi petita venia, ea quæ per Iudicem conceſſa. *l. quique litigandi cauſa, §. prætor, ff. de in ius vocan.*

Et propterea ſi filius ſit emancipatus, & aduerſus patrem litigaturus ſit, debet petere veniam. *l. fin. C. de in ius vocan.* Sic etiam filius exiſtens in patria poteſtate, ſi vel pro alimentis, vel pro bonis caſtrenſibus, ſiue quaſi caſtrenſibus, acturus ſit contra patrem; debet ab eo veniam petere, vel cum Iudicis permiſſu agere. *l. fin. cum ibi not. per gloſ. & Doct. C. de in ius v c.* vbi *Bar. Alex.* & alij controuertunt, an venia ſit de ſubſtantialibus iudicij, vt ea non impetrata reddatur iudicium nullum. Ego diſtinguerem, aut pater citatus à filio, abſque petitione veniæ cõparet, & de venia non opponit, ſed offert ſe liti. & tunc proceſſus valere

Digitized by Google

lere poteſt: quia tunc pater non cenſetur in ius vocatus inuitus, ad *tex.* in *l. quamuis*, ibi *aut ſi non inuitus vocatus ſit, ff. de in ius voc.* aut non comparet, & non videtur proceſſus validus: quia tunc nedum pater cẽſetur inuitus in ius vocatus; ſed etiam conſtat expreſſe, quod non fuit citatus cum Iudicis licentia. d. *l. quique litigandi, §. prætor ait*, ibi *ſine permiſſu meo ne quis vocet*.

Ad concedendum infraſcripto inſtanti veniam, &c.

Quando ſcilicet citatus eſt de illis, quibus reuerentia debetur; & citans ſit de illis, qui reuerentiam debent, iuxta prædicta:

Ad effectum vt cum eo agere poſſit, de & ſuper.

In citatione enim debet exprimi cauſa, & ita clarè vt citatus plenè inſtruatur. *cap. praeterea, d. dilat. l aut qui aliter, ff. quod vi, aut clam.* & latè dictum eſt in *tract. de citat. cap. 9.* verſ. *de exprimen. cauſa, &c. n. 395. & ſeqq.* & in hac materia de venia petenda, & concedenda, vide in d. *tract. de citat. cap.* 14. *n. 76.* vſque 80. *tom. 3.*

Ad hanc citationem Iudex ex officio veniam impartitur, in qua concedenda explorare debet, quæ lis ſit mouenda, quia ſi non ſit famoſa, illam concedere debet ſtatim, abſque eo, quod requirat, quæ actio ſit intentanda. *l. 3. §. prætor ait*, & ibi *Caſtren. n. 1. & in addit. n. 2. ff. de in ius vocan.* & dixi in d. *cap.* 14. *n.* 78.

Decretum fit. *Niſi ad p. d. cum intimatione.*

Formula Decimanona.

Ad reſpondendum præparatorijs.

Citetur D. N. exaduerſo principalis, ad reſpondendum præparatorijs, in actis datis, alias viden. relaxari mandatum executiuum ad p. d. inſtan.

Præparatoriæ interrogationes fiunt in iudicijs; non tamen iure actionis, ſed officio Iudicis, *gloſſ. in rubr. ff. de interrogat. act.* imò vbicunque æquitas ſuggerit, poteſt Iudex in qualibet iudicij parte, vnam ad alterius partis inſtantiam interrogare. *l. vbicunque, ff. de interrog. act.*

Citetur N. exaduerſo principalis ad reſpondendum.

Non

Non enim poteſt citari procurator, niſi habeat ſpeciale mandatum; cum nequeat in præiudicium Domini confiteri ſine mandato. *l. procuratorem, C. de procurat. l. ignorantis domini, ff. eodem, de procurat.*

Præparatorijs. Vt putà, an ſit hæres, & pro qua parte. *l. qui petitorio, in princ. ff. de rei vendic. l. qui ſeruum, §. in iure interrogatus, ff. de interrogat. act.*

Et an dolo deſierit poſſidere. *l. ſi culpa, & l. is, qui dolo, ff. de rei vend.*

Et an animal, quod damnum dedit, ſit ſuum. *l. ſi quis in iure interrogatur, ff. de interrogat. act.*

Item an ſit maior, vel minor. *l. de ætate, ff. de interrogat. act.*

Et hæc, & ſimilia præparatoria dantur, vbi quis acturus ſit in rem, & aliquando etiam in actionibus perſonalibus, vt per *Pract. Papien. de forma interrogat. fien. cum reo conuento reali act.* verſ. *quamuis act. reali, n. 4.*

In actis datis. Is enim, qui interrogandus eſt, debet habere tempus ad deliberandum. *l. qui interrogatur, ff. de interrog. act.* vt ſciat ſuper quo debeat reſpondere, ne alias erraret ad *tex.* in *l. de ætate, §. ex cauſa, ff. de interrogat. act.*

Alias videndum relaxari mandatum executiuum.

Interrogandus ſi nolit reſpondere, compellendus eſt per Iudicem iuris remedijs. *l. voluit, in princ. & l. ſi defenſor, §. illud quæritur, ff. de interrogat. act.* idem ſi obſcurè reſponderit, cùm paria ſint non reſpondere, & obſcurè reſpondere. *l. de ætate, §. nihil intereſt, ff. de interrogat. act.* & qui recuſat clarè reſpondere habetur pro confeſſo, vel negante, ſecundum quod vtilius eſt interroganti, d. *l. de ætate, §. qui tacuit, ff. de interrogat. act. Pract. Papien. in d. for. interrogat. fien. in real. act.* verſ. *cõpellatis, n. 1. & ſequen.*

Iudex relaxat mandatum niſi ad p. d. cum intimatione, ſeu ad aliam diem, ex ſuo arbitrio, ad tradita per *Menoch. de arbitr. Iud. caſu 52. de dilationum prorogat. & coarctatione Iudici arbitraria.*

Decretum. *Niſi ad p. d. cum intimat.* Seu ad aliam diem pro eius arbitrio.

Formula Vigeſima:

Ad videndum fieri proteſtationem.

Citetur N. ad videndũ in actis infraſcripti Notarij, fieri proteſtationem, & requiſitionem, & interpellatio-

lationem, dicendum contra, admitti, & mandari afficere ad p. d. inſtan.

Proteſtatio eſt animi declaratio, vel iuris acquirendi, vel conſeruandi, vel damni repellendi cauſa, vt declaratum eſt in *tract. de citat. tom.1. cap.6. nu.*110. & requiſitio eſt actus amicabilis, quo requiritur aliquis amicabiliter, vt aliquid faciat. d. *cap.6. n.*45. & interpellatio eſt actus per quem debitor interrumpitur, ſeu conſtituitur in mora. d. *cap.6. num.*55. *&* 56.

Ad videndum in actis infraſcripti Notarij fieri.

Quæ citatio eſt neceſſaria, vt proteſtatio deueniat ad ſcientiam citati, ipſeque nequeat ignorantiam allegare: eorum enim, quæ ſunt apud acta, non datur probabilis ignorantia, quando facta ſunt parte citata. *Caſtr. in l.*1. *ſub n.*2. *C. de ſatiſdat. Gregor. deciſ.* 127. *n.*3. & acta inducunt notorium. *Innoc. in cap. ex inſinuatione, in fin. de appellat. Bal. in l.*1. 2. *col. verſ. item poteſt ſ pplere, C. quom. & quando Iud.* & acta per publicum Notarium conſcribuntur, vt in iudicijs orta contentione poſſit ex eis veritas declarari. *cap. quoniam contra, de probat.*

Proteſtationem, & requiſitionem, & interpellationem.

Quæ ponuntur tanquam ſynonima, & ad maiorem declarationem, & proteſtatio nihil operatur; niſi quando fuit facta parte citata, vel intimata. *Clem.* 2. *vt lit. pend.* cum alijs latè in d. *tract. de citat. cap.* 6. *n.*130. *& ſeqq.* quæ enim fieret inſcia parte, vel in actis alterius Notarij, tanquam clandeſtinè facta, nihil operaretur. d. *cap.6. n.*133. *& ſeqq.*

Dicendum contra. Citatio enim fit, vt quis ſe defendat, & contradicere poſſit; & ideo ſufficit, vt pars citata, vel intimata non compareat; quamuis expreſsè non contradicat. *Benint. deciſ.*72. *n.*5. & d. *cap.6. n.*132. & ideo ita citatus cautè opponere debet generalia contra.

Admitti. Vt enim maiorem vim proteſtatio obtineat, citatur ad videndum admitti per Iudicem, ſed ſufficit vt per Iudicem admittatur, ſi & in quantum. *Seraph. deciſ.*1146. *n.*8.

Et mandari afficere. Ad hoc autem non fit aliud ſpeciale decretum: quia Iudex non poſſet mandare illam afficere, abſque cauſæ cognitione. *Rot. in recentiſſ. deciſ.*658. *n.*3. *par.*2. & d. *cap.6. n.*127. *&* 128. *& ſeq.*

Inſtante, &c. Et ſtante admiſſione, ſi & in quantum de iure ſit admittenda, ſequitur etiam vt afficere debeat prout iuris

Digitized by Google

iuris fuerit; alias non valeret, niſi eſſet facta inſtante eo, qui poſſet proteſtari, proteſtatio enim non operatur niſi in his, quæ pendent à voluntate noſtra; ſecus autem in his, quæ ſunt iuris, vel dependent à voluntate alterius. *Seraph. deciſ.* 754. *n.*2. cum alijs in d. *cap.*6. *n.*112.

Proteſtationes igitur rectè fiunt in actis præuia prædicta citatione, ad hoc vt tanquam acta publica faciant plenam fidem. acta enim vt probent, & alteri præiudicent, debent fieri parte præſente, vel citata, vel per contumaciam abſente. *l. de vno quoque, ff. de re iud.* item parte inſtante. *Maran. de ord. Iud. par.*6. *actu* 10. *verſ. actorum editio, n.* 16. *vſque* 19.

Ad hanc citationem fit decretum.

Si & in quantum. Et plura de proteſtatione, vide in *tract. de citat. cap.*6. *n.*115. *vſque* 140. *tom.*1. *& cap.* 10. *n.*103. cum tribus ſequen. *tom.*2.

Hæc citatio ad viden. fieri proteſtationem ſufficit facta domi, ſed in valde præiudicialibus debet fieri in perſonã. *Rot. poſt Zach. de ſoc. offic. deciſ.*7. *n.*6. quæ eſt *deciſio Sanctiſs. D. N. Innocentij X.*

Decretum. ***D. admiſit ſi & in quantum, & mandauit afficere prout de iure.***

PARS

PARS SECVNDA DE CITATIONIBVS PROBATORIIS.

Formula Prima.

Ad dicendum contra iura.

CItetur N., & c. ad dicendum contra iura producta, & repetita, videndum iurare teſtes ſuper illorum recognitione, quatenus opus ſit; admitti, et mandari reſtitui dim. cop. collationata ad p. d. inſtan.

Ad dicendum contra iura, &c. In iudicijs actor tenetur probare ſuam intentionem; & reus ſuam exceptionem, *l.* 1. *C. de probat.* Probatio autem fit ſiue publicis inſtrumentis. *l. proprietatis, C. de probat.* ſiue etiam domeſticis, & priuatis ſcripturis cum adminiculis tamen. *l. inſtrumenta domeſtica, C. eodem, de probat.* atque etiam teſtium depoſitionibus. *l. in exercendis, C. de fid. inſtrum.* ideoque fit citatio generalis ad dicendum contra iura, vt produci poſſint cuiuſuis generis probationes, & ſcripturæ, in quibus iura partium conſiſtunt, & ex quibus cauſa poteſt inſtrui.

Hæc citatio eſt neceſſaria, vt pars aduerſa poſſit contradicere, & ſine hac citatione ad dicendum contra, nec inſtrumenta, aliaue iura probarent contra aduerſarium. *Caual. deciſ.* 433. *n.* 1. nec fierent de actis. *Mantic. deciſ.* 32. *n.* 9. & Iudex ex officio etiam poſſet illis fidem non adhibere. *Caput. deciſ.* 117. *n.* 5. *& ſequen. par.* 3. & pars citata poſſet opponere, vel quod ſint falſa. *Bal. conſ.* 135. *n.* 2. *par.* 3. vel quod non ſit in forma probanti, & alias exceptiones.

Sed tunc non eſt neceſſaria quando iura ſunt rogata in actis eiuſdem Notarij. *Rot. poſt Zach. de obl. can. deciſ.* 44. *n.* 9.

Item declara, quod hæc citatio non eſt neceſſaria, coram illis, qui non tenentur iudicialiter procedere. *Grat. diſcept. forenſ. cap.* 524. *n.* 1.

Producta. Non enim poſſunt iura produci niſi parte præſente, vel citata. *l. properandum, §. ſin autem reus, C. de Iud. Greg. deciſ.*

*deciſ.*209.*n.*7. & ibi *adden. n.*8. alias exhibita parte non citata, non probant. *Rot. in nou. deciſ.*2. *de reſcript. Caſſad. deciſ.* 8. *n.* 6. *eodem tit. de reſcript.* nec ſufficit ea exhibere etiam coram Notario, & teſtibus. *Rota poſt Zach. de obligat. Camer. deciſ.* 136. *n.*2. *& ſeq.*

Valet tamen productio iurium parte non citata, quando fit in termino dato à lege, ſtatuto, vel à Iudice ad probandum, & infra terminum datum ad producendum iura. *Maran. in praxi par.* 6. *actu* 8. *verſ. & producuntur ſcripturæ, inſtrumenta, n.*45. *&* 46. *Gabr. de citat. concluſ.* 1. *n.*380. *vſque* 390. *limit.*39.

Et hic nota, quod productio copiæ, ſeu exempli facta in termino, ſufficit, licet in illo tempore non ſit productum originale. *Mil. in ſuo repert.* in verbo *producens, fol. mihi* 331. *atergo,* dicens, quod illa productio originalium trahitur ad diem productionis exemplorum ex *Bald. & Felin.* quos allegat.

Plures effectus inducit productio iurium, facta parte citata. Primus eſt, quod iura fiunt communia, itaut productio non poſſit per producentem reuocari. *Put. deciſ.*270. *lib.*2. *Oſſch. deciſ.* 38. *n.*41.

Secundus eſt, quod producens cenſeatur approbare ſcripturas citata parte productas, & omnia in eis contenta. *Greg. deciſ.*238. *n.*5. eaque nequeant impugnari, ex quo inducitur notorium. *Caput. deciſ.* 188. *n.*4. *par.*1. *Rot. in recent. deciſ.*419. *nu.*5. *par.*1. & in *recentiſſ. deciſ.* 157. *n.*4. *par.*1. ideoque producens diſpenſationem fatetur omnia in ea contenta eſſe vera. *Greg. deciſ.*385. *n.*1. Et producens cataſtrum pro ſe, debet etiam illi ſtare contra ſe. *Seraph. deciſ.*505. *n.*1. atque producens titulum infectum, cenſetur fateri non habere meliorem. *Greg. deciſ.*467. *n.*7. Declara tamen, quod producens ſcripturam, non approbat enunciata in illa. *Caſ. de Graſſ. deciſ.*6. *de ſent. & re iud. n.*2. *Oſſch. deciſ.*38. *n.*9.

Sed nec etiam approbat contenta in diſpoſitiua, quando doceretur de errore, ſeu de falſitate: quia tunc tacita confeſſio, ex productione reſultans, poſſet reuocari ſtante errore, & falſitate. *Oſaſch. deciſ.*38. *n.*40. *Rot. in recent. par.*1. *deciſ.* 413. *n.* 7. quamuis contrarium dicat *Veſtr. in praxi cap.*1. *n.*5. *lib.*6.

Item quando ſcriptura non eſſet in forma probanti: quia productio eatenus nocet, quatenus probet. *Greg. deciſ.*432. *n.*3. *Oſaſch. d. deciſ.*38. *num.* 10.

Item quando productio fuiſſet facta in vno iudicio, non probat in alio. *Greg. d. deciſ.*432. *n.*4.

Item quando productio ſententiæ fuiſſet facta ad effectum, vt liberaretur à moleſtijs, ſiue de iure, ſiue de facto, non noceret ad alium finem. *Rot. in recentiſſ. deciſ.* 231. *num.* 3. *par.* 1.

Item

Item quando productio fuiſſet verbalis. *Greg. d. deciſ.*432.*n.*6.

Et in Curia regulariter productio non nocet producenti.

Quia productiones fiunt cum clauſula per compulſum, & in parte, & partibus ſibi fauorabilibus nec alio modo, iuxta communem praxim poſitam per *Veſtr. lib.*7.*cap.*1. *de product. iur. n.*6. *Greg. d. deciſ.*432.*n.*5.

Sed hæc cautela non prodeſt, quando ſcriptura producta continet vnum caput ſolum. *Oſaſch. deciſ.*71.*n.*61. *verſ. non obſtat.*

Item, nec quando quis producit iura propria, ſed iuuat ſolum in iuribus alienis productis. *Adden. ad Greg. deciſ.*238.*ſub n.*15.*limit.*2.

Prout etiam eadem cautela non prodeſt, quando quis in ſcripturis productis ſe fundat. *adden. ad Greg. d. deciſ.*238.*n.*15.*circa fin.*

Item nec prodeſt, quando producuntur acta iam effecta communia. *Bal. in l.*1.*n.*5. *C. vt quæ deſunt aduoc. Gabr. conſ.*40.*n.*24.*par.*1.

Item nota, quod productio iurium non nocet producenti, & non inducit eius confeſſionem, quando actus, qui continetur in ſcriptura producta, non eſt validus, veputà ſi tranſactio eſſet nulla, vt per *Caput. deciſ.*187.*par.*1.

Item productio iurium non nocet producenti, quando ea à parte non fuerunt acceptata, ſed impugnata. *Oſaſch. deciſ.*38.*n.*8. *Coccinus deciſ.*204.*n.*7.

Item nec nocet quando productio iurium non fuit per Iudicé admiſſa; ſed ea mandauit poni ad partes: quia tunc non fiunt de actis. *Veſtr. in praxi lib.*6.*cap.*2.*ſub n.*24. *Surd. conſ.*311.*n.*74. *lib.*3. *Coccin. deciſ.*217.*n.*1.

Nota tandem quod ſiue actor, ſiue reus in productionem iurium debet eſſe cautus, ne quid contra ſe exhibeat. *cap. imputari, de fid. inſtr. Veſtr. d. cap.*1.*n.*1. *lib.*6.

Hinc producens titulum infectum ſibi præiudicaret, quia tunc præſumeretur nón habere meliorem. Secus ſi productio fuiſſet facta ab alio; quia tunc non excluderetur præſumptio melioris tituli. *Creſcent. deciſ.*21.*n.*4.*de probat. Gregor. deciſ.*467.*n.*7.

Sed alia de productione iurium, & quando fieri poſſit parte non citata, vide in *tract. de citat. cap.*15.*n.*121. verſ. *de probat. per iura an exigant partis citationem.*

Et repetita. Iura quæ non ſunt in actis cauſæ, debent produci, vt ſupra, quæ vero ſunt in actis, ſiue rogata, ſiue alias producta, debent repeti, ſeu reproduci parte citata, vt fiant de actis, & probent inter partes. *Gregor. deciſ.*508.*n.*4.*& adden. ad eundem deciſ.*209.*n.*8. *Caualer. deciſ.*433.*n.*1. Sic etiam proteſtatio, quamuis ſit facta in actis, non tamen fit de actis, vt ſuffragetur, niſi repetatur parte citata.

Caſſad.

Caſſad. deciſ.7. in fin. de appellat. Cæſar. de Graſſ. deciſ.3. n.7. de reſtit. ſpoliat. ſic etiam, vt acta tranſportata fiant de actis, requiritur productio, vel repetitio parte citata. *Cæſar. de Graſſ. deciſ. 16. n.4. de probat.* qui ſub *n.5.* ait, quod quando acta tranſportata perſeuerant in actis parte præſente, vel ſciente, videtur ſufficere ad effectum probandi.

Item declara, quod iura rogata coram eodem Notario, etiam non repetita citata parte probant, quando Iudex ea in contradictorio vidiſſet, nec oſtenderetur aliqua partis proteſtatio, nihil fieri, niſi ſeruatis ſeruandis. *Rot. poſt Zach. de obligat. Camer. deciſ.* 44. *n.9.* reddens rationem; quia pars citata debet opponere. *Caput. deciſ.99. par.2. n.3.*

Adde duos caſus, quibus reproductio, ſeu repetitio parte citata, eſt neceſſaria, vnus quando inſtrumentum fuit productum per vnam partem, ſi altera pars eo vti velit ad alium effectum, illud debet reproducere, ſeu repetere: nam productio facta ad vnum effectum, non nocet producenti quoad alium effectum. *Greg. deciſ.467. n.8.*

Alter eſt in iudicijs ordinarijs, in quibus eſt neceſſaria litis conteſtatio; quia regulariter probationes fieri nequeunt ante litis conteſtationem. *cap.1. vt lite non conteſt.* ideo ſi aliquid ante litem conteſtatam fuiſſet productum, repetitio eſſet neceſſaria poſt litis conteſtationem. *Marſ. ſing.170. incipien. animaduertant rogo Luc. Pet. de iudic. formul. capit. fori lib.2. tit. de iur. product. n.4.*

Alia de materia productionis, ſeu reproductionis, vide in *tract. de citat. cap.12.* ſub verſ. *de reproduct. citat. n.405. tom.3.*

Videndum iurare teſtes. Non enim probant teſtes examinati ſine iuramento, niſi per partes remittatur. *cap. tuis quæſtionibus, de teſtib. Caput. deciſ.4. par.3.* etiam coram delegato. *Mantic. deciſ. 352. n.9.* qui *n.10.* ſubiungit iſtum defectum tolli ex comparitione, & de hac citatione ad videndum iurare teſtes plura dicta ſunt in *tract. de citat. cap. 13.* ſub verſ. *de proceſſu compulſoriali, n.258. & ſequen. tom.3.*

Super illorum recognitione quatenus opus ſit. Inſtrumenta, & ſcripturæ, quæ producuntur, vt probent debent per teſtes iuratos recognoſci, alias nõ probant; quod intelligendum eſt ſi pars citata opponat, ſecus ſi non opponat, quando citata fuit. *Caput. deciſ.99. par.2. & deciſ. 117. nu.4. & 5. par.3.*

Quæ recognitio, parte non opponente, poteſt fieri quandocunque, etiam poſt ſententiam, ſeu mandatum: tunc quando pars opponat. *Rot. poſt Zach. de obligat. Camer. deciſ.131. n.3. & 4. & poſt conſ. Farin. par.2. deciſ.195. n.9.* & iura non recognita fidem faciunt, ſi non fuit oppoſitum

de

de recognitione, & nihil fieri, niſi recognitis iuribus parte citata. *Buratt. deciſ.347. n.5.*

Si producitur inſtrumentum publicum, cum ſigno Notarij, ſufficit, quod teſtes recognoſcant ſignum; ſed ſi appoſitæ ſint litteræ legalitatis, ſufficit ſola illarum recognitio. *Veſtr. lib.6. cap.1. num.8. & 9.* legalitas tamen appoſita lite pendente non ſufficit, ſi pars non fuit citata. *Rot. in recent. par.2. deciſ.145. n.1.* at ſi producitur ſcriptura priuata, licet de iure neceſſe ſit, vt teſtes interfuerint, dum ſcriberetur; quia ſcribendi forma de facili poteſt adulterari, vt facilè teſtes poſſint decipi. *§. ſi quis in auth. de fid. inſtrument.*

Concurrentibus tamen adminiculis etiam de iure ſufficit, vt teſtes recognoſcant, licet ſcripturæ non interfuerint: habeant tamen notam manum: quia illum pluries viderint ſcribentem. *Buratt. deciſ.292 n.15. & deciſ.330. n.6. Gregor. deciſ.389. n.2.* & ibi *adden. n.6.*

Sed quando ſcripturæ ſunt tales, quæ non ſolent fieri in aliorum præſentia prout ſunt epiſtolæ, & litteræ Cambij, tunc ſufficit recognitio facta per teſtes habentes notam manum. *Rota diuerſ. deciſ.570. n.1. & 2. par.1. Seraph. deciſ.700. n.2.*

Similiter quando ſcripturæ in partibus confectæ recognoſci debent in Curia, vbi non eſt veriſimile poſſe aliquem reperiri, qui illam ſcribi viderit, admittitur de ſtylo Curiæ recognitio per teſtes habentes notã manum, vt per *Veſtr. lib. 6. cap. 1. num. 8. & 9.* adde *Mareſcott. var. reſolut. lib. 1. cap. 80. per tot.* & quando recognitio iurium non ſit neceſſaria, dixi in *tract. de citat. tom. 3. cap. 13. ſub verſ. de proceſſu compulſoriali valide conficiendo, n.272. vſque 278.* & quomodo debeant teſtes recognoſcere manum, ſignum, & ſigillum ibidem *n.313.* vſque 318. ſiue priuatum, ſiue publicum, *n.339.* vſque 345. & quando recognitio fieri poſſit per comparationem, & quid ſit obſeruandum, vide ibidem *n.319.* vſque 328. & de apoſtilla, quando vel eſt approbata per Notarium, vel non, vide *Coccinum deciſ.467. per tot.*

Admitti. Si iura, quæ pars producit, Iudex non admitteret, non fierent de actis, & ſucceſſiuè non probarent, quo circa Iudex, quando de tempore productionis non vidit iura, vt poſſit intelligere an ſint admittenda, vel ne, ideo tanquam ſub incerto illa admittit cum clauſula, ſi & in quantum, quæ clauſula importat admiſſionem in caſu quo debeant admitti. *Seraph. deciſ. 499. n.2.* quando vero Iudex vidit, & in controuerſia partium dubitat propter aliquos defectus, an ea ſint admittenda, mandat illa poni ad partes, & interim habentur pro non admiſſis; ſed antequam feratur ſententia, pars debet procurare illorum admiſſionẽ. *Veſtr. lib.6. cap.2.* ſub *n.24.* circa med. *Cocc. dec.217. n.2.*

D Præ-

Digitized by Google

Prædicta autem admiſſio, ſi & in quantum, operatur, nihilominus circunductionem decreti antea facti, non obſtante, quod facta eſſet ſine præiudicio decreti, ſeu termini pro ſeruato habiti. *Coccin. deciſ.*414. *n.*4. & dixi in *tract. de citat. cap.*12. ſub verſ. *de circunductione citationis, num.*453.

Et mandari reſtitui dimiſſa copia collationata. Nemo enim cogitur originale inſtrumenti, ſeu ſcripturæ dimittere apud acta alterius Notarij ne fortè deperderetur. *Grauat. ad Veſtr. lib.*6. *cap.*1. *nu.* 27. *littera M.* ſed ſufficit copiam dimittere concordatam cum originali, alias copia cuiuſuis ſcripturæ non facit fidem, niſi fuerit collationata parte præſente, vel citata. *Maran. par.*6. *actu* 10. *verſ. actorum editio fieri ſolet, n.*4.

Et quamuis Iudex ſimpliciter mandaret reſtitui; tamen non reſtituerentur, niſi facta obligatione de reportando, & de exhibendo toties quoties Iudex mandabit.

Non auditur autem pars petens huiuſmodi reportationem, ſeu exhibitionem originalis; niſi quando declararet velle eadem iura redarguere de falſo. *Veſtr. d. lib.*6. *cap.*1. *n.*11.

Ad p. d. Tempus an neceſſario ſit exprimendum in citatione, eſt quæſtio valde intricata, quam latè examinaui, & diſtinxi in *tract. de citat. tom.*2. *cap.*9. *verſ. de tempore in citatione exprimendo, n.*473. *vſque* 537. Sed quando quis citatur ad contradicendũ alicui actui fiendo, tunc citatio non valet, niſi terminus apponatur. *l. aut qui aliter*, §. 1. *ff. quod vi, aut clam*, cum alijs in d. *cap.*9. *n.*482.

Aduerte tamen, quod hæc citatio ad dicendum contra iura, nunquam fieri poteſt pro eadem die, ſeu vt inquiunt ad hodie per totam; ratio eſt, quia de iure communi, vt iura producta in actis fidem faciant, debet dari copia parti, cum termino ad opponendum. *Bart. in extrauag. ad reprimend.* in verbo *de plano*. *Marſ. ſing.* 81. incip. *aduertas ad vnum*. De ſtylo autem Romanæ Curiæ non datur copia productorũ, ideo non fit citatio ad eandem diem, ſed ad p. d. vt ſic citatus habeat aliquod temporis ſpacium, iura videndi, & opponendi.

Adde aliam rationem: quia quando citatio fit ad domum poteſt contingere, vt quis exeat de mane, & non redeat niſi de nocte, itaut non poſſet præſumi citatum pro eodem die ad domum, habuiſſe notitiam citationis; ideoque generale eſt, vt citatio ad domum facta pro eadem die propter breuitatem temporis ſit nulla, & nec arctet citatum ad comparendum poſt terminum. *Mantic. deciſ.*8. *nu.*2. qui ſub *num. ſequen.* ſubiungit, quod citatio ſimpliciter facta intelligitur pro prima die iuridica; & ideo quod antea factum eſt, intelligitur ſine citatione

factum,

factum, & quia etiam citatus ad dicendum contra ad p.d. de facili non poſſet inueſtigare exceptiones contra producta, ideo inoleuit praxis dicendi generalia contra, quæ exceptio poteſt ſine difficultate opponi in termino citationis. *Veſtr. lib.5. cap. vlt. num.*10. *&* 13.

Proteſtatio N. contra prætenſa iura dixit verbo generalia contra. Neceſſaria eſt huius exceptionis oppoſitio, quam ſi citatus omitteret cenſeretur negligens, & in culpa. *Caput. deciſ.* 5. *n.*5. *par.*3.

Et poſt terminum citationis non poſſet amplius illam opponere, neque iura oppugnare. *Put. deciſ.* 159. *n.*2. *lib.*1. *Greg. deciſ.* 292. *n.*3. ſed illa cenſeretur tacitè approbaſſe. *Adden.* ibidem *n.*6. & hoc procedit, ſiue principalis, ſiue procurator fuerit citatus, & non oppoſuerit; licet enim procurator non præiudicet domino in committendo, præiudicat tamen in omittendo. *Rot. diuerſ. par.*1. *deciſ.* 719. *n.*2. *& ſequen. Surdus deciſ.*181. *n.*3.

Modo nota, quod exceptiones ſunt in ſpecie proponendæ, non in genere; ſic dicitur in *cap. vt circa, de elect. in* 6. ſpecificanda eſſe, quæ contra electionem, quis vult opponere: idem habetur in *Clem. conſtitutionem. eodem titul. de elect.* ſic quod agens de nullitate debeat illam exprimere, dixit *Rot. in antiq. deciſ.* 1. *de libell. oblat.* & regulare eſt, quod exceptiones, proteſtationes, & ſimilia generaliter, & cauſa non expreſſa propoſitæ non releuent. *Vant. de nullit. cap. fin. n.* 30. Sic etiam exceptio compenſationis non cenſetur oppoſita ſub generali oppoſitione omnium exceptionum. *Rot. diuerſ. deciſ.*627. *per tot. par.*1.

Sic denique omiſſis aliis, exceptio diſcuſſionis; debet ſpecialiter opponi. *Seraph. deciſ.*227. *n.*3.

In productione autem iurium conſulitur citato, vt in termino citationis dicat *Generalia contra, &c.*

Per quam oppoſitionem ſibi reſeruat ius poſt terminum citationis ſpecialiter opponendi, contra iura producta. *Caput. deciſ.*323. *par.*1. *& deciſ.*281. *n.*1. *par.*2. non autem impugnat, *Gabr. conſ.* 40. *n.* 25. *lib.*1. *Veſtr. lib.*5. *cap. vlt. n.*10.

Et propterea niſi pendente cauſa generalitas fuiſſet deducta ad ſpeciem, non poſſet poſtea exceptio ſpecificari poſt latam ſententiam: quia exceptio generalis nihil releuat. *Bar. in l.*1. *n.*7. *ff. de except. gloſſ. in cap. paſtoralis,* in verbo *proteſtatæ*, ibi *intellige proteſtatæ nominando expreſſè exceptiones, quæ ſcribi debent, de except.*

Et nota, quod poſt latam ſententiam deductio generalitatis ad ſpe-

Digitized by Google

tiem non poteſt fieri; niſi reſpectu illorum iurium, quæ tunc producta ſunt, non autem reſpectu eorum, quæ alias producta fuerunt. *Caput. deciſ.280. par.2.* Item nec poteſt fieri reſpectu recognitionis iuriũ, quando de ea non fuit oppoſitum. *Rot. in recentiſſ. par.1. deciſ.664. n.3. Buratt. deciſ.347. n.5.*

Item nota, quod ſi ſub citatione ad dicendum contra non eſſet facta productio realis, ſed ſola verbalis, nihil nocet, ſi non fuit dictum generalia contra. *Greg. deciſ.393. n.4.*

Quæro modo an citatus, qui non oppoſuit generalia contra, poſſit poſtea opponere, quod productum ſit exemplum, vel quod iura non ſint in forma probanti.

Dic, quod pars non opponens poteſt ſibi præiudicare, itaut Iudex poſſit, parte non opponente in illius præiudicium ſcripturæ, iuribuſque informibus fidem adhibere, & ſuper illis ſententiam ferre, itaut pars vlterius nequeat iura impugnare, quamuis non ſint in forma probanti, ſtante partis tacito conſenſu, quæ non oppoſuit, argumento. *l. optimam, C. de contrahen. & commit. ſtipul.* non tamen poteſt ius mutare, nec efficere, vt exempla, & ſcripturæ informes probent. *l.2. ff. de fid. inſtr.*

Et Iudex, qui ex officio poteſt veritatem ex actis inueſtigare, vt in *auth. de tabell. in princ.* & ibi *Angel.* quando videt iura producta non eſſe in forma probanti, poteſt illa reijcere, & illis fidem non adhibere, etiamſi pars non oppoſuerit, iuſue opponendi ſibi non reſeruauerit: vt per *Dec. in auth. ſi quis in aliquo, n.27.* verſ. *decimo, & vlt. fallit, C. de eden.*

Et pars, quæ iura non impugnauit in prima inſtantia, illa non poteſt impugnare in ſecunda, ſed Iudex poteſt illa ex officio reijcere. *Put. deciſ.119. per tot. lib.2. Mantic. deciſ.127. ſub n.2.* verſ. *diuerſum vſque ad finem.*

Decretum petijt, & obtinuit admitti ſi & in quantum, & reſtitui dim. cap. collationata, & alias, vt ſupra omni, &c.

Formula Secunda.

Ad reportandum iura originalia.

Citetur N. ad reportandum in actis infraſcripti Notarij inſtrumentum, alias ab eo productum contra infraſcriptum inſtantem, & ſibi reſtitutum per Notarium

dim.

Digitized by Google

dim. copia; attento, quod illud intendit redarguere de falſo; alias videndum declarari eius copiæ in actis dimiſſæ nullam fidem eſſe adhibendam, ad p. d. inſtan. N.

Ad reportandum. Dictum eſt in præcedenti citatione, in verbo, & mandati reſtitui dim. copia collationata, quod non reſtituuntur iura originalia producta; niſi facta obligatione de reportando, & quod non auditur petens reportationem, niſi quando velit redarguere originale reſtitutum de falſo, vt per *Veſtr. lib.6. cap.1. n.11.* ideo in tali caſu fit huiuſmodi citatio; & ita citans auditur, quamuis alias copia collationata probet. *Creſcent. deciſ. 2. de reſcript.* & de hoc eſt *tex.* in *l. fin. C. de fid. inſtrum.* vbi dicitur, quod petens reportationem, debet Sacramentum præſtare, quod exiſtimat ſe poſſe inſtrumentum falſum redarguere, & quod allegans non poſſe eandem ſcripturam reportare, debet iurare, quod eandem chartulam non habet, neque alij eam dedit, neque apud alium eius voluntate conſtituta eſt, nec dolo malo fecit, quominus ea appareat; ſed re vera ipſa chartula ſine omni dolo deperdita eſt, & productio eius eſt ſibi impoſſibilis, & ſubiungit, quod præſtito hoc iuramento, non tenetur ad aliud, atque quod quando cauſa eſt finita per ſententiam, nec remanet ſuſpenſa per appellationem, neque retractatur per reſtitutionem in integrum, prætenſa reportationis petitio fieri non poteſt, & prout latius in ea vbi Doctores alia notant, & in hac materia adde *tex.* in *l. iubemus, C. de probat.* vbi dicitur, quod qui producit ſcripturam ſuſpectam, niſi probet eam veram, punitur officio Iudicis tanquam falſarius. Similiter, qui accuſat inſtrumentum de falſo, & non probat, punitur tanquam falſarius, prout ita eundem *tex. ſummat Caſtren.*

Alias videndum declarari eius copiæ in actis dimiſſæ, nullam fidem eſſe adhibendam. Sic enim dicitur in d. *l. fin.* quod ſi non reportetur ſcriptura, vel non iuretur ſuper eius amiſſione; tunc quaſi falſa chartula nullas habeat vires aduerſus eum, contra quem prolata eſt; ſed ſit penitus euacuata, Et decretum fit per Iudicem.

Niſi ad p. d. cum intimatione. Sed quia dilationes ſunt arbitrariæ poteſt fieri ad aliam, putà ad ſextam, vel ad octauam, prout Iudici placuerit.

Formula Tertia.

Ad declarandum an velit ſtare ſimplici copiæ.

Citetur N. ad declarandum an velit ſtare ſimplici copiæ instrumenti obligationis Cameralis, rogati in Vrbe per acta N. die, &c. de & ſuper, &c. alias viden. fieri proteſtationem de illud reluendo in forma publica, ſumptibus, & expenſis ipſius: necnon dicendum contra, admitti, & mandari afficere, ad p. d. inſtan.

Ad hanc citationem ſolet reſponderi per citatum, velle ſtare ſimplici copiæ, dummodo concordet cum originali, & ſaluis exceptionibus contra illud ſibi competentibus, & citra illius approbationem, & non aliàs aliter, nec alio modo.

Citetur N. Quando citatur procurator, aduertendum eſt an conſtet de mandato; quia ſi non conſtaret eum eſſe procuratorem, declaratio fieret à perſona non legitima, & redderet iudicium nullum. *Bar. in l. ſi quis inficiatus, n. 1. ff. depoſiti, Alex. conſ. 78. num. 7. lib. 5. Ripa in cap. cum M. Ferrarien. de conſtit. n. 137.* Sufficit autem, quod conſtet de mandato generali; non autem requiritur mandatum ſpeciale; quia huiuſmodi declaratio non præiudicat principali, & non eſt de his, quæ requirunt ſpeciale mandatum. *Ripa ibidem n. 136.*

Ad declarandum an velit ſtare ſimplici copia. Hæc citatio eſt neceſſaria, quia alias non ſtatur copiæ, niſi producatur originale. *Auth. ſi quis in aliquo, C. de eden.*

Inſtrumenti obligationis Cameralis. Non enim conſtaret de obligatione Camerali ex ſola copia inſtrumenti, niſi præuia hac citatione, & præſtito conſenſu. *Seraph. deciſ. 425. n. 1.*

Rogati in Vrbe per acta N. Notarij enim A. C. habent acta ſeparata, nec vnus ſe intromittit in negocijs alterius; quo circa niſi inſtrumentum producatur in actis Notarij, vbi cauſa agitur, non ſufficit, quod ſit rogatum in actis alterius. *Rot. poſt Zach. de obligat. Camer. deciſ. 24. n. 2. & deciſ. 136. n. 3.*

Digitized by Google

De & ſuper. Expreſſio, & ſignificatio inſtrumenti, & contractus in eo geſti eſt neceſſaria, quando agitur cum ſucceſſore eius, qui contraxit; debet enim certiorari de omnibus qualitatibus, alias non conſtitueretur in mora. *Tiraq. de vtroque retract. §. 36. gloſſ. 2. n. 32. Cagnol. in l. qui in alterius, num. 15. & 16. ff. de reg. iur.* at ſi ageretur cum eo, qui contraxit, & certus eſſet: prædicta expreſſio nõ requireretur: cum qui certus eſt, vlterius certiorandus non ſit. *l. 1. ff. de act. empt. Cagnol. vbi ſupra n. 20. Luc. Pet. in ſua praxi, lib. 9. cap. 1. de expenſ. litium, n. 46.*

Alias videndum fieri proteſtationem. Iſta proteſtatio eſt neceſſaria, ſi agitur cum eo, qui non contraxit, ſed eſt ſucceſſor obligati, & cum eo, qui non eſt in mora. *Bal. in l. non ignorat, num. 3. verſ. modo ego quæro, C. de fruct. & lit. expenſ.* contra eum autem, qui eſt in inſtrumento obligatus, & eſt in mora, non eſt neceſſaria: quia ea etiam non facta teneretur ad expenſas publici ſumpti. *Galleſ. de obligat. Camer. quæſt. 27. n. 23.*

De illud reluendo in publica forma. Si enim reus non vult ſtare ſimplici copiæ, debet actor producere inſtrumentum publicum. *d. auth. ſi quis in aliquo, C. de eden.*

Suis ſumptibus, & impenſis. Quæ non veniunt reficiendæ, niſi in fine litis. *l. terminato, C. de fruct. & lit. expenſ.*

Necnon dicendum contra, admitti, & mandari afficere,

Huius proteſtationis admiſſio fit; ſi & in quantum, vt ſupra in fine primæ partis dictum eſt, *verſ. ad viden. fieri proteſtationem.*

Citatus ſi declarat velle ſtare copiæ, vt ſupra dictum eſt verſ. ad hanc citationem, tunc productio copiæ probat; non tamen facit, vt aduerſarius non teneatur ſeruare, & non adimplere quæcunque ſunt implenda; & aliud non operatur dicta declaratio, niſi vt pars non cogatur producere publicum inſtrumentum, ad euitandas expenſas. *Rot. in recent. decis. 555. n. 4. par. 1.* & vt illius vigore poſſit procedi ad executionem contra ipſum citatum, & declarantem. *Bar. in dicta auth. ſi quis in aliquo,* verſ. *quæro vtrum inſtrumentum, C. de eden:* non autem dicta declaratio operatur, vt probet inter alios. *Galleſ. de obligat. Camer. d. quæſt. 27. num. 22.*

Decretum. *Petijt, & obtinuit admitti ſi & in quantum, & mandari relui in publicam formam ſumptibus rei de*

iure, niſi ad p. d. cum intimatione, omni, &c.

Formula Quarta.

Ad declarandum an velit vti iuribus, & teſtibus pro veris, & legalibus.

Citetur N. &c. ad declarandum in actis infraſcripti Notarij, an velit vti iuribus per eum productis, & teſtibus pro eius parte examinatis, pro veris, & legalibus; attento quod vult illa, & illos redarguere de falſo; alias videndum repelli per Iudicem, vt nullam fidem faciant, aeque ac ſi producta examinatique non fuiſſent, ad p. d. inſtan. &c.

Ad declarandum in actis, &c. Hæc citatio, ſeu interrogatio illius, qui vel iura produxit, vel teſtes induxit, poteſt fieri vel pro intereſſe ciuili, ne alias decreta, ſeu ſententiæ fundarentur ſuper probationibus de falſitate ſuſpectis, quod enim falſum eſt, nihil eſt. *l. eleganter, §. qui reprobos, ff. de pignorat. act. l. 2. C. de hæret.* vbi *gloſſ.* in verbo *habent.* ait, quod talius denarius, non eſt denarius.

Vel pro intereſſe criminali, ne delicta maneant impunita. *l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquil.*

Ad primum igitur effectum dicitur in citatione, alias videndum repelli, & ad ſecundum effectum dicitur, quod vult redarguere. Sed ſiue ad vnum, ſiue ad alium effectum, decretum fit niſi ad p. d. cum intimatione, ideſt niſi declarauerit.

Et ſiue hæc citatio fiat contra principalem, ſiue contra procuratorem, debet ita citatus declarare, alias reijcerentur probationes, & daretur iudicium ad accuſandum de falſitate; incidit enim in pœnam falſi, nedum fabricans inſtrumentum falſum, vel falſum deponens; ſed etiam, qui vtitur ſcripturis, vel teſtibus falſis. *l. 1. & tot. tit. ff. & cod. ad l. Cornel. de falſ.*

Differentia tamen eſt; quia fabricans inſtrumentum, vel falſum deponens, nulla iuuatur excuſatione: vtens autem inſtrumentis, vel teſtibus falſis, poteſt habere iuſtam ignorantiam, tanquam de facto alieno.

Re-

Digitized by Google

Reſponſio ad hanc citationem fieri poteſt.

N. declarauit velle vti iuribus, & teſtibus pro bonis, & legalibus, donec, & quouſque fuerit certificatus de contrario.

Addicta per *Specul. inſtit. de inſtr. edit. §. viden. reſtat, n. 3. verſ. quod ſi velit, Afflict. deciſ.* 189. *n.* 1.

Nec poteſt cogi ad magis præciſam reſponſionem, niſi in caſu, quo daretur tumus, ſeu odor, vt aiunt, alicuius falſitatis. *Rot. poſt conſ. Farin. deciſ.* 1. *per tot. & ibi adden. par.* 1.

Et quibus pœnis afficiantur vtentes falſo, vel ſcienter, vel ignoranter; & quando per renunciationem quis excuſetur à pœna falſi, declarat *Menoch. de arbitr. Iud lib.* 2. *cent.* 4. *caſu* 315. *per tot.* adde in hac materia *Campeg. in tract. de teſtib concluſ.* 434. & 436.

Et quod producens ſcripturam, poſſit interrogari ab aduerſario illam redarguere volente de falſo, an ea vti velit; vide per *Gabr. lib.* 7. *de maleſ. concluſ.* 7 *per tot.* & quando teneatur reſpondere clarè, & non conditionaliter latè ponit. *Natt. conſ.* 635. *per tot. lib.* 3.

Alias videndum repelli. Producens enim ſcripturam, & recuſans illam habere pro bona, & legali, reddit illam de falſo ſuſpectam, vt fidem non mereatur: cum in ciuilibus ſola falſitatis ſuſpicio tollat fidem ſcripturæ. *Rot. in recentiſſ. par.* 1. *deciſ.* 452. *n.* 4.

Decretum. *Niſi ad p. d. cum intimatione.*

Formula Quinta.

Ad declarandum an velit ſtare partitis libri pro, & contra.

Citetur N. &c. ad declarandum an velit ſtare partitis librorum, in actis productorum, pro, & contra: alias videndum reijci ad p. d. inſtan.

Citetur N. Si citetur procurator, aduertendum eſt, quod ſine ſpeciali mandato non poteſt facere huiuſmodi declarationem. *Gregor. deciſ.* 79. *n.* 3.

Ad declarandum an velit ſtare partitis, &c.

Hæc

Hæc interrogatio eſt neceſſaria in libris rationum, ſiue mercatorum, ſiue priuatorum, qui continent data, & accepta; vt qui illis vult vti ad probandum ſuum creditum, debeat etiam eos acceptare, ad probandum ſuum debitum, prout iacent, & prout continent data, & accepta. *Cauál. decìſ.484. num.4. & 5.*

Sed quoad libros retentos, per aliquem officialem publicum, non eſt neceſſaria hæc interrogatio; quia ratione officij publici eis adhibetur fides, quæ eſt indiuidua. *Seraph. decìſ.384. n.2.* Item quoad libros ſocietatis: quia probant inter ſocios. *Seraph. decìſ.600. n.1.*

Libri autem Mercatorum non probant, niſi concurrentibus adminiculis. *Seraph. decìſ.436. n.21. & decìſ.450. num.1. & 4. Rot. diuerſ. decìſ.375. n.2. par.1.*

Libri autem rationum, quorum fides à publico non eſt approbata, continentes data, & accepta, an debeant acceptari pro, & contrà, latè explicat *Menoch. de arbitr. Iudi. caſu 93. per tot.* diſtinguens plures caſus.

Et ſicut neceſſaria eſt hæc citatio, ſeu interrogatio; ita etiam eſt neceſſaria reſponſio. *Franc. Marc. deciſ.60. n.3. lib.1.*

Pro reſponſione autem, ſufficit, quod citatus declaret, velle libris, ſeu partitis, ſtare prout iuris fuerit. Stante maximè probabili ignorantia. *Aymon. de antiq. temp. par.1. §. vidimus abunde, n.24. Natt. conſ. 635. lib.3.* cenſuit *Rota in Romana de Gradis 18. Iunij 1607. coram Cardinali Marchemont.*

Imò ſi declararet ſimpliciter, velle ſtare partitis librorum pro, & cõtrà, deberet intelligi arbitrio boni viri, vt ſi conſtaret de errore in libris, talis declaratio non præiudicaret. *Gregor. deciſ.79. n.4.*

Prout de iure autem, & arbitrio boni viri, quilibet tenetur ſtare partitis libri pro, & contra in connexis, non autem in ſeparatis, & diuerſis. *Franc. March. d. deciſ.60. n.4. & ſeq. lib.1.* Connexa autem, & ſeparata, quæ dicantur declarat *Menoch. de arbitr. Iud. caſ.95. per tot.*

Alias videndum reſtri. Si enim citatus ad interrogata non reſponderet, non eſſet danda fides libris: quia liber rationum in quantum continet data, & accepta non debet diuidi. *l. ſi quis ex argentarijs, §. rationem ff. de edendo* & non poteſt pro parte acceptari, & pro parte non, in connexis. *Franc. March. d. deciſ.60. n.3. lib.1.* & ita citato non reſpondente, Iudex declararet fidem partitis librorum, vel Mercatorum, vel rationum priuatorum, non eſſe dandam: quia debent huiuſmodi libri in datis, & acceptis, ſeu alias in con-

neri acceptari pro, & contra, non autem in parte, & partibus. *Pariſi. conſ. 90. num. 24. & 25. lib. 1.*

Decretum. *Niſi ad p. d. eorum intimat. prout de iure.*

Formula Sexta.

Ad recognoſcendum manum ſuam.

Citetur N. ad recognoſcendum manum ſuam, in iuribus in actis productis appoſitam, vel illam medio iuramento negandum; alias videndum mandari haberi, ſeu pronunciari pro recognita, ad p. d. inſtan.

Citetur N. Si citatur principalis, qui ſcripſit, vel ſubſcripſit ſcripturam priuatam, qua ſe obligauit, debet in termino comparere; qui ſi negat manum ſuam tenetur actor probare; ſi autem non comparet, & non negat manum, ſcriptura habetur pro recognita. *Boer. deciſ. 295. num. 15. & 19. par. 2.*

Ad recognoſcendum manum ſuam, in iuribus in actis productis appoſitam. Niſi enim ſcriptura, quæ recognoſci petitur, in actis formiter exhibeatur, nemo tenetur manum ſuam recognoſcere, vt per *Rot. in recent. deciſ. 247. per tot. par. 1.* & declara, vt ibi.

Alias videndum haberi pro recognita. Et hoc decretum fit contra principalem, qui ſcripſit, vel ſubſcripſit, non autem contra eius hæredem, qui poteſt ignorare manum ſui prædeceſſoris.

Neque etiam contra illum, qui ſcripſit de ordine alterius, qui etiam ſi ſuam manum recognoſcat medio iuramento; non tamen probat, niſi tanquam vnus teſtis, circa contenta in ſcriptura. *Gail. de credito, cap. 2. tit. 8. n. 2726. & ſeqq.*

Sed an hæc citatio poſſit fieri contra procuratorem, dic, quod ſic, ſi agitur vigore obligationis Cameralis, alias non; quia in citatione Camerali impreſſa, quæ in partibus executioni mandatur contra obligatos in forma Cameræ, inter alios actus citatur ad recognoſcendum manum ſuam in iuribus appoſitam, alias videndum haberi pro recognita; & ideo ſi citatus conſtituit procuratorem ad illam cauſam, cen-

ſetur

ſcetur conſtituere etiam ad illum actum, etſi non dat illi facultatem recognoſcendi, videtur fateri, itaut A. C. poſſit illam habere pro recognita. §. *ſi quis igitur*, ibi, *quia enim non proſ ſus eſt. in auth. de inſtrument. caut. & fide.*

Decretum. *Niſi ad p. d. cum intimatione.*

Formula Septima.

Ad videndum ſubdelegari Iudicem in partibus, pro habenda recognitione ſcripturæ priuatæ.

Citetur N. ad videndum decerni litteras miſſiuas loco remiſſorialium, pro habenda recognitione ſcripturæ priuatæ, in actis productæ, tàm per principalemmet, quàm per teſtes ſubſcriptam, viden. deputari Iudicem, cum facultate monendi ipſum principalem ad illam recognoſcendam in forma, & prout iuris fuerit illam pronunciandi pro recognita, & cum omnibus alijs facultatibus deſuper neceſſarijs, & opportunis: necnon concordan. de Iudice, loco, loco loci, ac termino infra quem, dandumque liſtam confidentium, & diffidentium, alias viden. per D. deputari, eligi, & præfigi reſpectiuè ex officio: & ſubſtituendum procuratorem in partibus reperibilem, & acceptantem; alias viden. mandari procedi per affixionem ad valuas maioris Eccleſiæ loci deputandi, ad p. d. inſtan.

Citetur N. Fit hæc citatio quando vel is, qui ſcripſit, vel ſubſcripſit apocam priuatam, vel teſtes ſunt abſentes à loco iudicij: Iudex enim cauſæ poteſt committere examen teſtium abſentium Iudici illius territorij, vbi teſtes degunt. *l. Iudices, C. de fid. inſtr.*

Ad viden. decerni litteras miſſiuas, loco remiſſorialium.

Re-

Remiſſoria, ſeu litteræ remiſſoriales decernuntur in Rota, de quibus abundè diximus in *tract. de citat. cap.* 13. verſ. *de proceſſu remiſſoriali, n.*361. *& ſequen.* Sed A. C. decernit litteras miſſiuas, loco remiſſoriæ.

Et quam formam Iudex deputatus debeat obſeruare, exprimit A. C. in ſuis litteris, quæ ad vnguem eſt obſeruanda *.l. diligenter, ff. mand.* & formam N. litterarum ponit *Saluſt. Tiber. in praxi, lib.*4. *tit. litteræ loco remiſſoriæ*.

Cum facultate monendi ipſum principalem, ad illam recognoſcen. & prout iuris fuerit illã pronunciandi pro recognita.

Si enim renuit recognoſcere, habetur pro recognita, vt in præcedenti formula citationis dictum eſt, in verbo citetur N.

Necnon concordandum de Iudice, &c. Dixi latè in *tract. de citat. cap.*13. verſ. *de proceſſu remiſſor. n.*473. *& ſequen. tom.*3. & dicam infra in 15. formula ad viden. decerni litteras remiſſoriales.

Decretum. ***D. N. petijt, et per Reuerendiſſimum D. obtinuit litteras miſſiuas loco remiſſorialium decerni, et in Iudicem deputari D. N. et pro loco ciuitatem N. et pro loco loci domicilium d. D. Iudicis, cum termino vnius menſis à die preſentationis litterarum incohan. et alias, vt ſup. niſi ad p. d. cum intimatione.***

Formula Octaua.

Ad exhibendum iura.

Citetur N. exaduerſo principalis ad exhibendum in actis infraſcripti Notarij iura inferius deſcripta, et deſignata, et penes eum exiſtentia, et infraſcripti inſtantis intereſſe concernentia, alias grauari, et pro grauamine viden. decerni, et relaxari mandatum executiuum, ad p. d. inſtan.

Citetur N. exaduerſo principalis, Si enim iura exiſterent penes tertium, tunc contra ipſum

ſum agendum eſſet via ordinaria, & iure actionis. *gloſſ. in l. quædam ſunt perſonæ*, in verbo *ſed iudicio, C. de eden.* & in *l. 3. §. eſt autem perſonalis*, & in §. *interdum*, in verbo *competere, ff. ad exhibeu.* Sed quando exiſtunt penes aduerſarium, tunc exhibitio non petitur iure actionis; ſed officio Iudicis, licet enim ſiue actor, ſiue reus non poſſit compelli ad edendum, ſeu producendum inſtrumenta, quæ ſunt propria, & non communia; tamen Iudex ex ſuo officio, quod conſiſtit in inueſtiganda veritate. *l. non eſt nouum, C. de eden. cum ſimil.* poteſt partem compellere ad illa exhibenda ſibi, & ipſe debet inueſtigare, quare inſtans pro exhibitione illa petat, & an eius intereſſe concernant. *Rot. in nou. deciſ. 5. de probat.*

Et probata exiſtentia ſcripturarum, & probato inſimul intereſſe partis petentis exhibitionem, altera pars tenetur exhibere ſcripturas penes ſe exiſtentes. *Seraph. deciſ.* 1224. *n.* 4. & de æquitate canonica exhibere tenetur pars habens iura penes ſe etiam ad fundandam intentionem aduerſarij. *Seraph. deciſ.* 230. *n.* 5.

De exiſtentia inſtrumenti penes partem tunc diceretur conſtare, vel quando eadem pars confeſſa eſſet ſe habere, licet poſtea confeſſionē reuocaſſet. *Caput. deciſ.* 294. *par.* 1. vel quando teſtes de ea deponerent. *l.* 1. *ff. de teſtib.* vel alia argumenta deducerentur. *l.* 1. *C. eodem, de eden.* & exiſtentia ſcripturæ apud aliquem probata ſi fuerit, etiam ante litem motam; ſufficit ad effectū, vt debeat exhiberi. *Coccin. deciſ.* 63. *n.* 3.

Et de intereſſe ad effectum exhibitionis, ſatis eſt, quod doceatur sūmariè, & aliqualiter. *Rot. in antiq. deciſ.* 11. *de Iud.* & in *recent. par.* 1. *deciſ.* 250. *n.* 1. imò ſufficit iuramentum partis, quod malitiosè, ſeu calumniosè non peteret. *l. Theſaurus, ff. ad exhiben. Caual. deciſ.* 82. *n.* 2.

Ad exhibendum. Exhibere eſt facere in publico poteſtatem, vt ei, qui agit experiundi ſit copia. *l.* 2. *ff. ad exhiben. l.* 3. §. *exhibere, ff. de tabul. exhib.* edere autem eſt vel dictare, vel tradere libellum, vel codicem proferre. *l. ſi quis ex argentarijs*, §. *ſi initium, ff. de eden.* Et quamuis hæc verba videantur eiuſdem ſignificationis, in hoc tamen videntur differre: quia exhibitio inſtrumentorum, ſeu ſcripturarum, iuriumue petitur ab eo, qui ea habet penes ſe, ſed ea ipſe non confecit; editio autem, ex edicto de edendo, petitur ab eo, qui ratione ſui officij ea confecit. *gloſſ. in Clem. vnic.* §. *cæterum*, in verbo *rationum, de vſur.* & ibi *Card. Zabarell. n.* 3. ſi vero petitur à tutore, curatore, ſocio, procuratore, & geſtore, tunc per ſpeciales actiones petitur, videlicet actione tutelæ, pro ſocio, mandati, & negociorum geſtorum. *gloſſ. in d.* §. *cæterum*, in verbo *rationum*, & ibi *Card. d. n.* 3. *& Anchar. ibidem n.* 3. *plenius declarat.*

Iura.

Iura. Triplex eſt enim editio, actionis, rationum, & inſtrumentorum. *gloſſ. in rubr. ff. & C. de eden.* & ideo in citatione dicitur, ad exhibendum iura, vt inſtruatur citatus, pro quo conueniatur. *Clem. fin. vt lit. pend.*

Inferius deſcripta, & deſignata. Petens enim exhibitionem, omnia noſcere debet, & dicere argumenta rei, de qua agitur. *l. 3. in princip. ff. ad exhiben.*

Et penes eum exiſtentia. Dum enim petitur exhibitio iurium à parte, quæ ea non confecit; debet probari exiſtentia apud ipſum: ſecus autem ſi petatur ab eo, qui ratione ſui officij illa confecit: quia ſi allegat omiſſionem, debet illam probare, cùm caſu, vtputà incendio, vel ruina, vel alia iuſta cauſa: vt in *l. ſi quis ex argentarijs, §. fin. ff. de eden. gloſſ.* in d. *Clem. fin. §. cæterum*, in verbo *compellendos, de vſur.*

Et intereſſe infraſcripti inſtantis concernentia. Qui enim petit iurium exhibitionem, quæ ſunt propria partis, non docto de exiſtentia, & de eius intereſſe, repellitur tanquam malitioſus, & calumnioſus, iuxta prædicta, maximè ſi eadem iura poteſt habere ab alio, vtputà à Notario, à quo vel debet petere, vel debet ſuo aduerſario reficere expenſas, Notario ſolutas in leuando ſcripturam. *Greg. deciſ.* 129. *n.* 3. *&* 4. & ibi *adden. n.* 6. *&* 7.

Alias videndum relaxari mandatum executiuum.

Iuſſus enim à Iudice exhibere, officio Iudicis, ſi per contumaciam non vult parere, cogendus eſt. *l. creditor, §. iuſſus, ff. de appellat.* vel per captionem pignorum. *l. Fulcinius, ff. quibus ex cauſis in poſſ. eat.* vel per carcerationem. *l. conſentaneum*, cum ibi *not. C. quom. & quando Iud.* vel etiam à Iudice Eccleſiaſtico per excommunicationem. *gloſſ. in cap.* 1. *de dol. & contum. lib.* 6. in verbo *ad terminum cap. tuæ fraternitatis, vt lit. non cont.* Sed ſi iuſſus ſit à Iudice, exhibere iure actionis; tunc condemnatur petitori ad intereſſe, d. *§. iuſſus, & l.* 3. *§. condemnatio, ff. de tab. exhib.* vel etiam ei denegatur audientia, qui enim obligatus eſt ad exhibitionem iurium, vel actorum, ipſis non exhibitis audiri non poteſt. *Lap. allegat.* 58. *n.* 16. verſ. *& ſi reſpondet*, & ibi *adden.* in verbo *& ſi non exhibeatur littera C. Buratt. deciſ.* 278. *n.* 3.

Et etiam Iudex, ſi iuſta cauſa moueatur, poteſt perquiri facere in domo, & aperiri arcas, & ſcrinia ad inueſtigandam veritatis fidem. *Lis apud quem, C. de eden. l. requirendi, C. de ſeruis fugit. Anchar. d. Clem. vnic. §. cæterum, ſub n.* 2. *de vſur.*

Loco

Digitized by Google

Loco grauaminis. Grauamen, ſeu mulcta dicitur illa pœna pecuniaria, quam Iudex arbitrio ſuo imponit contumaci, & non parenti iuſſui, præceptoue ſuo, in caſu quo per legem non ſit impoſita certa pœna. *l.2. §. fin. ff. de iud.* omnibus enim Magiſtratibus, ſecundum ius poteſtatis ſuæ conceſſum eſt, iuriſdictionem ſuam defendere pœnali iudicio, vt dicitur in *l.1. in princ. ff. ſi quis ius dicenti non obtemperauerit*, & vbi certa pœna in canonibus exprimitur eam delegatus infligit, ſed ſi non ſit impoſita delegatus imponit mulctam iuxta ſuum arbitrium, vt dicitur in *cap. de cauſis, §. 1. de offic. deleg.*

Sed in quibus differant mulcta, & pœna eſt *tex.* in *l. ſi qua pœna* 243. & in *l. aliud eſt fraus* 131. *ff. de verb. ſignif.* vbi *gloſſ.* addit alias differentias: & quod ab iniuſta Iudicis mulcta liceat appellare, eſt *tex.* in *l. & in mulctis, C. de appellat.* & in d. *l. ſi qua pœna*.

Decretum. *D. N. Procurator petijt, & obtinuit, vt ſupra in ſcutum vnum quolibet die, niſi ad p. d. cum intimat.*

Formula Nona.

Ad exhibendum libros.

Citetur N. ad exhibendum in actis infraſcripti Notarij libros, inferius deſcriptos, & deſignatos, ad effectum extrahendi partitas ad cauſam facientes, alias viden. ſe grauari, & pro grauamine mandatum executiuum decerni, & relaxari, ad p. d. inſtan.

Citetur N. ad exhiben. Non ſolum is, qui librum confecit, ſiue ratione officij, ſiue ratione priuati intereſſe, poteſt cogi ad exhibendum, ſeu edendum; ſed etiam illius hæres, & etiam ſucceſſor in officio, ſeu in dignitate, & non ſtatur eius iuramento, quamuis iuret librum ad ſe non perueniſſe; niſi plenè probet amiſſionem, tanquam quid facti. *Buratt. deciſ.* 278. *n.* 4. 12. & 13. Et hoc procedit quando liber erat in dominio teſtatoris; ſed quando liber erat alterius, quàm teſtatoris, ſatis eſt, vt hæres iuret illum ad ſe non perueniſſe. *Gregor. deciſ.* 199. *n.* 2. & ibi *adden. n.* 6. & pariter hoc procedit, quando liber erat in cuſtodia, ſiue defuncti, ſiue anteceſſoris, & propterea Notarius coram quo fuit producta ſcriptura, ſeu liber, ſi illum

illum non exhibet, tenetur ad damna, & intereſſe. *l. ſi quis ex argentarijs, §. ex hoc edicto, & l. argentarius, §. cum autem, ff. de eden. Rot. poſt conſ. Farin. par.2. deciſ.370. n.1.* & idem in ſucceſſore in officio, qui tenetur ad eandem cuſtodiam, & non excuſatur, quod facta diligenti perquiſitione non reperiatur; quia hoc procederet ſi exhibitio peteretur officio Iudicis: ſed quando peteretur ratione cuſtodiæ, non exhibens cenſeretur in culpa, & intraret obligatio ad dãna, & intereſſe. *Bar. in l. ſi quis ex argentarijs, §. an & heredi, n.2. ff. de eden. Grat. cap.262. n.51. & ſeq.*

Ad effectum extrahendi partitas ad cauſam facientes.

Libri Mercatorum regulariter non probant pro tertio, contra tẽrtium; niſi cum adminiculis. *Rot. diuerſ. deciſ.375. num.1. 2. & 7. par.1. Gregor. deciſ.302. n.4.* & pariter cum adminiculis probãt pro ſcribente, ſtante maximè legalitate Mercatoris. *Guid. Pap. quæſt.441. Caualerius deciſ.484. n.4.* Sic etiam liber priuatus probat cum adminiculis, etiam ad fauorem ſcribentis. *Gregor. deciſ.537. n.1.* & ibi *adden. n.4.* & liber, ſeu ſcriptura, quæ in aliquibus reperta eſt vera, in omnibus præſumitur vera. *Rot. diuerſ. deciſ.813. n.15. par.1.* Liber etiam depoſitarij probat concurrentibus adminiculis. *Coccin. deciſ.36. n.2.* & libri Bancherij probant ſolutionem, & modum ſolutionis. *Coccin. deciſ.29. n.6.* atque liber rationum, licet pro ſcribente non faciat fidem. *l. exemplo, C. de probat.* tamen creditor, quando id, quod ſibi debetur, non probat; niſi ex partitis in eodem libro conſcriptis, & contra póſitis, ſiue connexis, tenetur eaſdem etiam partitas connexas approbare; ſecus ſi ſunt ſeparatæ, & nullam habent connexitatem. *Pariſ. conſ. 90. nu. 25. lib.1. Caualer. d. deciſ.484. n.5.*

Sed ſi creditor acceptat partitas ad ſuum creditum, & alias partitas ad ſuum debitum vult probare non eſſe veras, admittitur: quia concluſio, quod acceptans librum quoad creditum, debet etiam acceptare quoad debitum, procedit ad effectum probandi, quia ſcilicet non poteſt transferre onus probandi, & iuſtificandi in aduerſarium partitas contrapoſitas, ſed benè poteſt aliundè probare partitas debiti, vel falſas eſſe, vel erroneas. *Adden. ad Gregor. deciſ.577. n.2.*

Liber dicitur adminiculatus quando concurrit maxima veriſimilitudo. *Gregor. deciſ.475. n.4. & 5.* & quando eſt ſcriptus à perſona benè informata, proba, & legali. *Gregor. deciſ.521. n.11.* & tanto magis, quãdo ſcribens eſt mortuus ante iudicium; quia mors auget fidem ſcripturæ *Bar. in l. admonendi, n.27. ff. de iureiur. Gregor. deciſ.468. n.12.*

Alias videndum. Dictum eſt ſatis ſupra in præcedenti formulà in fine.

E Decre-

Decretum. *D. N. Procurator petijt, & per Reuerendiſſimum D. obtinuit, vt ſupra in ſcutum vnum quolibet die, niſi ad p. d. cum intimatione.*

Formula Decima.

Ad viden. deſtinari Notarium pro extrahendis partitis Mercatorum.

C*Itetur N. ad viden. deſtinari Notarium ad Banchum N. ad effectum extrahendi partitas ad cauſã facientes. concordandum de die, & hora, & intereßendum d. extractioni, quatenus intereſſe velit; alias videndum deputari, & deſtinari per Dominum, & mandari exhiberi, & extrahi, etiam ipſo abſente, ad p. d. inſtan. &c.*

Neceſſaria eſt hæc citatio, quia alias ſumptum extractum lite pendente, ſine authoritate Iudicis, & ſine partis citatione nõ probat, *Auth. ſi quis in aliquo, C. de eden.* & ibi *Bart. bal. & Dec. n.6. cap. cum P.* & ibi *Abbas, & Felin. de fid. inſtrum. Rota in antiquis deciſ.36. de probat. Caput. deciſ.233. par.3.*

At ſi Mercator recuſaret exhibere libros, cogendus eſſet, vel iure actionis, vel officio Iudicis, vt dicitur in *l. quædam ſunt perſonæ, ff. de eden.*

Decretum. *D. N. Procurator petijt, & per Reuerendiſſimum D. obtinuit deſtinari me Notarium ad effectum prædictum pro diebus, & horis intimandis, omni, &c.*

Formula Vndecima.

Ad viden. decerni litteras compulſoriales generales.

C*Itetur N. ad viden. concedi litteras compulſoriales generales ad partes, concordandum de Iudice, loco,*

loco

loco loci, & conſtituendum procuratorem in partibus reperibilem, & acceptantem, qui in executione huiuſmodi litterarum citari poſſit; alias viden. deputari ex officio, & decerni proceſſum per affixionem ad valuas maioris Eccleſiæ loci deputan. ad p. d. inſtan.

Citetur N. Si principalis eſt in Curia, citatur, vel eius procurator, legitimus ſcilicet; quia alias non poſſet concordare de Iudice, nec de loco, neque procuratorē in partibus ſubſtituere. *Veſtr. in praxi lib.6.cap.1.ſub n.13.*

Ad viden. concedi litteras compulſoriales. Idem eſt, quod mandatum compulſorium, quando ſcilicet Iudex ſuis litteris deputat Iudicem extra Curiam, illique mandat, vt compellat eos, qui habent ſcripturas penes ſe, pertinentes ad cauſam, coram eo, & inter partes vertentem, vt illa exhibeant ad effectum extrahendi ſumptum publicum, fidem faciens, & illud ad ipſum Iudicem in publica forma tranſmittat.

Generales. Quæ dicuntur, quando litteræ petuntur, pro extrahendis generaliter quibuſcunque ſcripturis ad cauſam facientibus, abſque expreſſione certæ ſcripturæ: qua generalitate ſtante dantur ſine termino: quia non retardant proceſſum. *Veſtr. d. lib. 6. cap.1.ſub n.13. Gregor.deciſ.*218. alias ſi darentur cum termino, ſuſpenderent iudicium. *l.ſiue pars, C. de dilat.* & cum non impediant proceſſum, poſſunt dari etiam parte non citata, & ea inuita. *Rot. in antiq. deciſ.42. de probat.*

Ad partes. Idem eſt, quod extra Curiam; in Curia enim Iudex ex ſe mandat, abſque alterius Iudicis deputatione.

Concordandum de Iudice. Ad hoc pars expreſsè citatur, ad euitandam Iudicis ſuſpicionem, quando enim Iudex deputatur in Curia de conſenſu partium, vel per Iudicem ex officio, non poteſt poſtea in partibus allegari ſuſpectus; niſi ex cauſa, quæ de nouo ad partis notitiam deueniret. *Caput. deciſ.* 238. *nu.* 3. *par.*1. & *deciſ.7.n.4.par.3.*& dictum eſt in *tract. de citat. cap.*13. *n.*232. ſub verſ. *de proceſſu compulſoriali validè conficiendo tom.3.*

Sed quando dantur parte non citata, diriguntur omnibus, & ſingulis. *Put. deciſ.*192. *lib.3.* vide in d. *tract. de citat. d. cap.*13. *n.*227.

Loco, loco loci. Concordandum eſt etiam de loco, ad tollendam ſuſpicionem; ne quis traheretur ad locum ſibi ſuſpectum, & non tuti acceſſus.

Decretum. *D. N. Procurator petijt, & per Reuerendiſſimum D. obtinuit, vt ſupra in ſcutum vnum quolibet die, niſi ad p. d. cum intimatione.*

Formula Decima.

Ad viden. deſtinari Notarium pro extrahendis partitis Mercatorum.

Citetur N. ad viden. deſtinari Notarium ad Banchum N. ad effectum extrahendi partitas ad cauſā facientes. concordandum de die, & hora, & intereſſendum d. extractioni, quatenus intereſſe velit; alias videndum deputari, & deſtinari per Dominum, & mandari exhiberi, & extrahi, etiam ipſo abſente, ad p. d. inſtan. &c.

Neceſſaria eſt hæc citatio, quia alias ſumptum extractum lite pendente, ſine authoritate Iudicis,& ſine partis citatione nō probat, *Auth. ſi quis in aliquo, C. de eden.* & ibi *Bart. bal. & Dec. n.6. cap. cum P.* & ibi *Abbas, & Felin. de fid. inſtrum. Rota in antiquis deciſ.36. de probat. Caput. deciſ.233. par.3.*

At ſi Mercator recuſaret exhibere libros, cogendus eſſet, vel iure actionis, vel officio Iudicis, vt dicitur in *l. quædam ſunt perſonæ, ff. de eden.*

Decretum. *D. N. Procurator petijt, & per Reuerendiſſimum D. obtinuit deſtinari me Notarium ad effectum prædictum pro diebus, & horis intimandis, omni, &c.*

Formula Vndecima.

Ad viden. decerni litteras compulſoriales generales.

Citetur N. ad viden. concedi litteras compulſoriales generales ad partes, concordandum de Iudice, loco,

loco

loco loci, & conſtituendum procuratorem in partibus reperibilem, & acceptantem, qui in executione huiuſmodi litterarum citari poſſit; alias viden. deputari ex officio, & decerni proceſſum per affixionem ad valuas maioris Eccleſiæ loci deputan. ad p. d. inſtan.

Citetur N. Si principalis eſt in Curia, citatur, vel eius procurator, legitimus ſcilicet; quia alias non poſſet concordare de Iudice, nec de loco, neque procuratorē in partibus ſubſtituere. *Veſtr. in praxi lib.6.cap.1.ſub n.13.*

Ad viden. concedi litteras compulſoriales. Idem eſt, quod mandatum compulſorium, quando ſcilicet Iudex ſuis litteris deputat Iudicem extra Curiam, illique mandat, vt compellat eos, qui habent ſcripturas penes ſe, pertinentes ad cauſam, coram eo, & inter partes vertentem, vt illa exhibeant ad effectum extrahendi ſumptum publicum, fidem faciens, & illud ad ipſum Iudicem in publica forma tranſmittat.

Generales. Quæ dicuntur, quando litteræ petuntur, pro extrahendis generaliter quibuſcunque ſcripturis ad cauſam facientibus, abſque expreſſione certæ ſcripturæ: qua generalitate ſtante dantur ſine termino: quia non retardant proceſſum. *Veſtr. d. lib.6. cap.1. ſub n.13. Gregor.deciſ.*218. alias ſi darentur cum termino, ſuſpenderent iudicium. *l.ſiue pars, C. de dilat.* & cum non impediant proceſſum, poſſunt dari etiam parte non citata, & ea inuita. *Rot. in antiq. deciſ.42. de probat.*

Ad partes. Idem eſt, quod extra Curiam; in Curia enim Iudex ex ſe mandat, abſque alterius Iudicis deputatione.

Concordandum de Iudice. Ad hoc pars expreſsè citatur, ad euitandam Iudicis ſuſpicionem, quando enim Iudex deputatur in Curia de conſenſu partium, vel per Iudicem ex officio, non poteſt poſtea in partibus allegari ſuſpectus; niſi ex cauſa, quæ de nouo ad partis notitiam deueniret. *Caput. deciſ.* 238. *nu.* 3. *par.*1. & *deciſ.7.n.4.par.3.*& dictum eſt in *tract. de citat. cap.*13. *n.*232. ſub verſ. *de proceſſu compulſoriali validè conficiendo tom.3.*

Sed quando dantur parte non citata, diriguntur omnibus, & ſingulis. *Put. deciſ.192. lib.3.* vide in d. *tract. de citat. d. cap.13. n.227.*

Loco, loco loci. Concordandum eſt etiam de loco, ad tollendam ſuſpicionem; ne quis traheretur ad locum ſibi inſpectum, & non tuti acceſſus.

Item, & concordari debet de loco loci, ad euitandam loci incertitudinem, & quicquid fieret extra locum concordatum, eſſet nullum. *cap. ſtatutum, §. in nullo quoque, de reſcript. in 6. Seraph. deciſ.* 50. *n.* 1. *& deciſ.* 94. *n.* 1. vide in d. *tract. de citat. cap.* 13. *n.* 236.

Ad conſtituendum. Si citatur principalis, dicitur ad conſtituendum procuratorem, ſi procurator, dicitur ad ſubſtituendum, Dominus enim procuratorem conſtituit, procurator autem procuratorem ſubſtituit. *l.* 1. *ff. de procur. l. quod quis, C. eodem*, & neceſſario, vel Dominus debet procuratorem conſtituere, vel procurator ſubſtituere; alias procederetur per affixionē. *Caput. deciſ.* 175. *n.* 1. *par.* 1.

Procuratorem reperibilem, & acceptantem. Procurator enim, qui nō reperitur, non poteſt citari, & qui non acceptauit procurator non dicitur, & citandus non eſt. *l.* 2. *ff. de procur.*

Qui in executione litterarum huiuſmodi citari poſſit.

Plures enim ſunt, qui nequeunt eſſe procuratores, & vti tales non poſſunt citari, prout excommunicatus. *cap. poſt ceſſionem, de probat.* Minor 25. annis. *cap. qui generaliter, §. fin. de procur. lib.* 6. Mulier, *l. alienā, C. de procurat.* Monachus ſine licentia ſui Superioris. *Clem. religioſus, de procurat.*

Alias viden. deputari ex officio. Partibus enim in eligendo diſcordantibus, Iudex ex officio ſuo, ſua ſcilicet authoritate, & poteſtate, vnum deputat: & neceſſario ponuntur hæc verba; quia alias Iudex officium ſuum non poſtulatum non tenetur impartiri. *l.* 4. *§. hoc autem iudicium, ff. de damn. infect.*

Pro compulſoria autem exequenda non eſt neceſſe deputare Iudicem, qui ſit conſtitutus in Eccleſiaſtica dignitate, iuxta *tex.* in *cap. ſtatutum, de reſcript. lib.* 6. quia compulſor non deputatur tanquam Iudex; ſed tanquam executor ad compellendum. *Put. deciſ.* 192. *lib.* 3. & non exercet iuriſdictionem. *Mantic. deciſ.* 199. *n.* 2.

Et decerni proceſſum per affixionem ad valuas maioris Eccleſiæ loci deputandi. In ſubſidium enim vbi citari quis nequit in perſona, vel ad domum, iuxta *tex.* in *l.* 1. *§.* 1. *ff. de lib. agnoſc.* & in *l. ſcire oportet, §. qui autem, ff. de excuſat. tut.* citari debet per edictum in locis publicis affigendum, iuxta *tex.* in *l.* 4. *§. prætor ait, ff. de damn. infect. auth. qui ſemel, C. quomodo, & quan. Iudex.* velut in albo prætoris. *cap.* 1. *de dol. & cont. in extrauag. com. & Clem.* 1. *de Iud.*

& de

& de Iure Canonico valuæ Eccleſiæ Cathedralis, ſeu alias maioris, habentur pro loco publico, vt in eis citatoria edicta publicentur, & affigantur, *Clem. cauſam, de elect.* de qua re plura dicta ſunt in *tract. de citat. tom. 1. cap. 7. & tom. 2. cap. 11. & tom. 3. & vlt. cap. 12.*

Hic tamen proceſſus per affixionem decernitur, quando citatus non conſtituit procuratorem, nec proteſtatur quis citari debeat in partibus. ideoque proceſſus per affixionem fieri non poteſt, quando vel principalis, vel procurator, ſiue perſonaliter, ſiue domi citari poſſet. *cap. fin. de dol. & contum. Mohed. deciſ. 8. de fid. inſtr.*

Et huiuſmodi proceſſus, ſeu affixio citationum non valeret, quando affixæ fuiſſent extra locum in compulſoria deputatum; quia forma præſcripta debet obſeruari. *l. diligenter, ff. mandat. cap. prudentiam, de officio delegat.* vide in *tract. de citat. cap. 12.* verſ. *de execut. citat. tom. 3. num. 129.*

Decretum. *D. N. procurator petijt; & per D. obtinuit, vt ſupra, & in Iudicem deputari D. N. & pro loco ciuitatem N. & alias, vt ſupra, niſi ad p. d. cum intimatione.*

Formula Duodecima.

Ad viden. decerni litteras compulſoriales ſpeciales.

Citetur N. ad viden. decerni litteras compulſoriales ſpeciales ad partes, pro extractione talis ſcripturæ inferius deſignatæ, & concordandum de Iudice, loco, loco loci, & termino infra quem, & conſtituendum procuratorem reperibilem, & acceptantem, qui extractioni, & executioni huiuſmodi litterarum interſit, alias viden. per Dominũ deputari ex officio, & præfigi, & decerni proceſſum per affixionem, ad valuas maioris Eccleſiæ loci deputandi, ad p. d. inſtan.

Ad viden. decerni litteras compulſoriales ſpeciales.

Digitized by Google

Quando petuntur litteræ, ad effectum extrahendi quaſcunque ſcripturas ad cauſam facientes, dicuntur compulſoriales generales, vt ſupra, ſed quando extrahendæ ſunt certæ ſcripturæ, & ſpecificatæ, dicuntur compulſoriales ſpeciales, quæ dantur cum termino, ex quo retardant proceſſum, & nequeunt dari, niſi cum partis citatione.

Litterarum autem compulſorialium, ſiue generalium, ſiue ſpecialiũ triplex eſt effectus. Primus, vt recuſantes exhibere iura petita penes eos exiſtentia compellantur Iudicis authoritate. Secundus, vt iuribus per Iudicem compulſorem inſpectis, & per teſtes recognitis conſtare poſſit, qualia ſint iura. Tertius, & vltimus, vt ex illis authoritate Iudicis, & Notarij deputandi diligentia, & fide, tranſumptum fiat in publica forma, & ad Vrbem tranſmittatur, vt latè dictum eſt in *tractatu de citat. cap. 13. verſ. de proceſſu compulſoriali validè conficiendo, & quo citationes requirantur, & quare n. 203. vſque 361.*

Pro extractione ſcripturæ inferius deſignatæ. Sed quando ex copia ſcripturæ extrahendæ, quæ debet dari, appareret de eius irrelevantia, vel de calumnia petentis, ad ſolum effectum retardandi, compulſoria non concederetur. *l. 1. in fin. C. de dilat. Caput. deciſ. 169. par. 1.* & d. *tract. cap. 13. n. 205.* Vt autem concedantur debet conſtare de exiſtentia, & de releuantia, & pro hoc debet dari ſumptum illius. *Duran. deciſ. 376. n. 1.* cum alijs in d. *cap 13. n. 205.*

Et termino infra quem. Cum nequeant dari ſine termino, & retardent proceſſum ſicut remiſſoriales. *Caput. deciſ. 171. par. 1. Veſtr. lib. 6. cap. 1. n. 12. in fin. adden. ad Gregor. deciſ. 218. n. 3.* reliqua vide in præcedenti formula vndecima.

Decretum. *D. N. Procurator petijt, & per D. obtinuit litteras compulſoriales ſpeciales in forma concedi, & in Iudicem deputari D. N. cum facultatibus opportunis, & pro loco ciuitatem N. cum termino vnius menſis ab hodie inchoandi, & alias, vt ſupra, niſi ad p. d. cum intimat.*

For-

Formula Decimatertia.

Ad viden. prorogari terminum compulſorialium ſpecialium.

C*Itetur N. ad viden. prorogari terminum litterarum compulſorialium, quatenus duret, quatenus vero lapſus ſit, nouum terminum præfigi, ad p. d. inſtan.*

Ad viden. prorogari, &c. Terminus datus in compulſorialibus, ſcilicet ſpecialibus, quando durat, poteſt prorogari; quando vero finitus eſt, poteſt dari nouus terminus. *l. ſed, & ſi manente, ff. de precario.* Arbitrio tamen Iudicis. *l. 1. C. de dilat. gloſſ. 1. in cap. 1. de dilat. Menoch. de arbitr. Iud. caſu* 52. *nu.* 7. & quamuis finito termino fieret prorogatio, ſuſtineretur tamen in vim noui termini: quia ſaltem impropriè poteſt dici prorogatio, finito tēpore. *Gabr. de dilat. concluſ. 3. n. 5. & 9.*

Decretum. *D. N. Procurator petijt, & obtinuit terminum, quatenus duret, ad alium menſem à fine primi prorogari, quatenus vero lapſus ſit, nouum terminum vnius menſis concedi, cum intimatione omni, &c.*

Formula Decimaquarta:

Ad dicen. contra articulos.

C*Itetur N. ad dicendum contra articulos in actis facto datos, viden. illos ad probandum admitti, tàm in Curia, quàm extra, & committi Notario cauſæ receptionem iuramentorum, & examen teſtium in forma, ad p. d. & poſtquam commiſſum fuerit, viden. illos iurare, in eorum, vel Notarij domibus, & vbi reperti fuerint, ſuper dictis articulis, et tota cauſa, per totam illam, et ſexaginta ſequentes dies, et ad dandum interrogatoria, et con-*

Digitized by Google

ducendum interpretem, quatenus ea dare, et eo vti velit; alias viden. mandari examinari ſine, ad p. d. inſtan.

Ad dicen. contra articulos, &c. Hæc citatio eſt neceſſaria, vt pars poſſit contradicere. *l. de vnoquoque, ff. de re iud.* plura enim poſſunt opponi contra articulos, ne admittantur, de quibus vide in *tract. de citat. cap. 13.* ſub verſ. *de proceſſu remiſſoriali, n. 365. vſque 374. tom. 3.* alias parte non citata non valeret articulorum admiſſio cùm ſit interlocutoria præiudicialis. *Felin. in cap. in nomine Domini, n. 32. de teſtib. Grauat. ad Veſtr. lib. 5. cap. 15. n. 9.*

Et pars nedum poteſt contradicere admiſſioni articulorũ; ſed etiam ab ea poteſt appellare. *Veſtr. lib. 5. cap. 15. n. 3. Rot. deciſ. 8. de teſtibus, in nouis*; admittuntur autem de ſtylo, cum clauſula, ſaluo iure impertinentium, & non admittendorum. *Veſtr. d. cap. 15. n. 1. lib. 5.* vbi ſub n. 2. ait, quod poſt ſeruatos terminos ſubſtantiales, poſſunt recipi teſtes ſuper articulis non admiſſis, dummodo articuli eſſent pertinentes.

Articuli ſunt inſtituti, vt poſſint teſtes facilius examinari, & illis interrogatoria dari, ſine quibus, nec Iudices, neque teſtes examinari, neque interrogari, facilè poſſent. *Innoc. in cap. per tuas, n. 2. de teſtibus. Alberic. de malet. inter tract. diuerſ. de teſtib. cap. 7. n. 91.*

In actis facto datos. Articuli enim ſunt præſentandi in actis, non ſolo verbo; ſed facto, vt nedum Iudex, ſed etiam pars poſſit illos videre, quales ſint, & contra eos excipere. *Veſtr. lib. 6. cap. 2. ſub n. 5.* & quod iura, quæ fuerunt verbaliter producta non ſint de actis, & non ſint transportanda, vide in *tract. de citat. cap. 15. num. 272. tom. 3.*

Videndum illos ad probandum admitti, tàm in Curia, quàm extra. Articuli quando ſint admittendi, vel non, plura vide in *tract. de citat. cap. 13.* ſub verſ. *de proceſſu remiſſoriali, nu. 365. vſque 374.* admittuntur autem ad probandum in Curia, quando teſtes ſunt in Curia; ſed quando ſunt extra debent admitti ad probandum extra illam, & tali caſu decernitur remiſſoria, vt infra ſuo locò dicetur. Admiſſio articulorum ex veriori opinione, & ex ſtylo Curiæ requiritur, & debet fieri parte citata. *Felin. in cap. 2. n. 32. de teſt. Luc. Pæt. in praxi Capitolina, lib. 2. tit. de admiſſ. articul. cap. 206.*

Pars excipit generalia contra, & Iudex admittit cum clauſula, ſaluo iure impertinentium, & non admittendorum: quæ operatur, vt ſi non ſint pertinentes, non habeantur pro admiſſis, & depoſitiones ſuper eis ſint reijciendæ: vide latè in d. *tract. de citat. cap. 13. n. 392. tom. 3.*

Et

Et committi Notario cauſæ receptionem iuramentorum, & examen teſtium. Notarius enim non poteſt teſti deferre iuramẽtum ſine Iudice, vel ſine eius commiſſione. *Bar. in l. videamus, §. deferre, n. 1. ff. de in lit. iur.* & quod nullus tabellio poſſit, in abſentia Iudicis, recipere iuramenta teſtium, ſine ſpeciali commiſſione dicit *Bal. in cap. ſi qui teſtium, n. 1. de teſtibus*, & quod Iudices ſuper receptione teſtium in cauſa ciuili, poſſint vices ſuas alijs committere, eſt *tex.* in *Clem. vnic. de offic. deleg.* vbi *gloſſ.* in verbo *ciuili*, dicit idem eſſe in cauſis ſpiritualibus; non autem in criminalibus, & quod Iudex prædicta poſſit etiam abſque cauſa committere Notario cauſæ, admiſit conſuetudo Curiæ, vt per *Veſtr. in praxi, lib. 5. cap. 2. num. 11. & 12.*

In forma. Sunt multi, qui hæc verba omittunt, neſcientes eorum vim: dico igitur, quod hæc commiſſio, per Iudicem fit Notario in forma, hoc eſt non tanquam Iudici, vt poſſit cognoſcere, an teſtes ſint admittendi, an aliqui ſint reijciendi articuli, interrogatoriaue ſint reſecanda.

Sed tanquam nudo miniſtro, & ſimplici examinatori. *gloſſ. in Clem. vnic. de offic. delegat. Abb. in cap. quoniam contra, de probat. n. 30.*

Receptio iuramentorum teſtium committitur Notario in forma, hoc eſt, vt iurare faciat teſtes, iuxtà formam, vel à iure traditam, vel à Statuto, vel à conſuetudine, quando vim legis obtinet: *l. de quibus, ff. de legibus, cap. fin. de conſuet.*

Et ſcribat, qua forma præſtitum fuerit iuramentum, vtputà tactis ſcripturis. *Lanfrano. in praxi, cap. 8. de teſtium depoſit. ſub n. 6. verſ. vnde Notarius*. Alias non conſtaret de iuramento, vt dictum eſt in *tract. de citat. tom. 3. cap. 13. n. 295. vſque 300.*

Atque, vt non recipiat iuramentum à Clericis, neque Monachis, ſeu Religioſis, ſine licentia ſui Superioris. *Specul. in tit. de teſte, §. 1. verſ. ſed ſi Monachus*, & verſ. *quid de Monacho. Lanfranc. in praxi, d. cap. 8. de teſtium depoſit. n. 87. Abb. in cap. ſignificaſti, n. 8. de foro compet.* quæ licentia debet oſtendi. *Bar. in l. ſolum, C de teſtib. Franciſc. Curt. in tract. de teſtib. concluſ. 49. n. 98.* adde *gloſſ. in cap. 1. de iuram. calum.* in verbo *inconſulto*, quæ dicit, quod Epiſcopus iurat, etiam inconſulto Papa, & quod Clericus iurare non poteſt, ſine licentia ſui Epiſcopi, nec conſentire in Iudicem non ſuum.

Plures ſunt iuramenti formæ; iuratur enim, vel per Deum, vel per Euangelia. *gloſſ. in cap. & ſi Chriſtus*, in verbo *teſtis*, *de iureiur. cap. tibi Domino 63. diſtinct. in fin.* ibi, *ſic me Deus adiuuet, & hæc ſancta Dei*

Euan-

Digitized by Google

Euangelia, & ibi *gloſſ.* in verbo, *& iurare*, ait, quod procurator iurat in animam Domini, & de iuramento fidelitatis, quod præſtant Romani Principes, Eccleſiæ Romanæ eſt *tex.* in *Clem. vnic. de iureiur.* & quod cuſtodes ſanctæ inquiſitionis debeant iurare, ad ſancta Dei Euangelia à ſe tacta, dicitur in *Clem.* 1. *§. porrò, de hæret.* vbi *gloſſ.* in verbo *tacta*, notat, quod in corporali iuramento nō ſufficit preſentia, ſed requiritur tactura Euangeliorum, & animaduertit, quod quædam iura dicunt ſimpliciter iurari, quædam corporaliter, quædam ſuper ſancta Dei Euangelia, quædam addunt ipſorum tacturam, & ſubiungunt, quod apud Italicos interpretatur conſuetudo, quod ſufficit tangere quemlibet librum, vel quamlibet ſcripturam, quod putat procedere etiam vbi de corporali iuramento exprimitur, non ſic vbi de tactura Euangeliorum; & quia *tex.* in *cap. vt circa, de elect. in 6.* vult, quod in illo caſu teſtimonium perhibeatur corporaliter, dicit *gloſſ.* in verbo *corporali*, quod ſi quis iuraret præſente textu Euangeliorum, & non tangeret, non ſatisfaceret illi conſtitutioni, & quod etiam tactis Sacroſanctis Euangelijs, teſtes iurare debeant, de veritate dicenda pro vtraque parte, eſt *tex. in cap. hortamur* 3. *quæſt.* 9.

Theodoſius Imperator ſtatuit, vt Epiſcopi in teſtimonio ferendo, propoſitis tantum coram ſe Sacroſanctis Euangelijs, dicant ea, quæ nouerint non tamen iurent, vt legitur in *auth. ſed Iudex, C. de Epiſc. & Cleric.* & in *cap. teſtimonium, §. Epiſcopus non flagitetur* 11. *quæſt.* 1.

Verum, quia teſtes non probant ſine iuramento. *l. iuris iurandi, C. de teſt. cap. de teſtib. eodem tit. de teſtib.* ideo quando vel Epiſcopi, vel Clerici, vel Religioſi, inducuntur in teſtes, debent iurare, licet non debeant ſcripturas tangere: ſed ex generali conſuetudine, inſpectis Euangelijs iurant, tacto pectore, more Sacerdotali, & Religioſorum. *Veſtr. in praxi, lib.6. cap.2. n.7. Theſaur. deciſ.47. n.12. Abb. in cap. fin. n.6. de iuram. calumn.* cum alijs congeſt. per *Farin. de teſt. quæſt.74. n.82.*

Laici vero pariter de conſuetudine iurant, tactis quibuſuis ſcripturis. *Abb. in cap. cùm in cauſa, n.3.* & in *cap. & ſi Chriſtus, n.9. in fin. de iureiur. Vital. in Clem. vn. n.111. & ſequen. de hæretic.* & ibi *Zabarell. in §. porrò, n.2. vſque ad fin.*

Et quod hæc conſuetudo valeat, probat *Felin. in cap. fraternitatis, n.12. de teſtibus.*

Receptio etiam examinis teſtium committitur Notario in forma, hoc eſt, vt examinet teſtes ſecretè, & ſeparatim. *l. nullum, C. de teſtib.* & dictum eſt in *tract. de citat. tom. 2. cap. 11. n.462. & tom. 3. cap. 13. n.300.* an vero debeat examinare prius ſuper interrogatorijs, quàm ſu-

per

per articulis attenditur ſtylus Curiæ, quia iure cautum non eſt, vt in d. *tract. tom. 3. cap. 13. n. 606. & ſeq.*

Ad p. d. Vbicunque citatur ad dicendum contra, apponitur terminus, ſeu dilatio ad primam diem, vt citatus poſſit videre producta, & eis contradicere, quod facere non poſſet ſi citaretur ad hodie per totam, prout fieri poteſt in alijs citationibus, quibus citatur ad faciendum, ſeu videndum fieri. *Veſtr. d. lib. 6. cap. 2. n. 5. in fin.*

Et poſtquam commiſſum fuerit viden. illos iurare.

Fit hæc citatio; quia teſtes non iurant validè, niſi parte præſente, vel citata. *l. ſi quando*, & ibi *gloſſ.* in verbo *noluerint, C. de teſtib. Veſtr. d. cap. 2. n. 15.* alias contra non citatos examen non valeret, & tota vis depoſitionis teſtium cõſiſtit in iuramento: ideoque depoſitio retrotrahitur ad diem iuramenti, vt in d. *tract. de citat. tom. 3. cap. 13. n. 574. & 577.* & in quibus caſibus teſtes probent, qui depoſuerunt parte non citata, vide in d. *tract. tom. 3. cap. 15. n. 150.* cum pluribus ſequentibus.

In eorum, vel Notarij domibus, et vbi reperti fuerint.

Teſtes an, & quando poſſint, ſeu debeant in eorum domibus examinari, abſq; eo, quod ad Iudicem venire cogantur, & quid præſertim de egregijs perſonis, ſenibus, infirmis, aut alias impeditis, & ſimilibus: latè ponit *Farinac. de teſtib. quæſt. 77. per tot.*

Super dictis articulis. Non enim poſſet Notarius recipere iuramentum de veritate dicenda ſuper alijs articulis, quàm ſuper facto datis.

Et tota cauſa. Adduntur hæc verba: quia alias ſi teſtis deponeret extra articulos, non probaret. Secus vigore iſtorum verborum, quando iurauit dicere veritatem etiam ſuper tota cauſa: quia probaret, dummodo depoſuiſſet ſuper pertinentibus ad cauſam. *Specul. in tit. de teſte, §. ſequitur, n. 3.* vide in d. *tract. de citat. tom. 3. cap. 13. n. 585. & ſequentibus.*

Per totam illam, et decem ſequentes dies. Si reſtringeretur ad illam p. d. & citans non potuiſſet teſtes conducere, citatio remaneret circumducta, ideo pro commoditate teſtium vtile eſt addere alios ſex, vel octo, vel decẽ dies, vel plures arbitrio citantis: ad hoc vide dicta in eodẽ *cap. 13. n. 589. per tot.* at ſi citatus proteſtaretur velle intereſſe receptioni iuramentorum, deberet illi intimari dies, & hora: ne alias teſtes viderentur iuraſſe nulliter, ſub citatione vaga, & incerta ratione temporis, licet enim citatus ſciat, poſſe citantem infra decem, vel octo dies, facere

iurare

iurare teſtes, neſcit tamen qua die, & hora velit facere, niſi denuncietur. *Bar. in l. qui ante Kalendas, n.5. in fin. ff. de verborum oblig.* vide in d. *tract. de citat. tom.2. cap.9. n.474. & ſequen.*

Et ad dandum interrogatoria. In quibuſuis iudicijs contingit, vt vel actor ſuam actionem, vel reus ſuam exceptionem velit probare per teſtes; ideo is, qui teſtes inducit facit articulos, alter vero, qui timet ne teſtes aliquid contra ſe, minus verè deponant, dat interrogatoria de circumſtantijs, de cauſis, perſonis, loco, tempore, viſu, auditu, ſcientia, credulitate, fama, & certitudine, iuxta *tex.* in *cap. cùm cauſam*, cum ibi not. per *gl. ſſ.* in verbo *de cauſis, de teſtib.* de qua re plura dicta ſunt in *tract. de citat. tom. 3. cap.13.* ſub verſ. *de proceſſu remiſſoriali*, in verbo, *& dandum interrogatoria n.506. vſque 524.* & de interrogatorijs examinando teſti faciendis, quæ, & qualia ſint per Iudicem admittenda, quibuſue teſtis ipſe reſpõdere teneatur, & quando ſine interrogatorijs à parte datis examinatus probet, vel non, ponit, latè *Farinac. de teſtib. quæſt.73.*

Et conducendum interpretem. Vtraque pars in examine teſtiũ, tàm ſuper articulis, quàm ſuper interrogatorijs, poteſt ſuum interpretem adhibere, vt aſſiſtat examini, præuio iuramento de fideliter interpretando, & curet ſcribi fideliter quæcumque teſtes dicunt, & vnus interroget ſuper interrogatorijs, & alter ſuper articulis, & ſeruetur ſtylus Curiæ: quia vt adhibeatur interpres non eſt de iure; ſed de ſtylo, vt dictũ eſt in *tract. de citat. tom.3. cap.13.* verſ. *de proceſſu remiſſoriali*, in verbo, *& cõducendũ interpretẽ, n.524.*

Quatenus ea dare. Scilicet interrogatoria, nam eſt in arbitrio citati, an velit dare interrogatoria; quia in ſubſidium poteſt ex officio Iudex interrogare, d. *cap. cùm cauſam*, vbi *gloſſ.* in verbo *procures*, & *Doct. de teſtibus*, & quando pars citata ea dare nõ curauit, non poteſt dici examen nullum, ſi teſtes fuerunt interrogati per Iudicem. *Seraph. deciſ.1456. n.4.*

Quando autem pars intendit dare interrogatoria, debet proteſtari; nihil fieri, niſi data copia articulorum, & ſpecificatis nominibus, & cognominibus teſtium, cum termino competenti, ad conficiendum interrogatoria.

Pars, quæ inducit teſtes non poteſt petere copiam interrogatoriorũ; quia ſic poſſent inſtrui teſtes ad falſum deponendum. *Abb. & Felin. in cap. per tuas, de teſtib. Alex. in l. is apud quem, C. de eden. Maran. in ſpec. par.6.* verſ. *& quandoque ſiunt interrogationes, ſeptimo membro, n.20.* & ideo non datur interrogatoriorum copia, vt euitetur occaſio malignandi. *Felin. in cap. per tuas, n.3. de teſtibus.*

Debet

Debet tamen dare alteri parti copiam articulorum, vt poſſit interrogatoria facilius formare, & conficere, ad *tex.* in *cap.2. de teſtib. in 6. Innoc. in cap. per tuas, n.2. de teſtib. Alberic. de Maleit. inter tract. de teſtib. cap.7. n.102.*

Imò, ſi exaduerſo petatur, debet ad eundem effectum edere nomina teſtium, ea ratione, quia cùm interrogatoria fieri debeant ſecundum circumſtantias cauſæ, & perſonarum, ea formare non poſſet, qui ignoraret perſonas examinandas. *gl. ſſ. in cap.2.* in verbo *interrogatoria, de teſtibus in 6. Veſtr. lib.6. cap.2. n.18.* prædictis adde, quæ dicta ſunt in *tract. de citat. tom.3. cap.13. n.507. vſque* 524.

Et eo vti velit. Scilicet interprete: eſt enim in arbitrio eiuſdem citati, ſi velit adhibere interpretem, cùm vt ſuperius dictum eſt, non ſit de iure; ſed de ſtylo: ſed quando pars intendit illum adhibere, tunc examen ſine eo factum eſſet nullum, quando pars proteſtata fuiſſet teſtes non examinari, abſque interuentu ſui interpretis. *Rot. in recentiſſ. deciſ. 663. in fin. par.2.* Sed ſi pars citata ad conducendum interpretem pro certa die, & hora, non comparuiſſet: validum eſſet examen ſine eo factum. *Seraph. deciſ.1279. n.6.* & in *d. tract. tom.3. cap.13. n.524.* in verbo, *& conducendum interpretem.*

Per tot. d. primam, & ſequentem dies. Hæc non eſt diuerſa dilatio, ſed eadem, quæ datur ad præcedentem actum iuramentorũ teſtium, & non maior neque minor dilatio debet dari ad dandum interrogatoria, & conducendum interpretem, & nedum de iure; ſed etiam de generali conſuetudine dilatio danda eſt, ad dandum interrogatoria, vt per *gloſſ. in cap.2.* in verbo *interrogatoria, in princ. de teſtib. lib.6. Veſtr. lib.6. cap.2. n.18.*

Alias viden. mandari examinari ſine. Inuito enim beneficium nõ datur. *l. inuito, ff. de regul. iur.* & inuitus nemo cogitur. *l. vn. C. vt nemo inuitus agere, vel accuſ. cog.*

Ad eandem p.d. Dies enim, ad quam fit hæc citatio, debet eſſe iuridica; alias ſi decretum ad prædictos actus fieret in die non iuridica, examen eius vigore factum non valeret. Feſtus enim, ſeu feriatus dies, debet eſſe à cognitione alienus. *l. fin. C. de ferijs,* & de citatione facta in die, vel ad diem feriatam, an valeat, latè diſcuſſum eſt in *tract. de citat. tom.2. cap.10. n.195. vſque 260.*

Plures caſus, in quibus probant teſtes abſque citatione partis, vide in *tract. de citat. tom.3. cap.15.* verſ. *de probatione per teſtes an citationem partis requirat, à num.* 132. *&* 155.

Et an teſtes iurati in termino, poſſint examinari extra terminum, vide

vide *Alberic. de Malet. inter tract. diuerſ. de teſtib. cap.7. n.79.* & quæ dicta ſunt in *tract. de citat. tom.3. cap.13. n.503. & ſequen.*

Iudex lecta ſibi hac citatione admittit articulos, ſaluo iure impertinentium, & non admittendorum, & committit receptionem iuramentorum, & examinis teſtium Notario in forma, & mandat examinari ſpecificatis materijs, nominibus, & cognominibus teſtium, & iurato de calumnia, niſi ad p. d. cum intimatione.

De dicta admiſſione cum dicta clauſula, vide *Veſtr. lib. 5. cap. 15. per tot.* de ſpecificatione materiarum ait *Veſtr. lib.6. cap.2. n.19.* quod tunc fit, quando qui dedit articulos, aſſerit medio iuramento, materias quas dedit in articulis, ſe credere eſſe veras, quam dicit eſſe ſpeciem iuramenti de calumnia; & quod ideo ſi quis antea in cauſa iuraſſet ſemel de calumnia, non teneretur illud reiterare, & ſucceſſiuè, nec ſpecificare materias articulatas cum iuramento.

Sed ſi antea principalis iuraſſet de calumnia, & poſtea eius procurator dediſſet articulos, vtique teneretur iurare de calumnia; quia ſic calumniare poſſet procurator, ſicut Dominus. *Rot. in nou. deciſ.2. de iuramen. calumn.*

Intimatio autem fit hoc modo.

Intimetur D. N. &c. qualiter Dominus admiſit articulos, & mandauit teſtes examinari, & alias prout in actis. & teſtes examinabuntur die, &c. ideo citetur idem ad dandum interrogatoria, & conducendum interpretem quatenus, &c. alias, &c. inſtan. &c.

Hæc intimatio eſt neceſſaria; quia Iudex mandauit intimari. *Rot. in recenti deciſ. 445. n.2. par.2.* cum alijs in *tract. de citat. tom. 1. cap. 6. n.68.* & intimare eſt propriè denunciare actus iudicialiter geſtos, vt in d. *cap.6. n.69.* vbi plura de intimatione congeſta ſunt *vſque ad n. 110.*

Intimantur non ſolum geſta per Iudicem, hoc eſt admiſſo articulorum, & commiſſio receptionis iuramentorum, & examinis teſtium; ſed etiam gerenda per Notarium; hoc eſt qualiter teſtes examinabuntur certa die, vt pars ſit certa, quando debeat dare interrogatoria, & conducere interpretem: licet enim pars fuerit certificata quando teſtes iurarunt, tamen, quia aliud eſt, quod teſtes iurent, & aliud, quod deponant.

Digitized by Google

ponant. *Veſtr. d. lib. 6. cap. 2. n. 20.* ideo debet vlterius certiorari, etiam de die examinis.

Additur etiam noua citatio ad dandum interrogatoria, & conducendum interpretem; quatenus, &c. quia prior citatio ad idem facta, tanquam vaga, & incerta, ratione temporis, non ſufficiebat, vt ſuperius dictum eſt.

Formula Decimaquinta.

Ad viden. decerni litteras remiſſoriales.

Citetur N. &c. ad dicendum contra articulos in actis facto datos; videndum illos ad probandum admitti, tàm in Curia, quàm extra: necnon decerni litteras remiſſoriales ad partes, concordandum de Iudice, loco, loco loci; ac termino infra quem, et dandum interrogatoria, et conducendum interpretem, quatenus illa dare, et eo vti velit: alias viden. per Dominum deputari, eligi, et præfigi reſpectiuè, et mandari examinari ſine, et conſtituendum procuratorem in partibus reperibilem, et acceptantem: alias viden. mandari procedi per affixionem ad valuas maioris Eccleſiæ loci deputandi, et concordandum de partitore: videndumque illum iurare, et ei conſignari, ad p. d. inſtan.

Hanc citationis formulam poſui, & latè explicaui, in *tract. de citat. tom. 3. cap. 13.* verſ. *de proceſſu remiſſoriali*, & quæ citationes fieri debeant pro eius validitate, & qua ratione, *num. 361. vſque ad fin.* ſed nè quid deſit neceſſarium in hoc opuſculo, quæ potiora ſunt paucis reſtringam.

Ad dicendum contra articulos, &c. videndũ illos admitti.

Hæc verba cum ſint ſatis explicata in d. *cap. 13. n. 365.* & ſequen. ibi vide.

Necnon decerni litteras remiſſoriales. Hæc pariter verba ſunt latè explicata in d. *cap. 13. n. 393.* & quod remiſſoria non datur ſine cauſa cognitione, & partis ci-

tatio-

Digitized by Google

tatione; quandoque pendet à Iudicis arbitrio, regulato tamen, dixi ibidem *n.*393. cum duobus ſequen. & quando remiſſoria ſit danda, vel non, vide *ibid. à d. n.*397. *vſque* 473. & quod hæc citatio non ſit neceſſaria, quando præceſſit citatio ad dicendum contra articulos, dixi ibidem *num.*393.

Ad partes. Quando enim teſtes exiſtunt extra Curiam, tunc pro illis examinandis datur remiſſoria, ad *tex.* in *l. 1. dices, C. de fid. inſtrum.* & in *l. cum poſt, C. de appellat.* & ſcias, quod Auditores Rotæ, & alij Iudices commiſſarij in Romana Curia, iuxta *Conſtit* 13. *Innocent. VIII.* §. 4. *in Bullar. nou. par.* 1. *fol.* 386. dant remiſſorias ad partes; ſed Aud. Cam. in Statu Eccleſiaſtico, loco remiſſorialium dat litteras miſſiuas, extra Statum autẽ decernit litteras remiſſoriales prout alij.

Concordandum de Iudice. Expoſui hæc verba ſupra in *hac ſecunda par. form.* 11. & dixi in *tract. de citat. tom.* 3. *cap.* 13. verſ. *de proceſſu compulſ. n.*227. *vſque* 236. & ſub verſ. *de proceſſu remiſſoriali,* in verbo *ad concordandum de Iudice, n.* 473. quæ citatio fit ad effectum, ne alias, aliqua partium Iudicem abſque citatione deputatum recuſaret in partibus; ſed quando deputatur Iudex citata parte, ſiue de conſenſu partium, ſiue ex Iudicis officio, non poteſt recuſari, niſi ſuperueniente noua cauſa, quæ à recuſante debet exprimi, & appellari ab vlteriori proceſſu, ad quem effectum impediendi proceſſum ad vlteriora, poteſt recuſatio proponi coram eodem Iudice remiſſoriali, & alia de recuſatione, necnon quibus Iudicibus ſit dirigenda remiſſoria, dictum eſt ibidem à *num.*476. *vſque* 480.

Loco, loco, loci. Explicata ſunt hæc verba ſupra hac eadem parte, for. 11. vbi, quod ad hoc citatur ad euitandum locum ſuſpectum, & loci incertitudinem, & quicquid fit extra locum concordatum, ſeu deputatum, nulliter fit, & latius dixi in d. *cap.* 13. *n.*483. *vſque* 490.

Et termino infra quem. Si remiſſoria daretur ſine termino probatorio, non valeret, tanquam incerta, generalis, & indeterminata. *Caput. deciſ.*274. *n.*2. *par.*3. *Rot. diuerſ. deciſ.*151. *n.*1. *par.*2 cùm ſit dilatio retardans proceſſum, non datur ſine.

In remiſſoria duo dantur termini, vnus ad probandum illi, qui petit remiſſoriam, alter vero ad reprobandum datur alteri, contra quem datur remiſſoria.

In Italia dantur duo menſes ad probandum, & vnus ad reprobandum, extra Italiam quatuor ad probandum, & duo ad reprobandum, & trans Mare ſex ad probandum, & tres ad reprobandum. *Seuerol. de remiſſ.*

Digitized by Google

remiſſ. cap. 24. *n.* 2. *&* 3. & dixi in *tract. de citat. d. tom.* 3. *cap.* 13. *n.* 490. in verbo, *& termino infra quem*, vbi, quod ſi in remiſſoria non eſſet datus terminus ad reprobandum, Iudex careret iuriſdictione quoad reprobationem teſtium, vt *n.* 491. & vbi non fuiſſet datus terminus ad reprobandum, noua deberet dari remiſſoria, pro reprobatione teſtium: quia tunc ceſſaret præſumptio calumniæ, vt *n.* 492.

Et niſi Iudex aliter ſtatuerit, currit terminus à die conſignationis, *n.* 493. ſed ſtante legitimo impedimento terminus non curreret, dicto *n.* 493. verſ. *ſed ſi Iudices remiſſoriæ*, & de materia repulſæ teſtium, vide *Maran. in ſuo ſpeculo, par.* 6. *act.* 15. verſ. *actorum editio fieri ſolet, n.* 2 *& ſequen. & Farinac. de teſtib. quæſt.* 62. *limit.* 8. *per tot.*

Hinc aduerte, quod licet *Maran.* ibidem, ſub *n.* 1. faciat mentionem de termino approbatorio, ſeu comprobatorio, & dicat illum poſſe peti ad repulſam repulſæ, per eum cuius teſtes fuerunt reprobati; non loquitur in terminis iuris communis, ſed regiæ pragmaticæ *in tit. de curſu dilationum*, & propterea error eſſet, ſi Auditor Rotæ elapſo termino approbatorio, & reprobatorio, in remiſſoria præfixo, vellet dare alium terminum comprobatorium, ad reprobandũ teſtes reprobatorios: quia ſic daretur proceſſus in infinitum, & nunquam finirentur proceſſus remiſſoriales: non nego, quin Iudex ordinarius debeat admittere articulos comprobatorios; ſed nego, quod pro illis poſſit dari dilatio ad partes, & retardari proceſſus.

Et dandum interrogatoria, & conducendum interpretem, quatenus illa dare, & eo vti velit. Hæc verba expoſui ſupra, hac ſecunda parte *forma* 14. *in fin.* vbi vide, & latius dixi in *tract. de citat. tom.* 3. *cap.* 13. *n.* 506. verſ. *& ad dandum interrogatoria, & n.* 507. verſ. *adduntur hæc verba, quatenus ea dare intendat, & n.* 524. verſ. *& conducendum interpretem.*

Alias videndum per Dominum deputari, eligi, & præfigi reſpectiuè, & mandari examinari ſine.

Hæc pariter verba expoſui in d. *tract. tom.* 3. *cap.* 13. *n.* 527. verſ. *alias viden.*

Et conſtituendum procuratorem in partibus reperibilem, & acceptantem, alias viden. mandari procedi per affixionem ad valuas maioris Eccleſiæ loci deputandi.

Iſtorum verborum declarationem poſui in d. *tract. de citat. tom.* 3.

F *cap.* 13.

Digitized by Google

cap. 13. *num.* 529. verſ. *& conſtituendum*, *&c.* vbi vide.

Et concordandum de portitore, videndumque illum iurare, & ei conſignari, ad primam diem, inſtan.

Hæc pariter verba explicata, vide in d. *tract. cap.* 13. *n.* 531. verſ. *& concordandum vſque* 537.

Decretum. *Relatione facta comparuit D. N. procurator, & repetijt articulos in actis datos, & obtinuit admitti ſi, et in quantum, et litteras remiſſoriales concedi, et deputari in Iudicem D. N. et pro loco Ciuitatem N. et pro loco loci domicilium Iudicis, et territorium d. loci, cum termino vnius menſis à die præſentationis litterarum inchoando, et quindecim dierum ad reprobandum, et alias, vt ſupra, niſi ad p. d. cum intimatione.*

Formula Decimaſexta.

Ad viden. prorogari terminum remiſſoriæ.

Citetur D. N. ad viden. prorogari terminum remiſſoriæ, quatenus duret, quatenus verò lapſus ſit, viden. nouum terminum concedi ad p. d.

Ad viden. prorogari, &c. Antequam labatur terminus remiſſoriæ, poteſt peti illius prorogatio; quæ poteſt fieri ſemel, bis, & vlterius, arbitrio Auditoris, dummodo calumnioſè non petatur: ſed doceatur de aliquo impedimento iuſto. Quæ prorogatio fit, vel ad idem tempus prius datum, vel ad breuius prout Iudici videbitur.

Et terminus prorogatus non incipit currere, niſi à die vltima prioris termini prorogati.

Si autem lapſus ſit, intrat nouus terminus, & prout latè dictum eſt in *tract. de citat. tom.* 3. *cap.* 13. *n.* 494. *& ſequen. vſque* 497. vbi vide.

Et vbi terminus remiſſoriæ fuit ſæpius prorogatus, & tandem cum termino ſine ſpe vlterioris prorogationis, eo elapſo non debet dari altera dilatio, vide ibidem *num.* 497.

Et

Digitized by Google

Et prorogatio conceſſa, operatur etiam non facta intimatione Iudici in partibus, ibidem *num.*496.

Prorogatio autem termini ad reprobandum, rarò conceditur, ob præſumptam calumniam, vt in d. *cap.*13. *num.*499.

Prædictis adde, quod etiam ſi penderet terminus remiſſoriæ; nihilominus poſſet Auditor ferre ſententiam ea ratione, quia arbitrarium eſt Iudici reuocare dilationes. *l. quod iuſſit*, vbi *Bar. n.*5. *ff. de re iud.* & pars poteſt nolle vti remiſſoria, cùm contineat ſola iura ipſius partis, vt ita cenſuit *Rota in recent. par.*1. *deciſ.*582. *n.*1.

Decretum. *Petijt, et obtinuit prorogari ad alios* 15. *dies, et quatenus opus ſit nouum terminum concedi* 15. *dierum.*

Solet enim iſte terminus concedi pro medietate termini prorogatio, niſi adſit iuſta cauſa in contrarium.

Formula Decimaſeptima.

Ad viden. aperiri proceſſum remiſſorialem.

Citetur N. ad viden. aperiri proceſſum de partibus, vigore remiſſoriæ factum; dicendum contra illum, et viden. iurare teſtes ſuper illius recognitione, quatenus opus ſit, & admitti ad p. d. inſtan.

Decretum. *Mandamus aperiri ſalua recognitione, quatenus opus ſit, & admittimus ſi, & in quantum.*

Nota, quod proceſſus remiſſorialis fit in partibus, vigore litterarum remiſſorialium, quæ debent præſentari Iudici, ſeu Iudicibus, quibus diriguntur, vt dixi in d. *tract. de citat. tom.* 3. *cap.*13. *n.*537. cum ſequen. qui illas debent acceptare, vt ibi *num.* 539. *& ſequen.* & coram eis debet pars citari ad viden. reproduci litteras remiſſoriales, & rotulum aperiri, & prout ibidem *num.* 546. vbi poſui formulam citationis, quam ſigillatim explicaui à *num.* 547. vſque 590. & de receptione iuramentorum teſtium, vide ibidem *num.*591. & de examine teſtium *num.* 599. & de reprobatione teſtium *num.*600. vſque 604. & quod teſtes debeant reſpondere interrogatorijs, & ea euacuare *num.*609. vſque 611. & quod perfecto examine proceſſus remiſſorialis, videlicet inſtrumentum actorum, & depoſitionum teſtium debeat collationari, claudi, & ſigillari,

Digitized by Google

illudque collationatum, clauſum, & ſigillatum debeat conſignari portitori, & ſuper eo decretum, & authoritas Iudicis interponi dixi latè in d. *cap.* 13. *n.* 612. vſque 619.

Quando igitur proceſſus remiſſorialis delatus eſt ad Curiam, conſignatur Notario, & portitor iurat ſe fideliter portaſſe, vt legitur in formulario terminorum Rotæ *tit. de remiſſione ad partes, fol. mihi* 147. & citatur pars pro illius aperitione.

Ad viden. aperiri proceſſum, &c. Quo non aperto ſi Iudex pronunciaret, ſententia eſſet nulla; maximè quando fuiſſet in actis, vt dictum eſt in d. *cap.* 13. *num.* 621. verſ. *ad videndum aperiri.*

Dicendum contra. Si enim pars non citaretur ad dicendum contra, proceſſus nō eſſet de actis, d. *cap.* 13. *n.* 622. verſ. *dicendum contra*, & quæ poſſint dici contra proceſſum, vide ibidem *num.* 623. & quando proceſſus remiſſorialis ſit nullus, & quando ſanari poſſit, vide latè ibidem *num.* 624. *cum ſequen. vſque ad fin. cap.* 13.

Viden. iurare teſtes ſuper illorum recognitione. Niſi enim recognoſcerentur manus, perſona, vel ſignū, vel ſaltem litteræ legalitatis, proceſſus nō diceretur in forma probanti, vt dixi ibid. *n.* 623. verſ. *viden. iur. teſtes.*

Decretum. *N. petijt, et obtinuit, vt ſupra, et D. mandauit aperiri ſalua recognitione ſi et in quantum.*

Formula Decimaoctaua.

Ad viden. mandari interpretari iura.

Citetur N. ad viden. mandari interpretari proceſſum, & iura producta, de idiomate Hiſpano in Latinum, & concordandum de interprete, alias viden. deputari ex officio, & committi Notario receptionem eius iuramenti, eumque viden. iurare, & proceßum originalem eidem interpreti mandari conſignari, ad p. d. inſtan.

Decretum fit. *Idem petijt, & obtinuit deputari N. & iuramentum committi, & mandari interpretari, vt ſupra, niſi ad p. d. cum intimatione.*

Modus

Modus autem deputandi interpretem, & iuramentum præſtandi per eum, ponitur in formulario terminorum Rotæ in *tit. de interprete, fol. mihi* 148.

Decretum. *Petijt, & obtinuit deputari N. & mandari interpretari, niſi ad p. d. cum intimatione.*

Formula Decimanona.

Ad concordandum de dubio ſuper proceſſu compulſoriali, ſiue remiſſoriali, & ſiue primæ, ſiue ſecundæ inſtantiæ.

Citetur N. ad comparendum coram Domino die craſtina hora, &c. & concordandum de dubio, quatenus cōcordare intendat; alias viden. ſubſcribi infraſcriptū inſtan.
Stan. hinc inde deductis.

Dub. An proceſſus ſit validus, in caſu, & ad effectum de quo agitur.

Seù, *An proceſſus ſit in forma probanti, in caſu, &c.*

Seù, *An proceſſus ſit integer.*

Hæc citatio eſt extraiudicialis, quæ in actis non reproducitur; ſed ſufficit illam ponenti oſtendere, ad effectum, vt ſi pars non compareat, poſſit, tanquam parte contumace, dubium ſubſcribere, ſed nihilominus ſi poſt dubium ſubſcriptum pars compareat, poteſt illam audire, & ſi ſibi videtur, conſulere Rotam ſuper dubio dando.

Huiuſmodi enim citatio, & ſubſcriptio dubij non fit, niſi in Rota, vel in Camera, vel etiam in Congregationibus, vbi plurium vota in decidendo exquiruntur, vt omnes poſſint facilius ſcire de quibus diſputandum ſit.

Quoad proceſſus ſi eſt compulſorialis, contingit dubitari an ſit validè factus, & an ſit in forma probanti, & in hoc videri poſſunt, quæ latè dicta ſunt in *tract. de citat. tom. 3. cap.* 13. verſ. *de proceſſu compulſoriali validè conficiendo à num.* 203. vſque 260.

Si eſt proceſſus remiſſorialis dubitari contingit, an ſit in forma probanti, & an ſit validus, ſeu an teſtes ſint validè examinati, & de hoc videnda ſunt, quæ latè diximus in d. *tract. de citat. tom. 3. cap. 13.* verſ. *de proceſſu remiſſoriali, à num.* 361. vſque 697.

Et quando nullitas poſſit ſanari, dictum eſt in eodem *cap. 13. num.* 1. vſque 202.

Si eſt proceſſus præcedentium inſtantiarum, dubitatur plerumque an ſit integer, ſeu an acta ſint integrè tranſportata; quam materiam ſatis explicatam, vide in d. *tract. de citat. tom. 3. cap. 15.* verſ. *de integra tranſportatione actorum, n.* 258. vſque 297.

Formula Vigeſima.

Ad dicendum contra poſitiones.

Citetur N. ad dicendum contra poſitiones, et articulos in actis datos, viden. illos admitti, et reſponden. illis per verbum credit, vel non credit, medio iuramento, et monitoriũ de reſpondendo in forma concedi ad p.d. inſtan.

Ad dicendum contra poſitiones. Plura dici poſſunt contra poſitiones, videlicet, quod ſint criminoſæ, obiectiuæ, captioſæ, impertinentes, & obſcuræ, ex allegatis in *tract. de citat. tom. 3. cap. 15.* verſ. *de actibus, qui ſiunt ad proban. per confeſſionem partis, num.* 110.

Item, quod ſint poſitiones iuris, vel facti alieni, vel alia ratione non admiſſibiles: *gloſſ. in cap.* 2. in verbo *abſque rationabili cauſa, de confeſſ. lib. 6. Specul. in tit. de poſit. §. 7. Lanfranc. in cap. quoniam contra, de probat. cap. 6. n. 7. & 12. Veſtr. lib. 5. cap. 14. & 15. n. 6.*

Et articulos. Aduerte, quod aliud eſt dare poſitiones, & aliud darè articulos: quoniam qui ponit fatetur. *Greg. deciſ.* 143. *n.* 1. & ibi *adden. n. 4. Rot. in recent. deciſ.* 227. *n. 2. par. 2.* & vult per confeſſionem partis releuari ab onere probandi. *cap. ſtatuimus, de confeſſ. lib. 6. l. eum, qui iurauit, ff. de iureiuran.*

Qui vero articulat, non fatetur, ſed probare vult, & intendit: & refert ſe ad depoſitionem teſtium. *Seraph. deciſ.* 1054. *n. 2. Greg. deciſ.* 247. *num.* 15.

Et ad poſitiones reſpondere debet pars, ſuper articulis vero teſtes debent deponere.

Digitized by Google

In hac tamen citatione ponuntur poſitiones, & articuli, tanquam ſynonima, & quando poſitiones nominantur articuli, ſi re vera conſtet eſſe poſitiones, de illis iudicandum eſt vti de poſitionibus. *Gregor. deciſ.577. nu.4.* & poſitiones, non autem articuli cenſentur ſi parti fuit præfixus terminus ad reſpondendum, non obſtante, quod vocentur promiſcuè articuli, & poſitiones. *Greg. deciſ.385.n.4.*

Et poſitiones, non deſinunt eſſe poſitiones, licet appellentur articuli, quando fuerunt in iudicio habitæ pro poſitionibus. *Rota in recent. par.2. deciſ.227. n.2.*

In actis datos. Dandæ ſunt poſitiones, vel à principali, vel à procuratore, ſi habeat ſpeciale mandatum, & indiuiduum ad ponendum ſic, & ſic, & iurandum, quod ſint veræ, alias reus non tenetur reſpondere. *Grauat. ad Veſtr. lib.5. cap.14. n.16. littera A. Rot. in recent. deciſ.779. n.1. par.1. Buratt. deciſ.466. n.3.* Si autem dentur per procuratorem ſine ſpeciali mandato, non præiudicant Domino, niſi ab eo fuiſſent approbatæ: quia tunc non poſſunt reuocari, non docto de errore. *Buratt. deciſ. 566. n.14. Rot. poſt conſ. Farin. deciſ.95. n.5. par.2.* vel niſi præſumerentur à Domino ſubminiſtratæ. *Buratt. d. deciſ.566. n.11.*

Nota tandem, quod ponens, non cenſetur fateri, quando poſitiones fuerunt negatæ. *Lanfranc. in cap. quoniam contra, n. 29. de probat. Catell. Cott. in ſuis memor.* in verbo *confeſſio poteſt reuocari, verſ. & hac contraria.*

Videndum illos admitti. Nota, quod quando producuntur articuli, tanquam poſitiones non dicitur ad probandum admitti; quia dans poſitiones non vult probare, ſed releuari ab onere probandi. *L. eum qui, ff. de iureiur. cap.1. de confeſſ. lib.6.*

Poſitiones irreleuantes non debent admitti; *Papien. in for. except. contra poſitiones,* verſ. *impertinentes, Caual. deciſ.562. n.2.* ſufficit tamen eas non eſſe omnino impertinentes, ſed aliquo modo directè, vel indirectè facere ad cauſam, vel præſtare adminiculum. *Rot. in recent. par.4. tom.3. deciſ.511. n.10. & 12.* de ſtylo tamen admittuntur, cum clauſula ſaluo iure impertinentium, & non admittendorum. *Veſtr. lib.5. cap.14. n.6. Rot. in eadem deciſ.511. d. n.12.*

Et reſpondendum illis. Si citatur procurator, qui non habet ſpeciale mandatum, non cogitur inuitus reſpondere. *Rot. in recentiſſ. par.1. deciſ.62. n.1. Buratt. deciſ.127. num.12. & 20.* poteſt tamen citatus reſpondere, etiam ſine mandato. *Buratt. deciſ.532. n.7.*

Reſpondere nemo cogitur ad poſitionem, quando continet crimen.

Digitized by Google

*Rot. in recent. par.2. deciſ. 377. nu.6. Gregor. deciſ.563. num.*14. niſi includant ius dantis. *Veſtr. lib.5. cap. vlt. n.5. Rot. deciſ.26. de teſt. in antiq.* & poſt *conſ. Farin. par.2. deciſ.309. num.1. & 2.*

Et poſitiones quando ſunt mixtæ cum facto alieno, tunc reſponſio etiam dubia admittitur. *Rot. poſt conſ. Farin. deciſ. 34. n.1. par.2.* vbi viget ſtylus, vt reſponſuro datur copia poſitionum; tunc nemo admittitur, vt reſpondeat cum aduocato, niſi eſſet ruſticus, non tamen ſagax. *Veſtr. lib.5. cap.14. n.8.* & ibi *adden. n.30.*

Si quis recuſet reſpondere poſitionibus, non propterea debet repelli à iudicio. *Caual. deciſ.562. n.1.* ſed vel vlterius non eſt procedendum ad cauſæ expeditionem. *Rot. in recent. par.4. tom.3. deciſ. 511. n.3.* vel debet ad reſpondendum compelli per alia iuris remedia, vt à Iudice, Eccleſiaſtico per cenſuras, & à Iudice ſeculari per carcerationem, vel captionem pignorum, vel per alias pœnas pecuniarias, & arbitrarias. *Veſtr. lib.5. cap.14. n.4.*

At ſi quis reſpondeat qualificatè, an confeſſio poſſit acceptari reiecta illa qualitate, vide *Bar. in l. Aurelius, §. idem quæſijt, ff. de liber. legat.* latè examinat. *Surd. deciſ.258. per tot. Natt. conſ.365. n.1. & 2.*

Sed quod ad poſitiones poſſit reſponderi cum hac qualitate ſi mutuaſſi reſtitui, tenent *Alex. & alij in l.1. §. ſi ſtipulanti, ff. de verborum oblig. Grauat. ad Veſtr. lib.5. cap.14. n.14*

Et ſi vnus ex duobus reſpondeat ad poſitiones, illius confeſſio alteri non nocet. *Natt. conſ.438. n.11. Surd conſ.5. nu.39.* dixit *Rot. in Romanâ hæreditatis 13. Nouembris 1629. coram Pirouano.*

Per verbum credit, vel non credit. Reſponſio ſuper poſitionibus per verbum credit, importat veritatem; non autem credulitatem, ſeu fictam confeſſionē, quicquid ſit in teſte. *Veſtr. lib.5. cap.14. n.7.* & ibi *adden. n.15. & 28.* & ideo plenè probat contra reſpondentem. *Abbas in cap. quamuis, de re iudicat. Greg. deciſ.92. n.1.* & etiam reſponſio ad poſitionem facta per tutorem, plenè probat contra pupillum. *Greg. deciſ.506. n.8.*

Atque reuocari non poteſt, niſi docto de errore. *Rot. poſt conſ. Farin. deciſ.95. n.4. in fine par.2.* & in *recentiſſ. par.2. deciſ.316. n.4.*

Si quis reſpondeat credo, prout in inſtrumento, intelligitur de inſtrumento de quo fit mentio in poſitione. *Rot. diuerſ. deciſ.846. par.4.* & ſi in inſtrumento, ad quod ſe refert, tale quid non reperiatur, poſitio non dicitur confeſſata. *Rot. in recent. deciſ.158. n.4. par.2.* Item ſi dicat credo prout in actis, non præiudicat, ſi in actis non ſint concludentes probationes. *Seraph. deciſ.946. n.7.* & quando poſitio fuit negata, non præiudicat ponenti, & pars negans non poteſt in ea ſe fundare:

Iudex

Iudex tamen in poſitione negata poteſt ex officio ſe fundare. *Rot. diuerſ. deciſ.* 101. *n.* 10. *par.* 2.

Reſponſio ad poſitiones, non credit, vt ponitur, ad effectum ad quẽ ponitur, non ſufficit, quia eſt vnica oratio, & non continet reſponſionem certam, & præciſam; ſed ſi interponatur copula, &, vel negatiua, nec, tunc ſufficit; quia ſunt duæ orationes ſeparatæ, & quælibet eſt præciſa. Prima eſt non credit, vt ponitur. Secunda, nec ad effectum ad quem ponitur. *Rota diuerſ. par.* 4. *deciſ.* 846. verſ. *ad tertium. Adden. ad Gregor. deciſ.* 282. *n.* 10. & talis reſponſio, non credit, vt ponitur, non eſt ſimpliciter negatiua, itaut reſpondens poſſit argui de abſoluta negatione, & conuinci de mendacio, itaut priuatus ſit facultate amplius iurandi. *Rot. poſt conſ. Farin. deciſ.* 34. *n.* 1. *& ſequen. par.* 2.

Medio iuramento. Vt ſic reſponſio, & confeſſio nequeat reuocari; quia quiſque tenetur iuramentum adimplere. *cap.* 6. *de iureiuran.*

Non tamen quis tenetur poſitionibus reſpondere, quotieſcumque actor ſuas poſitiones prius iure iurando veras eſſe affirmauerit. *cap. præſentium, de teſtibus lib.* 6. *Grauat. ad Veſtr. lib.* 5. *cap.* 14. *n.* 16.

Et hic nota, quod reſpondens poſitionibus ex qualibet cauſa excuſatur à periurio, quoad pœnas; non autem quoad periurium. *Gabr. de tranſact. concluſ.* 1. *n.* 53. *Rot. poſt conſ. Farin. par.* 2. *deciſ.* 34. *n.* 2. *& ſeq.*

Et monitorium de reſpondendo in forma concedi. Rota non ſeruat decernere poſitiones pro confeſſatis, prout faciunt A.C. & alij Iudices. *Gregor. deciſ.* 460. *n.* 14. & ibi *adden. n.* 18. imò vult, quod confeſſio, quæ elicitur ex poſitionibus habitis pro confeſſatis, non operetur effectum; niſi concurrant requiſita per *Franc. in cap.* 2 *de confeſſ. n.* 9. *lib.* 6. videlicet, quod fuerit iuſſus in præſentia, & quod contumax non poſſit excuſare ſuam contumaciam, atque quod poſitiones fuerint lectæ, & datæ intelligi. *Seraph. deciſ.* 408. *n.* 4. *& deciſ.* 905. *n.* 2. ſed Rota concedit monitorium, contra reſpondere habentem in forma, quam ponit *Veſtr. d. lib.* 5. *cap.* 14. *n.* 4. & ob contumaciã non reſpondentis, mandat procedi ad pœnas in monitorio contentas, & comminatas, vt per *Veſtr. d. n.* 4. *Rota par.* 4. *recent. tom.* 3. *deciſ.* 511. *n.* 15.

Sed quando agitur coram A.C. pariter fit monitorium ad reſpondendum poſitionibus, cuius formam ponit *Saluſt. Tiber. in praxi A.C. lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 12. quo perſonaliter exequuto, & in actis reproducto, effluxoque triduo in eo præfixo, fit citatio in hac forma.

Ad reſponden. poſitionibus, & articulis in actis datis, ſingula-

Digitized by Google

gulariter ſingulis, iuxta formam monitorij, alias videndũ mandari haberi pro confeſſatis. In cuius termino Iudex pro confeſſatis articulos decernit, niſi ad p. d. cum intimat. & hæc praxis deducitur ex *cap.2. de confeſſis, lib.6.* vbi vide *gloſſ. & Doct.*

Inſtan. N. Poſitiones poſſunt fieri ab vtroque, tàm ab actore, quàm à reo. *cap. prout, de dol. & contum. Veſtr. lib.5. cap. 14. n.2.* vbi ſub *n.9.* ait, quod de ſtylo Romanæ Curiæ, poſitionum copia danda eſt parti, antequam reſpondeat.

Decretum. *Petijt, & obtinuit, niſi ad p. d. cum intimat.*

Formula Vigeſimaprima.

Ad videndum deputari, ſeu ſubdelegari Iudicem, pro recipienda à principali reſponſione ad poſitiones.

Citetur D. N. exaduerſo procurator D. N. exaduerſo principalis ad dicendum contra poſitiones in actis datas, videndum illas admitti, & deputari, ſeu ſubdelegari Iudicem in partibus, ad effectum recipiendi ab eius principali reſponſiones, eumque cogendi, & compellendi ad reſpondendum illis in inſtrumento deſuper conficiendo, includendis, & cum facultate eas pronunciandi pro confeſſatis, prout iuris fuerit, cumque omnibus alijs facultatibus deſuper neceſſarijs, & opportunis: necnon concordandum de Iudice, & Notario quatenus, &c. alias viden. deputari ex officio, et inſtrumentum deſuper neceſſarium, et opportunum decerni, et concedi, ad p. d. inſtan.

Citetur D. N. exaduerſo procurator D. N. exaduerſo principalis. Hæc citatio fit contra procuratorem, quando ipſe non habet mandatum ſufficiens ad reſpondendum poſitionibus, & intereſt

tereſt ponentis, vt principalis reſpondeat.

Ad dicendum contra poſitiones in actis datas, videndum illas admitti. Hæc verba ſunt explicata in præcedenti formula. vbi vide.

Et deputari, ſeu ſubdelegari. Ponuntur hæc verba tanquam ſynonima, quamuis propriè ordinarius dicatur deputare, ex quo facit iure proprio; delegatus verò dicitur ſubdelegare; quia facit iure alieno. *l. more, ff. de iuriſdict. omn. Iudic.*

Iudicem in partibus. Qui elegit litigare per procuratorem; extra locum ſuum, ad Curiam trahi non debet. *l. 1. ff. de procurat.* & ideo Iudex cauſæ debet remittere ad Iudicem loci, ad *tex. in l. Iudices, C. de fid. inſtr.*

Ad effectum recipiendi ab eius principali reſponſiones.

Debet enim committens exprimere, quid committat, vt is certus ſit de ſua facultate.

Eumque cogendi, et compellendi ad reſpondendum.

Alias nulla eſſet iuriſdictio, ſeu facultas, niſi poſſet coercere. *l. fin. ff. de off. eius cui mand. eſt iuriſdict.*

Illis in inſtrumento deſuper conficiendo includendis.

Tranſmittuntur enim, & includuntur poſitiones in inſtrumento, ne alias fieret fraus in addendo illis, vel minuendo.

Et cum facultate pronunciandi pro confeſſatis prout iuris fuerit. De iure eſt, quod ſi reus non reſpondet poſitionibus, quando iuſſus eſt à Iudice, & recuſat reſpondere abſque cauſa rationabili, vel non vult, aut contumaciter ſe abſentat, debet haberi pro confeſſo, iuxta *tex. in cap. 2. de confeſſ. lib. 6.* ſed ſi antequam reſpondere iuſſus fuerit, ſe abſentauerit, tunc pro confeſſo non debet haberi, dicto *cap. 2. §. fin.*

Datur autem facultas pronunciandi, quia non reſpondens, non habetur pro confeſſo ipſo iure, ſed requiritur ſententia. *gloſſ.* in d. *cap. 2. de confeſſ. lib. 6.* in verbo *pro confeſſo.*

Cumque omnibus alijs facultatibus deſuper neceſſarijs, & opportunis. Quando enim alicui aliquid conceditur, omnia cõceſſa intel-

intelliguntur, ſine quibus ille actus explicari non poteſt. *l. 2. ff. de iuriſdict. omn. Iudic.*

Necnon concordandum de Iudice, & Notario, quatenus concordare velit. Hoc fit ne alias ſuſpecti allegarentur in partibus.

Alias viden. deputari ex officio. Hæc verba ſunt neceſſaria; quia Iudex non impartitur officium ſuum, niſi parte petente. *l. de pupillo, §. qui opus, ff. de nou. oper. nunc. l. 4. §. hoc edictum, ff. de damn. infect.*

Et inſtrumentum deſuper neceſſarium, et opportunũ decerni.

Decerni, ordinari ſcilicet Notario, vt inſtrumentum deputationis, ſeu ſubdelegationis conficiat, vt fidem faciat.

Et concedi. Scilicet parti, vt illud Iudici præſentet, eumque inſtruat de eo, quod ſibi mandatur, iuxta *tex. in l. 1. ff. de fid. inſtr.*

Formula Vigeſimaſecunda.

Ad reconducendum aſſertos teſtes, ad effectũ eos examinandi ſuper interrogatorijs.

Citetur N. ad reconducendum aſſertos teſtes, alias examinatos, ad effectum eos repetendi cum interrogatorijs infraſcripti inſtantis, alias videndum pronunciari illis; ac eorum depoſitionibus nullam fidem adhibendam fore, ad p. d. inſtan.

Citetur N. ad reconducendum, &c. Teſtes, quando non fuerunt examinati ſuper interrogatorijs, culpa illius, qui teſtes induxit; tunc is tenetur eos reconducere, vt poſſint ſuper eis repeti; quando vero id accidit culpa illius, qui potuit dare interrogatoria, & non dedit; ſibi debet imputare, & pro hoc videtur *tex. in cap. per tuas, 48. de teſtib. & atteſtat.* Sed quando teſtes ſint repetendi, vel non, ponit latè *Farinac. de teſtib. quæſt. 66. par. 8. de teſtium repet. facienda.*

Alias videndum pronunciari illis, ac eorum depoſitionibus

nul-

nullam fidem adhibendam fore, ad p. d. inſtan.

Quando enim teſtes non reconducerentur, neque ſuper interrogatorijs repererentur, non eſſet illis adhibenda fides, & ſuſpecti haberentur. *Seraph. deciſ.*494. *n.*1. *& deciſ.* 836. *n.*2. *Gregor. deciſ.* 331. *n.*17. & ibi *adden. n.*22.

Non ſunt autem cogendi, ſed ſatis eſt, quod non probant. *Gregor. deciſ.* 553. *n.*10. & ibi *adden. n.*17. *Buratt. deciſ.* 113. *n.*33.

Decretum. *Petijt, & obtinuit, ſumptibus petentis, ſiue arbitrio Iudicis.*

Formula Vigeſimatertia.

Ad viden. mandari examinari teſtes affuturos, vel nouiter repertos.

Citetur D. N. ad dicendum contra articulos in actis facto datos, videndum illos ad probandum admitti, et committi Notario cauſæ receptionem iuramentorum, et examen teſtium affuturorum, & nouiter repertorum ad p. d. & poſtquam commiſſum fuerit videndum illos iurare ſuper dd. articulis, & tota cauſa, & ſuper eorum affuturatione, in eorum, vel Notarij domibus, & vbi reperti fuerint, per totam illam, et 10. *ſequentes dies, et ad dandum interrogatoria, et conducendum interpretem, quatenus ea dare, et eo vti velit; alias viden. examinari ſine, ad eandem p. d. inſtan.*

Quando poſt motam litem, quis dubitat, vel de morte, vel de receſſu teſtium; tunc ne pereant probationes, dat articulos, & citat partem, vt ſupra, & obtinet à Iudice mandari examinari teſtes, ſiue infirmos, ſiue affuturos, ſiue etiam nouiter repertos, iuxta facti contingentiam, & hoc caſu teſtes tanquam examinati parte citata probant, & vide ſupra in *hac ſecunda parte formula* 14. vbi verba huiuſmodi citationis ſatis explicantur.

Sed

Sed quando lis non eſt mota, & ſiue vnus, ſiue alter, dubitat, vel de morte, vel de affuturatione, ſeu longa teſtium abſentia, tunc pariter ne probationes pereant poſſunt parte non citata examinari illi teſtes ad perpetuam rei memoriam, prout latè diximus in *tract. de citat. tom. 3. cap.* 15. vbi plura vide *à num.* 163. *vſque* 171.

Decretum. *D. N. procurator, et repetijt articulos facto datos, et obtinuit admitti ſi et in quantum, et committi mihi Notario receptionem iuramentorũ teſtium, et illorum examen in forma, et iurato ſuper affuturatione, &c. teſtes iurari, et mandari examinari, et alias, vt ſupra, niſi ad hodie per totam omni, &c.*

Formula Vigeſimaquarta.

Ad ſubijciendum ſe examini.

Citetur D. N. alias teſtis inductus pro parte D. N. ad ſubijciendum ſe examini iuxta formam monitorij, alias videndum ſe declarari incidiſſe in pœnas in monitorio contentas, ſi agitur coram Eccleſiaſtico.

Vel ſic alias videndum ſe grauari, et pro grauamine relaxari mandatum executiuum ad p. d.

Citetur ad ſubijciendum ſe examini. Nam in ciuilibus quoque compellendi ſunt, qui recuſant teſtimonium ferre, ne veritas occultetur. *cap.* 1. *& tot. tit. de eſt. cogen.* Sed qui poſſint cogi ad teſtificandum, & qui non, latiſſimè *Farin. de teſt.* per plures quæſtiones *à quæſt.* 53. *vſque* 56. Si eſt Iudex Eccleſiaſticus, ſeu Auditor Rotæ monet ſub cenſuris Eccleſiaſticis, ſed A. C. monet ſub pœna grauaminis, & etiam carcerationis.

Et ideo ad prædictã citationẽ in Curia A. C. fit huiuſmodi decretũ. *Petijt, et obtinuit grauari pro qualibet die, &c. donec, etc. cum intimatione.*

For-

Formula Vigeſimaquinta.

Ad videndum mandari eligi peritos.

Citetur N. ad eligendum, eligique mandari videndum peritos ad effectum, &c. necnon ad eligendum, ac ad dandum liſtam confidentium, et diffidentium; alias videndum per Dominum deputari ex officio, cum facultatibus opportunis ad p. d. inſtan.

Citetur D. N. ad eligendum eligique mandari videndum peritos. Arbitrium eſt enim Iudicis an probatio debeat fieri, vel per peritos, vel per teſtes. *Seraph. deciſ.* 1494. *n.* 6.

Ad effectum, &c. Qui exprimi debet videlicet ad effectum æſtimandi bona, & quid ſimile: & quando probatio debet fieri per peritum, tunc qualibet pars eligit ſuum, vel quatenus nolint, deputatur vnus per Iudicem parte citata. *Bar. in l. Theopompus,* circa finem, *ff. de dote præleg. Maran. par.* 6. verſ. *rectè concipiatur citatio, n.* 23.

Ac ad dandum liſtam confidentium, & diffidentium.

Fit hæc citatio caſu quo partes nolent eligere.

Alias viden. per D. deputari ex officio. Qui viſa prædicta liſta, poteſt deliberare, quem poſſit eligere, qui alicui ex partibus ſuſpectus futurus non ſit, & ideo electio, quam facit, partibus intimatur, vt poſſint contradicere. *Seraph. deciſ.* 494. *n.* 2.

Decretum. *D. N. procurator petijt, & obtinuit eligi ex officio D. N. cum facultatibus opportunis, niſi ad p. d. cum intimatione.*

Formula Vigeſimaſexta.

Ad videndum mandari referri.

Citetur N. ad videndum mandari referri peritos, & faciendum referre ſuum peritum, alias videndum

mari-

mandari ſtari relationi periti infraſcripti inſtantis, ad p.d. inſtan.

Citetur N. &c. ad videndum mandari referri. Periti iudicialiter electi debent, de mandato Iudicis referre, atque vt relatio fiat de actis; debet pars citari, ad dicendum contra; nè alias peritus poſſet variare, vt diximus in *tract. de citat. tom.* 1. *cap.* 8. *n.* 345.

Antequam autem peritus referat debet partes vocare, & ab eis informationem capere, alias parte non citata relatio non eſſet valida, iuxta ea, quæ dicta ſunt in d. *cap.* 8. *n.* 342. *&* 344 *& tom.* 3. *cap.* 15. *n.* 102. *& ſequen.* vbi vide.

Et faciendum referre ſuum peritum. Ab eo enim cõſequi debet ſuam mercedem, & dignus eſt operarius mercedē ſua. *cap.* 1. *de ſepultur.*

Alias viden. ſtari relationi periti infraſcripti inſtantis.

Dum enim vnus non curat relationem ſui periti, æquum eſt, vt Iudex ſtet relationi periti alterius partis. Et vulgaris eſt regula ſtandum eſſe peritis in arte. *l. ſeptimo, ff. de ſtat. hom.* ſic creditur obſtetricibus an mulier ſit prægnans. *l.* 1. *in princ. ff. de ventr. inſpicien.* & Medicis, an vulnus ſit læthale. *cap. ſignificaſti, de homicid.*

Decretum. *Niſi ad p. d. cum intimatione.*

Formula Vigeſimaſeptima.

Intimatio pro acceſſu ad locum differentiæ.

INtimetur D. N. qualiter Dominus intendit accedere ad locum differentiæ, ideo citetur idem ad concordandum de die, & hora; alias videndum deputari ex officio, & intereſſendum, & informandum, quatenus, &c. alias Dominus accedet ad eumdem locum differentiæ, etiam ipſo aduerſario abſente: necnon ad deponendum mercedem Domini ad ipſum ſpectantem, alias viden. deponi per infraſcriptũ inſtantem, animo tamen repetendi, & viden. fieri proteſtatio-

ſtationem, &c. dicen. contra, admitti, & mandari afficere ad p. d. inſtan.

Intimetur, &c. qualiter D. intendit accedere ad locum differentiæ. Vtile eſt, vt Iudex accedat, viſiteтque locum differentiæ, quia oculorum inſpectio multum operatur. *gloſſ. in l. ſatiſque pœna*, in verbo *conſpiciatur, ff. de in ius vocan.* & quod inter cæteras probationes, præcipua ſit ea, quæ fit per euidentiam facti, & quando citationem exigat, dixi in *tract. de citat. tom. 3. cap. 15. n. 97.*

Ideo citetur idem ad concordandum de die, & hora.

Vt ipſe etiam poſſit inſimul accedere.

Alias videndum deputari ex officio. Si nolit concordare, vel ſit contumax.

Et intereſſendum, & informandum, quatenus, &c.

Hæc citatio eſt neceſſaria, quia alias acceſſus, & viſitatio fieret nulliter, abſque cauſæ cognitione. *Caſtren. conſ. 412. viſis punctis per tot.* & per partis præſentiam, poteſt Iudex melius informari. *Bar. in l. qui bona, §. huic ſtipulationi, n. 2. ff. de damn. inf. ff. Hieron. de Monte de fin. regun. cap. 30. n. 2. & cap. 31. n. 1.*

Sic etiam, quando Iudex vult mittere agrimenſorem ad menſurandum, debet illum deputare parte citata. *Hieron. de Monte d. cap. 30. n. 6. & cap. 31. n. 1.* & citare partem ad intereſſendum actuali menſurationi, & informandum, alias menſuratio eſſet nulla. *Creſcen. deciſ. 2. de arbitr. Duran. deciſ. 142. n. 5. par. 1.*

Alias D. accedet ad locum differentiæ, ipſo etiam aduerſario abſente. Et de hoc eſt *tex. in l. 3. C. finium regundorum*, vbi habetur quod altera parte contumace, ſiue Iudex, ſiue agrimenſor, cum altera parte obſeruante poterit ad locum accedere, & ibi *Bal. Hieron. de Monte, vbi ſupra d. cap. 31. n. 4.*

Et quando tertius peritus electus diſcordat à duobus, an illi ſit ſtandum, an vero deueniendum ſit ad aliorum electionem, vide in *tract. de citat. tom. 3. cap. 15. num. 106. & 107.*

Decretum. *N. petijt, et obtinuit pro die, et hora certis intimandis, et proteſtationem admitti ſi & in quantum, et mandari afficere prout de iure, omni, &c.*

PARS TERTIA DE CITATIONIBVS ORDINATORIIS

Formula Prima.

Ad dicendum contra Commiſsionem.

Citetur N. ad dicendum contra Commiſſionem in actis preſentatam, & iuxta illius formã videndum mandari procedi, & inhiberi ad ſtatim, & interim quandocunque ad p. d.

Citetur D. N. exaduerſo principalis. Illi, qui ſunt nominati in commiſſione, & non alij, ſunt citandi; atque citandi ſunt pro cauſis ortis ante impetrationem commiſſionis, non autem poſt: commiſſio enim non extenditur ad perſonam non expreſſam. *cap. ſignificante 34. de reſcript.* nec ad cauſas poſtea exortas. *cap. ſignificaſti 36. & cap. fin. de reſcript.* & ibi *gloſſ.* in verbo *ad futuras. Gregor. deciſ. 34. n. 2.* & quamuis in commiſſionibus apponatur clauſula cum facultate citandi N. aduerſarium, omneſque alios. Tamen alij cenſentur expreſſi in genere, qui poſtea veniunt in executione citationis exprimendi in ſpecie, vt latè dictum eſt in *tract. de citat. tom. 2. cap. 9. n. 228. vſque 239.*

Et quamuis etiam in commiſſionibus apponatur clauſula, quam, & quas Orator habet, habereque, & mouere vult, & intendit, & tanquam per verba futuri temporis comprehendat etiam cauſas mouendas; tamen intelligitur de mouendis circa idem negocium, non autem diuerſum. *Rot. deciſ. 18. in addit. n. 2. de reſcript. in nou. Buratt. deciſ. 226. num. 6. & 10.*

Ad dicendum contra commiſſionem. Quando cõmiſſio eſt prima, & principalis, neceſſaria eſt citatio ad dicendum contra, non enim commiſſio probat, neque firmat iuriſdictionem; niſi parte citata. *Bar. in extrauag. ad reprim.* in verbo *de plano. Caput. deciſ. 262. nu. 2. & 263. & nu. 3. par. 2.* hac

cita-

citatione omiſſa iudicium remanet nullum. *Caſſad. deciſ. 7. in fin. de appellat. Cæſar de Graſſis deciſ. 3. n. 7. in fin. de reſtit. ſpoliat.* nec ſufficit, quod in terminis ſubſtantialibus adſit terminus ad dicendum contra commiſſionem, quia ſeruatio terminorum ſubſtantialium præſupponit iuriſdictionem firmatam, & eſt quid diuerſum à citatione ad dicendum contra commiſſionem, & ita reſpondit *Rot. in Bracharen. Monaſterij de Ganſer 27. Nouembris 1600. coram Cardinali Sacrato*, impreſſa apud *Marcheſ. par. 1. cap. 3. fol. 178. n. 3.*

Sed quando commiſſio non eſt prima; ſed ſecunda, non requiritur citatio ad dicendum contra, quia ſufficit ea, quæ facta fuit contra primam commiſſionem, qua fuit radicata, & firmata iuriſdictio, vt dixit *Rota in Romana Vineæ de Fabris 24. Maij 1602. coram Lita*, impreſſa apud *Marcheſ. par. 2. fol. 239. n. 2.*

Sic quando commiſſio non eſt principalis, ſed acceſſoria, ſeu dependens, non eſt neceſſaria alia citatio ad dicendum contra commiſſionem. *Rota in nouis deciſ. 15. de reſcript. Seraph. deciſ. 1327. n. 5.*

Sic etiam, quando commiſſio eſt reformatoria, non eſt de ſubſtantia citatio ad dicendum contra. *Caput. deciſ. 324. n. 5. par. 1.*

Prout etiam, nec eſt neceſſaria hæc citatio, & eius omiſſio in prima commiſſione non facit nullitatem, quando vtraque pars vſa eſt commiſſione. *Coccin. deciſ. 169. n. 7.* & licet priuatorum conſenſus non tribuat iuriſdictionem. *l. 1. C. de iuriſd. omn. Iudic. l. pen. ff. de Iud.* tamẽ aduertendum eſt, quod per ſolam commiſſionis præſentationem cenſetur tributa iuriſdictio, & per citationem, ſeu citationis decretum, tribuitur exercitium iuriſdictionis. *cap. gratum, de off. delegat. Rot. in antiq. deciſ. 9. de dol. & contum.* prædictus autem conſenſus partium, dum vtuntur commiſſione, non reſpicit iuriſdictionem; ſed illius exercitiũ.

Hæc citatio ad dicendum contra, facit commiſſionem communem, & de actis ad not. per *Felin. & alios in rubr. de reſcript. Caual. deciſ. 509. n. 1.* itaut, qui illam impetrauit, nequeat amplius pœnitere. *Pur. deciſ. 270. lib. 2. Rot. in Giennen. Canonicatus 5. Iunij 1604. coram Penia*, impreſſa apud *Marcheſ par. 3. fol. 117. n. 3.*

Et ex eadem citatione lis probatur. *Caſſad. deciſ. 1. n. 4. vt lit. pend. Gregor. deciſ. 27. n. 2.* dummodo fuerit reproducta. *Rot. in antiq. deciſ. 4. in fin. vt lit. pend. Greg. deciſ. 94. n. 2.*

Contra commiſſionem non poteſt dici de inualiditate, neque diſputari in Curia de illius viribus: cùm facilis ſit aditus ad Signaturã. *Achill. deciſ. 29. de appellat. Rota poſt Zach. de oblìgat. Cameral. deciſ. 87. n. 8.*

Sed quando commiſſio habet aliquam clauſulam conditionalem, tunc diſputatur ſuper implemento conditionis, vt putà ſi habet clau-

G 2 ſulam

ſulam parito iudicato, non tribuit iuriſdictionem; niſi conditionalem, itaut nec Iudex poſſit procedere, nec pars audiri, niſi prius conſtito de paritione. *Gregor. deciſ.36. n.1.* & tunc diſputatur, an conſtet de paritione.

Et quia inhibitio emanata vigore commiſſionis conditionalis, non cauſat attentata. *Gregor. deciſ.119. n.9.* vtputà ſi habeat clauſulam, ſine retardatione executionis, ſeu ſine præiudicio legitimæ executionis. *adden. ad Gregor. d. deciſ.119. n.11.* ideo diſputatur ſuper prætenſis attentatis.

Item quando commiſſio habet clauſulam, ſi quid exequendum: quia is, qui illam impetrauit, debet ſententiam iuſtificare ex eiſdem actis: reus vero poteſt illam impugnare ex nouiter deductis. *Rota poſt Zach. de obligat. Camer. deciſ.145. num.10. & 11. Coccin. deciſ.56. num.4. & 5.* adde alia, quæ dicta ſunt de hac citatione in *tract. de citat. tom.3. cap.15. à num.245. vſque 257.*

In actis præſentatam. Ante præſentationem reſcripti, ſeu commiſſionis, delegatus nihil facere poteſt. *Roman. conſ.353. n.15. Seraph. deciſ.1010. n.2.* latè examinat *Gabr. de execut. rei Iud. concluſ.3. per tot.*

Inſertio autem commiſſionis non fit, quando quis citatur in Curia ad dicendum contra commiſſionem; ſufficit enim præſentatio in actis, tàm ad inducendam ſcientiam Iudicis ſuæ iuriſdictionis. *Rot. in nou. deciſ.15. de dol. & contum. n.1.* quàm etiam ad certificandam partem de commiſſione, quæ de facili recurrendo ad acta, poteſt certificari. *Greg. deciſ.127. n.6.*

Quando autem quis citatur extra Curiam, ad dicendum contra cõmiſſionem, & ad totam cauſam, tunc debet inſeri tenor commiſſionis. *cap. cùm in iure, de off. delegat.* hoc autem non de iure communi; ſed ex communi Doctorum opinione, vt declarat *Put. deciſ.241. nũ. 1. lib.3. Achil. deciſ.10. de dol. & cont.* & plura de hac materia vide in *tract. de citat. tom.1. cap.8. n.244. vſque 252.*

Et commiſſiones quando cenſeantur præſentatæ, & inter Auditores, quando quis dicatur præueniſſe: vide in d. *tract. de citat. tom.2. cap.10. num.351. & ſequen.*

Et iuxta illius formam videndum mandari procedi ad p.d.

Alias enim non ſeruata commiſſionis forma, proceditur nulliter. *l. diligenter, ff. mandat. cap. venerabili, de off. delegat. Gregor. deciſ.1. n.1.*

Et inhiberi ad ſtatim, & interim quandocumque.

Cita-

Citatio ad videndum inhiberi, habet vim inhibitionis, ſi eſt iuſtè inhibendum; eſt enim citatio ad cauſam, quæ quando ad partem citatam peruenit, vel per eam factum fuit, quominus ad eius notitiam perueniret, inducit litem. *Clem. fin. vt lit. pend. nihil innouetur, Hercul. in tract. de attent. cap.* 18. *de inhibit. n.* 11. *in fin. Grat. in decif. Marcb. decif.*74. *n.*3. de hac materia inhibitionis, & quando inhiberi poſſit ſine partis citatione, plura dicta ſunt in d. *tract. de citat. tom.* 1. *cap.*3. *n.*3. *& ſequen. & tom.*3. *cap.*15. *n.*254.

Inſtante N. Qui commiſſionem obtinuit, non poteſt cogi, vt illa vtatur, nec vt declaret, an velit vti, antequam ipſe citauerit ad dicendum contra; licet aduerſarius illam præſentauerit, quia cùm contineat fauorem impetrantis, ipſe poteſt nolle vti, & ante executionem ſuæ citationis poteſt pœnitere, & illi renunciare. *Achil. decif.* 10. *de reſcript. n.*2. *Rot. in Giennen. Canonicatus* 5. *Iunij* 1604. *coram Penia*, apud *Marcheſ. par.*3. *n.*3. *fol.*117. *Lancell. de attent. poſt inhibitionem cap.*20. *limit.*29. *n.*3.

Et ante citationem altera pars, inuito impetrante, non poteſt commiſſione vti. *cap. cauſam quæ, de dol. & contum.* fuit dictum in *Salamantina perſionis* 13. *Ianuarij* 1584. *coram Bubalo*, vbi redditur ratio, quia quod fauore impetrantis, conceſſum eſt, non debet in eius odium retorqueri. *l. quod fauore, C. de legib.*

Sed quando proponuntur commiſſiones in Signatura, vtraque parte informante, & emanat reſcriptum ad fauorem potius alterius, quam impetrantis, qui non vult illam expedire; tunc altera pars dat commiſſionem, & petit, & obtinet commiſſionem fieri communem, & eam producit parte citata.

Decretum. *N. petijt, & obtinuit inhiberi, & mandari procedi iuxta illius formam omni, &c.*

Formula Secunda.

Ad dicen. contra proceſſum de partibus.

Citetur N. ad videndum aperiri proceſſum de partibus, & dicendum contra illum, & iura producta, & repetita: videndum iurare teſtes ſuper illorum recognitione, quatenus opus ſit, & admitti, ad p. d. inſtan.

Digitized by Google

Ad videndum aperiri proceſſum de partibus. Iudices de partibus tranſmittunt ad Curiam ſuos proceſſus clauſos, qui debent aperiri citata parte, vt tollatur omnis ſuſpicio fraudis; & quando proceſſus portaretur per partem apertus, redderetur ſuſpectus; quia pars potuiſſet in illo addere, vel minuere, vel mutare folia propter ſuum intereſſe. *Bar. in l. fin. §. ſi ſine, n. 5. ff. de quæſt. Rot. diuerſ. par. 5. deciſ. 82. n. 11.*

Et dicendum contra illum. Plura opponi poſſunt contra proceſſus de partibus, qui vel continent acta præcedentis inſtantiæ, cauſæ ad Curiam deuolutæ, vel iura extracta vigore compulſoriæ, vel depoſitiones teſtium vigore remiſſoriæ examinatorum.

Contra proceſſum actorum opponi poteſt, quod ſit faſciculus ſcripturarum, non habens formam proceſſus, nec atteſtationem Notarij ſe fideliter extraxiſſe, vt in *tract. de citat. cap.* 15. ſub verſ. *de integra tranſportatione actorum, num. 296.*

Item quod acta non ſunt integra, ſed quæ acta ſint tranſportanda, & à quo, & quando cenſeantur integra, vel non, vide ibidem ſub d. verſ. *num.* 258. *& ſeq.*

Contra proceſſum compulſorialem opponi poteſt, quod litteræ compulſoriales non fuerint legitimè executæ, & iura non fuerint recognita, nec facta illorum collatio, & auſcultatio, & quod Iudex non interpoſuerit ſuum decretum; item quod proceſſus non ſit in forma probanti, item non ſit ſubſcriptus, & publicatus per Notarium, vel Notarij manus, & ſubſcriptio, non ſit recognita. Item, quod proceſſus ſit nullus, vel ex defectu iuriſdictionis, vel mandati, vel citationis, prout hæc, & alia videre poteris latè in d. *tract. de citat. tom. 3. cap.* 13. verſ. *de proceſſu compulſoriali validè conficiendo, à num. 205. vſque 360.*

Contra proceſſum remiſſorialem poteſt opponi, quod habet caſſaturas, & interlineaturas, abſque approbatione Notarij; quod fuit ſubſcriptus, & publicatus per Notarium recuſatum, & quod remiſſoria fuit decreta per Iudicem incompetentem, vel parte non citata; vel quod examen non fuit factum coram Iudice in remiſſoria deputato, vel quod fuit factum coram Iudice legitimè recuſato, vel corā vno ſolo ex duobus deputatis, vel quod Iudex non obſeruauit formam remiſſoriæ, & examinauit in diuerſis locis, non intimata parte, vel extra terminum, niſi teſtes iuraſſent in termino. Item, quod iurarunt, durante termino ad dandum interrogatoria, vel in die feriata, vel ante factam relationem citationis ad videndum iurare teſtes, quæ omnia cum alijs pluribus exceptionibus, vide in d. *tract. de citat. tom. 3. cap.* 13. verſ. *de proceſſu*

ceſſu remiſſoriali validè conficiendo, *num.* 620. *&* 624. *& ſeq.*

Et iura producta, & repetita. Hæc citatio fit in productione quorumcunque iurium, quam explicauimus ſupra *par.*2.*form.*1. & ratio eſt quare in hac citatione non ponuntur illa verba, mandari reſtitui dimiſſa copia collationata: quia proceſſus debet remanere apud acta, cum ſit communis vtriuſque partis, & per Notarium debet cuſtodiri, non autem parti tradi, *Alex. in l, prætor*, §.*is autem*, *n.*6.*ff. de eden.* & ſi illud perdat tenetur pœna extraordinaria. *Bal. in rubr. C. de fid. inſtrum. n.*28. & Notarius penes ſe debet retinere originale, vt Iudici, & alijs cum opus fuerit, poſſit oſtendere. *Bar. in l. ſi librarius*, *n.*10.*ff. de reg. iur.*

Videndum iurare teſtes ſuper illorum recognitione, quatenus opus ſit.

Decretum. *Iudex mandat aperiri ſalua recognitione, & admittit ſi & in quantum.* Et hæc verba explicata, vide ſupra *par.*2.*form.*1. in verbo *ſuper illorũ recognitione.*

Formula Tertia.

Ad videndum reuocari attentata.

Citetur N. ad videndum reuocari omnia, & ſingula attentata pro eius parte, indebitè innouata, eaque in priſtinum reponi, & quodcumque mandatum deſuper neceſſarium, & opportunum per Dominum decerni, et relaxari, ad p. d. inſtan.

Qui petit reuocationem attentatorum, ea in primis debet probare in Curia, ſiue per ſcripturas, ſiue etiam per teſtes: qui tamen ſint omni exceptione maiores. *cap.*1. *de appellat. Aſſlict. deciſ.*351.*n.*9. ad med. *Duran. deciſ.*427. *n.*2.

Et quod ſufficiat producere partem proceſſus, ex qua appareat de attentatis, licet non tranſportentur integra acta, dixit *Rot. in recent. par.*2.*deciſ.*751. *n.*2. *& in addit. ad par.*4. *diuerſ. tom.*2. *deciſ.*211. *n.*7.

Ad illa vero probanda extra Curiam, non datur remiſſoria: niſi in caſu, quo aliter probari non poſſent: iuxta ea, quæ latè dicta ſunt in *tract. de citat. tom.*3. *cap.*13. *n.*420. *& ſequen.*

Digitized by Google

Et quia attentata ſapiunt delictum, debent clarè, & concludenter probari. *l. vlt. C. de probat. Lancell. de attent. par. 3. cap 26. n. 102. Rot. in recent. par. 2. deciſ. 411. n. 1.* nec ſufficit cuiuſuis ſimplex atteſtatio ſine iuramento, & ſine partis citatione, quamuis eſſet Notarius publicus. *l. ſolam, C. de teſtib. cap. 2. & cap. ſuis, de teſt. Mantic. deciſ. 62. n. 2. & 4.*

Delinquit enim attentans; quia offendit legem, Iudicem, & partem, vt not. *Doct. in cap. cordi, de appellat. in 6. Franc. in cap. bonæ, num. 14. & 39. de appellat. Natt. conſ. 568. n. 4.* Ideoque reuocanda ſunt in primis, & ante omnia; alias daretur appellatio. *Franc. in cap. conſultationi, n. 7. & in cap. dilecti, n. 3. de appellat. Greg. deciſ. 465. n. 2.*

Nec poſſet niſi illis purgatis procedi in negocio principali. *Rot. in antiq. deciſ. 1. de ord. cogn. Put. deciſ. 31. lib. 3. Martin. Andr. deciſ. 37. nu. 8.* & hoc eſt priuilegium attentatorum, vt quodcumque aliud iudicium ſuſpendat, tàm petitorium, quàm poſſeſſorium. *cap. ex parte, il 2. de appellat. Caſſad. deciſ. 4. n. 3. de dilat. Seraph. deciſ. 1176. n. 4.*

Attentata autem committuntur, vel in ſpretum inhibitionis, vel in præiudicium litis pendentiæ, vel pendente appellatione. In ſpretum inhibitionis cenſentur quæcumque geſta ſunt in Curia, poſt executam citationem ad videndum ſibi inhiberi. *Clem. 2. vt lit. penden. Caualer. deciſ. 48. n. 4.* cum alijs, quæ ſuperius diximus in *hac 3. par. ſor. 1. verſ. & inhiberi.*

Extra Curiam vero non cenſentur attentata, niſi quæ probantur nouata fuiſſe per reum, poſt inhibitionem executam. *Lancell. de attent. poſt inhibit. declarat. 1. n. 1. & ſequen. Caual. deciſ. 499. n. 1.* alias ante actualem præſentationem geſta non ſunt reuocanda, data etiam ſcientia decreti, & relaxationis inhibitionis. *Lancell. d. declarat. 1. in princ. & n. 3. Seraph. deciſ. 1046. n. 1.*

Quæ præſentatio inhibitionis ſufficit, ſiuè fuerit facta contra procuratorem, ſiue contra principalem. *Caſ. de Graſſis deciſ. 6. n. 2. & 3. de cauſ. poſſ. & propr. Caual. deciſ. 223. n. 3.*

Non eſt etiam neceſſe, vt præſentetur Iudici; & nihilominus quæcumque ab eo fiunt reuocantur vti attentata, ſiue inhibitio iuſta fuerit, ſiue iniuſta. *Put. deciſ. 395. lib. 2. Caput. deciſ. 93. par. 2. Mantic. deciſ. 168. n. 2.*

Quod intelligendum eſt de his, quæ Iudex inhibitus facit ad inſtantiam partis; ſecus de his, quæ faceret ex officio, quia non data ſcientia inhibitionis, nihil ei poſſet imputari. *Lancell. de attent. par. 2. cap. 20. limit. 19. adden. ad Gregor. deciſ. 360. n. 2. in fin.*

Nulluſque Iudex poteſt declarare inhibitionem alterius non afficere; ſed ad eumdem Iudicem, qui inhibuit, pertinet id cognoſcere, & decla-

clarare, & quiſuis Iudex acta in ſpretum ſuæ inhibitionis reuocat, & de illius validitate cognoſcit, tàm Rota, vt per *Mantic. deciſ.* 168. *n.* 2. quàm A.C. *Duran. deciſ.* 132. *n.* 10. quàm quilibet alius Iudex. *Mandoſ. de commiſſ. ſor.* 14. *commiſſ. attent.* in verbo *eidem R. p.d.N. Rot. coram Gregor. deciſ.* 486. *n.* 7. *& cap. ſolicitudinem, de appellat.*

Declara, quod inhibitio obtenta à procuratore, de cuius mandato non conſtat, cum cautione de rato; ſufficit ad cauſandum attentata. *Put. deciſ.* 142. *lib.* 3. *Achil. deciſ.* 27. *de appellat. Coccin. deciſ.* 380. *n.* 5.

Item declara, quod attentata poſt inhibitionem ſunt reuocanda, etiam ſi inhibitio nulliter emanauerit. *Put. deciſ.* 395. *lib.* 2. *Caſar de Graſſis deciſ.* 3. *in fin. de appellat.*

In præiudicium litis pendentiæ attentata dicuntur, quæcumque geſta ſunt lite pendente. *cap.* 1. *& tot. tit. vt lit. pend. nihil innouetur,* quæ ex parte actoris inducitur per ſolum decretum citationis, ſeu moniterij ad effectum attentatorum, etiam ante illius executionem. *Rot. deciſ.* 6. *vt lit. pend. in nou. Caſſad. deciſ.* 6. *n.* 1. *ſuper regul. Duran. deciſ.* 374.

Ex parte vero Rei lis non inducitur, nec attentatum; niſi poſtquam citatio, ſeu monitorium fuerit executum, etiam quod citandus haberet notitiam citationis. *Seraph. deciſ.* 1046. *n.* 2. & quæ requirantur ad inducendam litis pendentiam, tàm quoad actorem, quàm quoad reũ, vide latè in *tract. de citat. tom.* 3. *cap.* 16. *effect.* 5. *num.* 41. *vſque* 85.

Vt autem reuocentur attentata lite pendente, ſufficit docere de litis pendentia, abſque alia probatione iuris litigantis. *Franc. in cap.* 1. *n.* 5. *vt lit. pend. in* 6. *Greg. deciſ.* 465. *n.* 8. *Rot. in recent. par.* 2. *deciſ.* 393. *n.* 1.

Lite autem finita non poteſt dari de attentatis; niſi lis finita eſſet in vno capite, & penderet in alio. *Seraph. deciſ.* 797. *n.* 4.

Item dari non poteſt de attentatis lite pendente, quando lis eſt calumnioſa. *Seraph. deciſ.* 515. *n.* 4.

Nec de huiuſmodi attentatis dare poteſt, qui eiuſdem Iudicis iuriſdictionem voluit declinare. *Rot. diuerſ. par.* 6. *deciſ.* 102. *n.* 2.

Prædictis adde, quod executor datus in gratia, in forma dignum impetrata per tertium, lite pendente in Rota inter alios, non poteſt dare poſſeſſionem prouiſo ſine vitio attentatorum, & idem eſt in gratia ſi neutri, vel ſi nulli. *Coccin. deciſ.* 443. *num.* 3. *&* 5.

Pendente appellatione, quæ attentantur, ſunt reuocanda. *l. vn. ff. nihil nouari, appellatione interpoſita,* vbi dicitur formaliter *appellatione interpoſita, ſiue recepta ſit, ſiue non, medio tempore nihil nouari oportet, ſi quidem fuit recepta appellatio: quia recepta eſt, ſi vero non eſt recepta, ne præiudicium fiat ei, quoad deliberetur vtrum recipienda ſit appellatio, an non ſit.*

Et quando appellatio eſt interpoſita à ſententia diffinitiua, attentata

ſunt

ſunt omnia, quæ geruntur intra decem dies datos ad appellandum, quando vero eſt interpoſita ante diffinitiuam, & ſic ab interlocutoria, non committuntur attentata; niſi poſtquam Iudex appellationis inhibuerit, ita diſponitur in *cap. non ſolum, de appellat. lib. 6. Seraphin. deciſ. 1168. n. 1.*

Nec refert an fuerit appellatio reiecta à Iudice à quo: nam vt dicitur in *l. 5. C. de appellat. & conſult. Appellatione interpoſita, licet à Iudice repudiata ſit, nihil fieri debere, & in eo ſtatu omnia eſſe, quo tempore pronunciationis fuerunt, ſæpiſſime conſtitutum eſt.*

Intellige prædicta quatenus cauſa ſit appellabilis; quia tunc appellatio interpoſita cauſat attentata. *Caual. deciſ. 2. n. 7. & deciſ. 211. n. 3.*

Et quæ fiunt pendente termino ad appellandum, ſunt per viam attentatorum reuocanda. *Seraph. deciſ. 330. n. 1.* ſed quando non fuit appellatum, Rota reuocat ea per viam nullitatis, ad dicta per *Doct. in cap. ſæpe,* vbi *Franc. & Præpoſit. de appellat. Cæſar de Graſſis deciſ. 2. de appellat. Gregor. deciſ. 513. n. 3. & deciſ. 339. n. 4.* & ibi *adden. n. 6. Coccin. deciſ. 265. n. 5.*

Amplia primò, quod appellatio cauſat attentata, etiam ſi cauſa commiſſa fuiſſet cum clauſula appellatione remota: quia hæc clauſula habet locum, quando Iudex ritè, & rectè proceſſit, neminem grauando. *cap. paſtoralis,* & ibi *Doct. de appellat. Caual. d. deciſ. 211. n. 4. Gregor. deciſ. 91. n. 10.*

Amplia ſecundò, quod appellatio interpoſita à ſententia lata in poſſeſſorio cauſat attentata, quando ſententia clarè continet mixturam cum petitorio: quia tunc non eſt locus Ægidianæ Conſtitutioni. *Seraph. deciſ. 616. n. 6. Rot. diuerſ. par. 1. deciſ. 263. n. 2.*

Amplia tertiò, quod appellatio interpoſita à ſententia mixti executoris, facit attentata. *Seraph. deciſ. 1045. n. 2.* quæ ſunt reuocanda, vel per viam attentati, vel per viam manutentionis, etiam ſi cauſa eſſet cõmiſſa cum clauſula, ſine retardatione executionis litterarum Apoſtolicarum, quæ operatur, vt Iudex ad quem non impediat executionem Iudicis à quo; ſed non efficit, quod dari non poſſit de attentatis. *Gregor. deciſ. 91. n. 11.* & ibi *adden. n. 13. Duran. deciſ. 414. n. 3. & deciſ. 437. n. 2.* adde *Coccin. deciſ. 144. n. 7.*

Amplia quartò, quod attentata eſt executio executorialium, quando earum intimatio non fuit producta in Rota. *Caſſad. deciſ. 6. n. 10. de cauſ. poſſeſſ. & propr.*

Item attentata dicitur poſſeſſio capta, poſt intimationem executorialium, non ſeruatis quatuor terminis ſeruari ſolitis. *Creſcent. deciſ. 2. su lit. pend. Gregor. deciſ. 43. n. 14.*

De-

Digitized by Google

Declara modo, quod appellatio extraiudicialis non cauſat attentata *cap. conſtitutis, il* 2. vbi *Innoc. n.*2. *Imol. n.*13. *de appellat. Franc. in cap. bonæ, n.*5. *eodem titul. de appellat. Coccin. deciſ.*314. *n.*3. niſi quando Iudex appellationis cœpiſſet cauſam cognoſcere, vide *Coccin. ibid. n.*4. ac niſi concurrant requiſita, de quibus in *deciſ.* 44. *de appellat. in nou. Seraph. deciſ* 397. *n.*1.

Declara ſecundò, quod appellatio iudicialis non cauſat attentata, quando ſententia non recipit appellationem ſuſpenſiuam, ſed dumtaxat deuolutiuam. *cap. non ſolum*, vbi *gloſſ.* in verbo *caſibus*, *de appellat. in 6. Bellam. deciſ.* 18. *Lancell. de attent. par.*2. *cap.*12. *limit.*53. *n.*1. *Coccin. deciſ.*144. *n.*1.

Declara tertiò, quod appellatio non cauſat attentata, quando eſt interpoſita à ſententia lata in poſſeſſorio, & eſt locus Ægidianæ. *Coccin. deciſ.* 150. *n.*4. nec poſſunt in terminis Ægidianæ cauſari attentata ex iniuſtitia ſententiæ; niſi ſit notoria, vt eadem Ægidiana requirit *Contard. de moment. poſſ limit.*9. *ratione notoriæ iniuſtitiæ. Buratt deciſ.*63. *n.*11.

Prout nec cauſantur attentata in terminis Ægidianæ ex eo, quod Iudex detuliſſet appellationi, quando pars delationem ignorauit. *Buratt. d. deciſ.*63. *num.*3. & 4.

Declara quartò, quod appellatio non cauſat attentata, quando cauſa erat executiua, & Iudex potuit procedere executiuè. *Biſign. deciſ.*2. *de ver. permut. Caſſad. deciſ.*5. *vt lit. pend. n.*3. *Sarnen. de annal. quæſt.*45. *in fin. Seraph. deciſ.*515. *n.*4.

Declara quintò, quod lapſo termino ad docendum de proſecutione appellationis, Iudex à quo poteſt citra vitium attentatorum ſuam ſententiam exequi, non obſtantibus impedimentis. *Feder. de Sen. conſ.*27. *n.*2. *Rot. deciſ.*15. & 25. *de appellat. in nou. Seraph. deciſ.*1335. *n.*1.

Declara ſextò & vltimo, quod appellatio nulliter interpoſita, vtputà extra terminum ad appellandum, vel etiam à procuratore non habente mandatum, non cauſat attentata. *Lancell. de attent.*2. *par. cap.*12. *limit.*50. *n.*1. & 47. *Rot. in recent. deciſ.*420. *n.*3. *par.*2.

Citetur D. N. Quamuis attentata ſint ipſo iure nulla. *cap. non ſolum, de appellat. lib.*6. *Clem.*2. *vt lit. penden. Rot. diuerſ. deciſ.*406. *n.*2. *par.*1. non tamen reuocantur, niſi parte volente, & petente. *Lancell. de attent.*3. *par. cap. fin. num.* 100. *vſque* 105. *Gonz. ad reg.*8. *gloſſ.* 56. *n.*63. & *ſequen.* ideoque citatio hæc neceſſaria eſt. licet enim multa ſint attentatorum priuilegia, tamen niſi parte citata, reuocari non poſſunt. *Franc. in cap. bonæ, n.*13. *de appellat. Dec. conſ.*200. *Grauat. ad Veſtr. lib.*8. *cap.*4. *n.*32. *Mandoſ. in d. form. com. attent.* in verſ. *cauſam*, & *cauſat poſt med.* alias, qui pro reuocatione non inſtaret, videre-

deretur attentatis renunciare; cùm quilibet poſſit renunciare iuri ſuo. *l. penult. C. de pact. Mantic. deciſ.62. n.5.*

Pro tali autem reuocatione debet citari is, qui attentauit, vel eius procurator, non autem tertius, qui cùm non ſit in lite, non dicitur attentare. *Lancell. de attent. par.1. cap.3. n.152. Mantic. deciſ.322. n.15.*

Et priuilegium attentatorum, quod potiſſimum in hoc conſiſtit, vt ſuperſederi faciat in negocio principali, non afficit tertium, qui non attentauit. *Put. deciſ.74. n.2 cùm ſeq. lib.2.* ipſe enim poteſt agere in negocio principali; ſed attentatorum reuocationem non poteſt impedire. *Lancell. de attent. 3.par.cap.30. n.259. Mantic. deciſ.31. n.7.* tertius tamen, qui ſucceſſit in re attentata, conuenitur remedio attentatorum licet bona fide, & titulo poſſideret, ſi tamen habuiſſet cauſam à Iudice, vel à parte attentante. *Franc. in d. cap. bonæ, n.14. verſ. ſecundo, quia de appellat.* cum alijs allegat. per *Mandoſ. in form.14. commiſſionis attentatorum,* in verbo *cauſam, & cauſas attentatorum,* verſ. *circa ſecundum priuilegium.*

Ad videndum reuocari. Sed pro defenſione citati aduertendũ eſt, quia plures ſunt caſus in quibus reuocationi àttentatorum non eſt locus.

Et primus eſt, quando quis continuat ſuam poſſeſſionem; quia tunc non attentat. *gloſſ. in cap. non ſolum, & cap. cùm teneamur, de appellat. in 6. & in Clem.2. vt lit. pend. Achil. deciſ. 36. de appellat. Coccin. deciſ. 314. & 399.*

Quod limitatur primò, quando poſſeſſio, quæ prætenderetur continuari, eſſet inſtrumentalis, & non doceretur de actuali; ſed conſtaret alium vere poſſidere. *cap. per tuas,* cùm *gloſſ.* in verbo *in poſſ. de donat. Rot. deciſ.1. de cauſ poſſ. & propr. in antiq. Mantic. deciſ. 168. nu.4. vſque ad fin. & deciſ.184. n.2.*

Limitatur ſecundò, quando ante litem poſſediſſet vno modo, & poſt litem cœpiſſet alio modo poſſidere; quia tunc attentaſſet. *Rot. deciſ.110. n.1. & deciſ.637. n.4. par.1. recent. adden. ad Gregor. deciſ.557. nu.5.* & actus poſſeſſorij ſubſequentes, quando non correſpondent antecedentibus, non poteſt dici poſſeſſio continuata. *Coccin. deciſ.252. n.3.*

Limitatur tertiò, quando lis eſſet commiſſa ſuper continuatione poſſeſſionis, & alias iudicium pendens redderetur eluſorium, vt in caſu *deciſ. Coccini 399. n.1. & deciſ. 418. n.2. Rip. in cap. cùm M. Ferrarien. num.193. ante fin.* verſ. *ad iſtud reſpondeo, de conſtit. Gabr. de acquir. poſſ. concluſ.6. n.17.*

Secundus eſt, quando paſſus attentata, illis renunciaſſet expreſsè, vel tacitè. *Mantic. deciſ.62. n.5. & deciſ.73. n.10.* excluduntur enim attentata,

tata, per ratificationem, & conſenſum partis. *Seraph. deciſ.* 103. *n.* 5. *&* *deciſ.* 1013. *n.* 4. *&* 1168. *n.* 7.

Tertius eſt, quando fuiſſet concluſum in cauſa; quia tunc non poſſet peti reuocatio attentatorum, quod intelligitur in eadem, non in alia inſtantia. *Mantic. deciſ.* 33. *n.* 19.

Quartus, quando fuiſſet lata ſententia, quæ tranſitum feciſſet in iudicatum; quia tunc lite finita, vel deſerta appellatione, non poteſt dari de attentatis. *Seraph. deciſ.* 777. *n.* 11. *& deciſ.* 797. *n.* 3. quia cùm non oppoſuerit de attentatis, videtur illis renunciaſſe. *Creſcent. deciſ.* 7. *de ſent. & re iud. Coccin. deciſ.* 90. *n.* 3. *Caual. deciſ.* 17. Sed quando reuocatio non fuit petita in prima inſtantia, poteſt peti in ſecunda *deciſ.* 586. *n.* 5. *par.* 2. *recent.*

Quintus caſus eſt, quando attentata pendent à cognitione negocij principalis, & habent coniunctionem cum illo. *Seraph. deciſ.* 219. *n.* 1. *adden. ad Gregor. deciſ.* 283. *n.* 8. *Lancell. de attent. cap.* 14. *de rei except. contra attentat. quæſt.* 10. *n.* 5. dicens Rotam tali caſu apponere ſequeſtrum, vt videatur de bono iure.

Sextus, quando quis ingreditur poſſeſſionem vacantem; quia non dicitur attentare, & talis apprehenſio non poteſt reuocari ad inſtantiam partis, licet poſſit Iudex illam officio ſuo reuocare, tanquam eius maieſtas fuerit læſa. *Rot. in nou. deciſ.* 10. *vt lit. pend. Lancell. de attent. lit. pend. in præfat. n.* 333. *& ſequen. Rot. diuerſ. deciſ.* 123. *n.* 7. *&* 8. *par.* 5.

Omnia, & ſingula attentata. In odium enim attentantis inprimis, & ante omnia debent reuocari, quæcumque attentauit in contemptum Iudicis, & partis. *Rota in nou. deciſ.* 6. *vt lit. pend. Caput. deciſ.* 154. *n.* 2. *par.* 1. & de pœnis attentatorum, vide per *Lancell. de attent. cap. fin. per tot.*

Pro eius parte innouata. Et ſic, ſiue per ſe, ſiue per procuratorem, tam particularem, quam generalem; alias attentata per procuratorem, de cuius mandato non conſtat, non nocent Domino. *Rot. deciſ.* 7. *vt lit. pend. in nou. & deciſ.* 705. *n.* 4. *par.* 1. *recent.*

Attentata vero per procuratorem generalem, quæ fuerunt tacitè ratificata per principalem, qui habuit notitiam de attentatis, ſunt per viam attentati reuocanda.

Et regula, quod in generali mandato non veniant illicita, vt not. in *cap. cum in generali, de offic. Vic. lib.* 6. procedit Domino non ratificante tacitè, vel expreſsè. *cap. cùm quis, de ſent. excomm. lib.* 6. & ratificatio idem operatur, quod mandatum. *l. ſi quis mihi bona*, *§. iuſſum, ff. de acq. hered. cap. ratihabitio, de reg. iur.* ita declarat *Caput. deciſ.* 53.

per

Digitized by Google

*per tot. par.*1. & quando, qui attentauit ſine mandato, fuiſſet poſtea conſtitutus procurator cum ratificatione geſtorum, illa ratificatio retrotraheretur ad tempus attentati in præiudicium ratificantis. *Rot. in antiq. deciſ.*1. *&* 10. *de procurat.*

Itaque quando in Curia fit aliquod decretum, citato procuratore, ſi principalis in partibus in tempore, quo veriſimiliter non potuit illius notitiam habere, aliquid innouauit, excuſatur ab attentatis, ſtante ignorantia decreti, & breuitate temporis. *Seraph. deciſ.* 1096. *nu.*2. *Lancell. de attent. cap.*4. *limitat.* 27. *per tot.*

Item, quando procurator etiam habens mandatum, aliquid abſente principali attentauit, tunc principalis ſtatim habita notitia debet illis renunciare, ne alias videretur ratificare. *Gregor. deciſ.* 531. *nu.*9. *&* 548. *num.*11.

Item quando, pendente recurſu ad Signaturam, principalis in partibus fecit fieri executionem, ea debet reuocari vti attentata; quando fuit commiſſa cauſa appellationis ſimpliciter: officium enim Iudicis quieſcere debet, donec à ſuperiore fuerit reiecta appellatio, & quando Signatura committit ſimpliciter cauſam appellationis, vtique declarat appellationem ſuſpendiſſe effectum ſententiæ, & non iuuat allegare ignorantiam; quia principalis præſumitur certioratus à procuratore, de his, quæ gerebantur in Curia, ita cenſuit *Rot. diuerſorum par.*6. *deciſ.*134. *per tot.*

Eaque in priſtinum reponi. Et hoc petitur non via ordinaria, ſeu iure actionis; ſed via extraordinaria; ſeu officio Iudicis, & principaliter deperſe; non autem acceſſoriè, & ſimul cum cauſa, & negotio principali. *Maran. de ord. Iud. par.*6. verſ. *& quandoque appellatur, n.*400. *&* 407. *Mandoſ. de commiſſ. in for.*14. *commiſſ. attent.* in verbo *attentata, & innouata. Veſtr. lib.*8. *cap.*4. *n.*12. & ibi *adden. n.*39.

Et ad hoc imploratur officium Iudicis, vt ipſe innouata quæcumque reuocet, & in priſtinum reponat. *cap. non ſolum, de appellat. in* 6. ibi *debent ſemper ante omnia per appellationis Iudicem penitus reuocare:*

Hæc repoſitio in priſtinum non petitur iure actionis, quia ex parte attentantis nulla adeſt obligatio, quæ ſola eſt mater actionis, ſed ſolum ex parte Iudicis ſuadet æquitas, vt quæ geſta ſunt in contemptum legis, Iudicis, & partis, omnino reuocentur, & procedatur ſummariè, nullo iuris ordine ſeruato, cum cauſæ tamen cognitione, & partis citatione. *cap. ſolicitudinem* 54. *de appellat.* ibi, *et petens ſe ad eum ſtatum in quo fuerat appellationis tempore à Metropolitano reduci*, & inferius ibi, *nam ad officium eius, qui de appellatione cogniturus eſt pertinet prudenter*

corri-

corrigere, quæ contra ipſam inuenerit attentata. Rot. in nou. deciſ.2. de reſtit. ſpoliat. Afflict. deciſ.98. n.3. & *deciſ. 351. Franc. in cap. conſuluit, n.7. de appellat.* officium autem Iudicis in quo differat ab actione, dictum eſt in *tract. de citat. tom.3. cap.12. n.8.* vbi vide.

Hoc iudicium attentatorum eſt ſummarium, & valde priuilegiatum.

Eſt ſummarium, & ideo dixit *Rota in antiq. deciſ.78. de appellat.* quod ſi appellans petat in ſuo libello reuocari attentata, ante omnia, in tali petitione non ſunt ſeruandi termini ſacri Palatij; quia ſufficit Auditori, quod fiat ſibi fides legitima de appellatione, & etiam de attentatione, quo facto immediatè poteſt reuocare attentata: & hoc communiter tenet Rota, prout in ea, & vt ait Franc. in remedio attentati non requiritur ordo iuris, nec libellus, nec litis conteſtatio: ſed ſummariè ex mero officio Iudicis ſit reuocatio attentatorum d. *cap. bonæ mem. n.13. de appellat.* ſed generale eſt, quod in cauſa quantumcunque ſummaria interuenire debet cauſæ cognitio, & partis citatio, vt not. in *Clem. ſæpè, de verborum ſignificat. Alex. conſ. 42. n.4. lib.4.* & præcipuè requiritur legitimatio perſonarum. *Mandoſ. d. form. 14. commiſſionis attentat.* in verbo *cauſam, & cauſas, ante med.* verſ. *& generale eſt.*

Eſt etiam valde priuilegiata cauſa attentati, & magis fauorabilis, quàm cauſa penſionis, etiam ſi commiſſa eſſet cum clauſula ſine retardatione, & quamuis penſio ſapiat naturam cauſæ alimentorum. *Achil. deciſ.26. de appellat. n.1.*

Atque iudicium attentatorum eſt magis fauorabile, quàm iudicium ſpolij. *Achil. ibidem n.6.* quamuis illud ſit etiam valde priuilegiatum, & inter alia priuilegia attentatorum, quæ numerat *Franc. in d. cap. bonæ, num.13. 14. & 15. de appellat.* hoc vnum eſt, quod agenti pro reuocatione attentatorum non obſtat notorius defectus non iuris illius, licet obſtet agenti pro reſtitutione ſpolij. *cap. ad decimas, de reſtit. ſpoliat. lib.6. Franc. in d. cap. bonæ, n. 15.* & vbi conſtat de notorio defectu non iuris reuocantur attentata ex officio Iudicis. *Rot. d. deciſ. 2. ad fin. de reſt. ſpoliat. in nou. Greg. deciſ.465. n.10.*

Sed an poſſeſſio attentata ſit reſtituenda ei de cuius iure non conſtat, dic, quod non in beneficialibus, cùm non debeat dari vitioſus ingreſſus; ſed ſequeſtratur. in profanis autem reſtituitur poſſeſſio eidem, qui paſſus eſt attentata, & ſit reſtitutio in priſtinum. *Lapus Abb. in d. cap. ad decimas, n.6. de reſtit. ſpoliat. in 6.* & ibi *Gemin. n.9. Alex. conſ.99. n.9. lib.5.*

Extra notata per *Franc.* vbi ſupra adde, quod notat *Rota in antiq. deciſ.79. de appellat.* quod fatalia non currunt agenti ſuper attentatis, licet cauſam attentatorum proſequeretur, inſimul cum negocio principali:

cipali: cùm ſibi indultum ſit à lege, vt ſuper attentatis ante omnia audiatur, d. *cap. non ſolum, de appellat. lib. 6.* quod non eſt ei auferendũ. *cap. indultum, de reg. lib. 6.* & prout in ea.

Et quodcumque mandatum deſuper neceſſarium, & opportunum per Dominum decerni, et relaxari ad p. d.

Hæc verba vtiliter apponuntur: quia quando in citatione exprimitur vnicus actus, citatio ad eumdem facta, ſi fieret actus aliter, quàm exprimeretur in citatione, remaneret nullus, tanquam factus ſine citatione, ideo adduntur dicta verba, vt petitio, ſeu citatio non ſit reſtricta ad vnum actum, ſeu vnicum remedium; ſed ad magis proficuum, adeout ſi contingeret, quod Iudex aliud decretum faceret, illud non poſſet dici factum ſine citatione, vt etiam dictum eſt in *tract. de citat. tom. 2. cap. 9. num. 411.*

Pro reuocatione attentatorum decerni, & etiã relaxari poſſunt per Iudicem diuerſa mandata, vel de immittendo, vel de manutenendo, vel de ſequeſtrando poſſeſſionem, vel de reſtituendo bona capta, ſiue fructus, ſiue expenſas.

Et attentata reuocari poſſunt, nedum per Iudicem; ſed etiam per partem, tàm attentantem, quàm attentata paſſam, vt infra.

Si pendente iudicio adipiſcendæ aduerſarius capiat poſſeſſionem, tunc conſtito de bono iure actoris, illi datur mandatum de immittendo, & ita reuocatur attentatum per viam immiſſionis.

Si vero moleſtet poſſeſſorem illi datur mandatum de manutenendo, ſi non habuit ſe pro ſpoliato, & ſibi non præiudicat, quin fructus per viam attentatorum poſtea poſſit recuperare. *Seraph. deciſ. 797. n. 7. & deciſ. 1176. n. 6.*

Si denique poſſeſſio ſit turbida, & non conſtet clarè penes quem ſit; tunc ex officio Iudicis, & de ſtylo Rotæ apponitur ſequeſtrum. *Seraph. deciſ. 1403. n. 1. Caual. deciſ. 592. n. 3.*

Sed quando executio eſt attentata, tunc Iudex reponens omnia in priſtinum, mandat bona mobilia capta reſtitui, & executionem reuocat cum omnibus inde ſecutis.

Quando denique commiſſa ſunt attentata intra decem dies ad appellandum in cauſa ſcilicet appellabili: licet poſtea non fuerit appellatum; ſunt tamen reuocanda per viam nullitatis, non autem per viã attentatorum; quia actus, qui fuit nullus, non poteſt poſtea conualeſcere ob appellationem non interpoſitam. Sic etiam actus factus lite pendente, & ſic nulliter, non poteſt poſteà conualeſcere lite deſerta: quo caſu attentata pariter reuocantur vti nulla, & per viam nullitatis.

Seraph.

Seraph. deciſ.22. n.3. Cæſar de Graſſis deciſ.2. n.5. de appellat. Gregor. deciſ.339. n.4. & ibi *adden. n.6. Rot. in recentiſſ. par. 1. deciſ.638. n.2.*

Per partem etiam, quæ attentauit reuocantur attentata; quando ſcilicet de ſuo notorio bono iure docet per rem iudicatam, vel per confeſſionem partis, *Lancell. de attent. par.3. cap.24. quæſt.1. n.65. Rota in recent. deciſ.701. n.4. par.2.*

Item quando docet de conſenſu partis, quæ permiſit capi poſſeſſionem; quia conſenſus partis excludit attentata. *Creſc. deciſ.2. vt lit. pen. Seraph. deciſ.1033. n.5. & 1013. n.4.*

Reuocantur etiam attentata facto partis, quæ attentata paſſa fuit, quando conſtat, quod ea permiſit pronunciari ſuper iuſtitia ſententiæ. *Felin. in cap. inter Monaſterium, nu. 29. & ſeq. limit.8. de re iudic.* quando ſcilicet prius datum fuiſſet de attentatis, & poſtea paſſa fuiſſet cognoſci de bono iure. *Lancell. de attent. par.2. cap.4. limit. 15. nu.17. Rot. in recent. par.2. deciſ.586. n.4.*

Item quando attentans admiſſus fuit ad probandum bonum ius, & illud probauit; ſi tamen fuit lata ſententia, & is, qui paſſus fuit attentata permiſit eam tranſire in iudicatum, alias ſecus ſi fuiſſet datum de attentatis, & cauſa ſuper eis commiſſa. *Gregor. deciſ.91. n.5. & ſequen.*

Inſtan. D. N. Inſtare non poteſt pro reuocatione attentatorum is, de cuius iure non conſtat notoriè, vel per rem iudicatam, vel per confeſſionem partis. *Seraph. deciſ. 1306. n.6. Coccin. deciſ. 265. n.8.* & non poteſt dici non conſtare de non iure, donec de eo poteſt doceri. *Bellam. deciſ.103. Lancell. de attent. par.3. cap.24. n.64. & ſequen. Rot. in recent. deciſ.503. n.6. par.1.*

Nec tertius, qui non fuit in cauſa de tempore attentatorum, poteſt inſtare pro reuocatione attentatorum; ſicut enim tertius non attentat, ita nec dare poteſt de attentatis. *Achil. deciſ.28. de appellat. Coccin. deciſ.90. n.4.*

Et ideo, qui vult inſtare pro reuocatione attentatorum, debet docere, quod ſua interſit. *Caſſad. deciſ.3. de reſtit. ſpoliat. Coccin. deciſ.357. n.1. Lancell. de attent. par.3. cap.22. n.1. & ſeq.* vbi autem ceſſat præiudicium partis, ceſſat reuocatio attentatorum. *Caual. deciſ. 499. nu. 6. Rota in recent. deciſ.500. n.5. par.1.*

Et nota, quod inſtanti pro reuocatione attentatorum non obſtat exceptio periurij; quia ex officio Iudicis etiam parte non inſtante poſſunt reuocari, propter læſam eius maieſtatem. *Rot. in recent. deciſ.637. n.6. par.1.*

Neque etiam impeditur reuocatio attentatorum per exceptionem excommunicationis, incurſæ per recurſus ad Iudices laicos. *Lancellot.*

*de attent. par.2. cap.12. ampliat.13. & par.3. cap.24. quaeſt.3. n.10. Rot. in recent. par.2. deciſ.*586. *n.6.* in contrarium eſt *deciſ. in* 4. *par. diuerſ. tom.2. deciſ.*175. *n.8.*

Et quia is, qui attentauit, debet purgare attentata, & omnia in priſtinum reponere, antequam poſſit audiri in negocio principali, non inutile erit breuiter addere, quando attentata cenſeantur ſufficienter purgata.

Quando poſſeſſio attentata eſt mere inſtrumentalis, nec conſtat de perceptione fructuum, ſufficit, quod attentans illi ceſſerit. *Rota in recent. par.1. deciſ.*715. *n.1.*

Quoad damna, & intereſſe, quando non ſunt liquida, ea non poſſunt impedire audientiam. *Lancell. de attent. cap.* 31. *n.*182. *&* 194. *Rot. in recent. d. deciſ.*715. *n.2. par.1.*

Expenſæ autem ſi ſint iudiciales, vel alias tales de quibus conſtat in genere, debet obtineri commiſſio ad effectum, vt pars eas liquidet, & liquidata attentans reficiat, ſi vero ſint tales expenſæ, quæ non ſint probatæ ſaltem in genere, ſufficit depoſitio vnius iulij, & interim debent liquidari, & refici iuxta dicta per *Gregor. deciſ.* 503. *n.1.* & per *adden. ibidem n.*8. vbi vide.

Quando vero poſſeſſio fuit realis, non ſufficit illam reſtituere; niſi reſtituantur etiam fructus, & reficiantur expenſæ, nec ſufficit depoſitio vnius iulij, cum obligatione ſoluendi reliquum facta liquidatione. *Rot. deciſ.*5. *de reſtit. ſpoliat. in nou. Caput. deciſ.*150. *n.3. par.1. Lancell. de attent. cap.*29. *n.*32. *& cap.*31. *n.*72. *Rot. in recent. par.1. deciſ.*269. *n.1. Seraph. deciſ.*1176. *n.2.* & debet renunciare omni iuri, itaut neque attentans ex attentatis commodum ſentire, neque attentata paſſus aliquod intereſſe pati poſſit. *Greg. deciſ.*486. *n.*17.

Quoad acta iudicialia, illis cedere debet, vel principalis, vel procurator cum mandato. *Lancell. d. cap.*29. *nu.*24. *& ſeqq. Rot. in recent. par.2. deciſ.*743. *n.3.*

Et ſi mobilia ſint capta, ea per attentantem debent reſtitui.

Item ſi aliqua acta ſint facta, debent tolli cum obligatione reficiendi expenſas, & damna, quæ paſſus eſt aduerſarius. *Rot. diuerſ. deciſ.*300. *n.1. par.4. tom.2.* quando ſcilicet neque damna, neque intereſſe ſint probata in genere, neque adeſt aliqua liquidatio. *Rot. in recent. deciſ.*715. *n.2. par.1.*

Ceſſio autem, ſeu renunciatio attentatis, & omnibus actibus iudicialibus, & poſſeſſorijs, ſufficit facta in loco iudicij. *Gregor. deciſ.*486. *n.3.* & debet eſſe realis, non verbalis, puraque, & non conditionalis. *deciſ.* 104. *n.4. par.1. in recentiſſ.* & ita, vt nec de iure, neque de facto vnquã

nocere

Digitized by Google

nocere poſſint, atque ita, vt attentans commodum, neque paſſus attentata aliquod intereſſe pati poſſit. *Greg. d.deciſ.*486. *n.*17.*& deciſ.*503. *n.*5. & dummodo aliquod impedimentum facti non remaneat. *Seraph. deciſ.*864. *n.*1. nec remaneat lis, neque diſcuſſio ſuper purgatione. *Gregor. deciſ.*486. *n.*16. & excommunicatus, qui commiſit attentata contra formam inhibitionis, non abſoluitur niſi purgatis prius attentatis. *Seraph. deciſ.*432. *n.*1. & poſtquam purgata ſunt attentata, poteſt ab eodem, qui attentauit peti mandatum de manutenendo. *Caualer. deciſ.*223. *n.*5. *in fin.*

Decretum. *D.N. procurator petijt, & obtinuit docto de contrauentione, vt ſupra, niſi ad hodie per totam omni, &c.*

Formula Quarta.

Ad videndum apponi ſequeſtrum.

Citetur D.N. ad viden. decerni ſequeſtrum, ſuper fructibus beneficij, de quo agitur, concordandum de ſequeſtratarijs; alias videndum per Dominum deputari ex officio, ad p. d. inſtan. &c.

Citetur N. Quando agitur de ſequeſtranda poſſeſſione, ſiue in prophanis, ſiue in beneficialibus, pars debet citari; quia ſequeſtrum eſt actus præiudicialis: vel enim aufert poſſeſſionem. *Seraph. deciſ.* 314. *n.*3. vel ſaltem aufert commoditatem rei. *Greg. deciſ.* 437. *n.*3. *& adden. ad eum, deciſ.*9. *num.*11. *&* 15. vt latius dictum eſt in *tract. de citat. tom.*1. *cap.*3. *n.*51. *vſque* 55.

Sed vbi periculum eſſet in mora poſſet omitti citatio; ne interim fructus dilapidarentur, & eluderetur iudicium. *l. Imperatores*, *§. fin. ff. de appellat. Buratt. deciſ.*654. *n.*2. vt autem conſtet cur omiſſa citatione procederetur.

Non eſſet omittenda per Iudicem cognitio cauſæ, ſuper huiuſmodi periculo, & ſuſpicione. *Buratt. deciſ.*105. *n.*5. *& deciſ.* 123. *n.*5. *& ſeqq.* & in d. *tract. de citat. cap.*3. *n.*53. *tom.*1.

Ad videndum decerni ſequeſtrum. Prohibitum eſt regulariter ſequeſtrum, tàm pecuniæ, quàm poſſeſſionis, & fructuum. *l. vnic. C. de prohibit. ſequeſtr. pec. cap.*2. *de ſequeſtr. poſſ. & fructuum, Clem.* 2. *eodem tit. Gregor. deciſ.* 118.

 verum

verum quia in pluribus caſibus permittitur ſequeſtratio, enumeratis per *gloſſ.* & *Doct.* in d. *cap.2.* in verbo *ſequeſtrari, de ſequeſtr. poſſ. & fruct.* ideo Iudex antequam illud decernat, cognoſcere debet, an ſit locus ſequeſtro, & reo ſufficit dicere, hic caſus non eſt de exceptis. *Pariſ. conſ. 41. n. 17. lib. 1. Rot. in recent. deciſ. 293. n. 3. par. 1. Greg. deciſ. 9. n. 3.* & *ibi adden. n. 16.* & *deciſ. 118. n. 2. Caual. deciſ. 324. n. 1. & 2.* atque à ſequeſtro, tanquam odioſo, non eſt inchoandum, & qui illud petit debet docere de iure ſuo, & de ſuo intereſſe. *Guid. Pap. deciſ. 246. n. 2. Rota diuerſ. par. 4. tom. 2. deciſ. 168. n. 3.* & non ſufficit illud petere ex non iure poſſeſſorjs, cui ſat eſt, vincere ex non iure actoris, & non tenetur docere de iure ſuo. *l. cogi, C. de pet. hæred. l. fin. C. de rei vendic. Rot. in recent. deciſ. 293. n. 9. par. 1.*

Iudex itaque ad appoſitionem, decretumue ſequeſtri cuiuſuis rei, deuenire non poteſt, niſi quatuor concurrentibus. Primò, quod ſibi ſaltem ſummariè conſtet de iure petentis. *l. cum proponas, C. de bon. auth. iud. poſſid. l. ſi is, à quo, circa princip. ff. vt in poſſ. legat.* Secundò, quod citetur is, in cuius præiudicium petitur ſequeſtratio. *l. is cui, ff. de ſeruit. l. fin. C. ſi propt. public. penſit. iunct. l. fin. C. ſi per vim, vel alio modo.* Tertiò, quod petatur ad conſeruationem ſui iuris, non autem calumniæ, vel emulationis cauſa, delato per Iudicem iuramento, eoque per petentem præſtito. *l. de pupillo, §. qui opus, & §. ſeq. ff. de op. nov. nunc. l. qui bona, §. pen. & §. fin. ff. de damn. infect.* Quarto, vt vrgeat ſuſpicio dilapidationis, d. *l. Imperatores, §. fin. ff. de appellat.* ita dicit *Guid. Pap. d. deciſ. 246. n. 2. cum tribus ſequent.*

Sed quando ſequeſtrum ſit apponendum, vel non, procedendo diſtinctè, dic. ſi poſſeſſio eſt vacans, facilius apponitur, cum nemini præiudicium fiat. *cap. cum vos, de offic. ordin. Rot. in recent. deciſ. 136. nu. 4. par. 2. Buratt. deciſ. 900. n. 1.*

Si vero poſſeſſio eſt plena, vbi ſcilicet conſtat de alterius poſſeſſione. *Bal. in l. vnic. ſub n. 3. verſ. & alia eſt ſequeſtratio, C. de probibit. ſequeſtr. pec. Gregor. deciſ. 9. n. 3.* & tunc non apponitur ſequeſtrum, quia lite pendente poſſeſſor non eſt amouendus, nec priuandus commodo rei, & poſſeſſionis. *gloſſ. in cap. 2. de ſeq. poſſ. & fructuum*, cum alijs per *Caual. deciſ. 324. n. 3.* Sed tunc eſt inhibendum alteri ne illum moleſtet, & poſſeſſori eſt dandum mandatum de manutenendo. *Greg. deciſ. 69. n. 8. adden. ad eundem deciſ. 9. n. 16. Rot. in recent. deciſ. 293. ſub n. 8. par. 1.*

Sin autem dubitetur quis poſſideat, tunc apponitur ſequeſtrum. *Put. deciſ. 362. lib. 2. in nou. Buratt. deciſ. 527. n. 6. Duran. deciſ. 243. n. 1.*

At quando certum eſt quis poſſideat, ſed illius poſſeſſio eſt vitioſa, & attentata, tunc de ſtylo Rotæ apponitur ſequeſtrum. *Caſſ. d. deciſ. 3. in fin.*

Digitized by Google

*in fin. de reſtit. ſpoliat. Gregor. deciſ.*10. *n.*1 *& deciſ.*91. *n.*1. & in hoc caſu ſequeſtrum priuat poſſeſſione. *Seraph. deciſ.*314. *n.*3. *& deciſ.*1403. *n.*1.

In beneficialibus, quando contra certum poſſeſſorem, non tamen triennalem eſt lata ſententia in Curia; tunc apponitur ſequeſtrum per Ordinarium loci, in vim *Clem.*1. *de ſequeſtr. poſſ. & fruct.* vt in ea, quæ dum loquitur de triennali poſſeſſore, non intelligitur de immediato; ſed ſufficit, quod ſemel triennio continuè poſſederit. *Caput. deciſ.*159. *par.* 3.

Et dum dicit beneficium ipſum ſequeſtretur. *gloſſ. not.* quod non fructus tantum, imo etiam beneficium ſequeſtratur, & ita nedum temporalia, ſed etiam ſpiritualia cadunt ſub ſequeſtro. *Adden. ad Cappellam Tholoſ. deciſ.*487. *in fin.*

Et de hac materia *Clem.*1. vide alia per *Marſ. ott. var. reſolut. lib.* 2. *cap.*77. & per *Zabarell. & Vital.* in eadem *Clem.* 1.

Et quod in caſu huius *Clem.* poſſeſſor beneficij ſi vult ſatiſdare, non poſſit euitare ſequeſtrum, concludit *Zabarell. ibidem n.*29.

Et in eodem caſu ordinarius, quando vult ex officio ſuo apponere ſequeſtrum, tenetur citare partem, & intereſſe habentes; ſecus ſi illud apponere debet de mandato Rotæ; quia tunc eſt merus executor, qui non tenetur citare partes, vide *Zabarell. vbi ſupra n.*31.

Et dum d. *Clem.* apponit pœnam violanti ſequeſtrum, vt cadat à iure, ſi quod in beneficio habebat, intelligitur de violante ſequeſtrum appoſitum in vim d. *Clem.* quando ſcilicet appoſitum fuit poſt latam ſententiam diffinitiuam, ſiue in poſſeſſorio, ſiue in petitorio in Curia, non autem quando fuit appoſitum poſt ſolam interlocutoriam ſuper attentatis: cùm enim ſit pœnalis conſtitutio, debet habere locum in terminis proprijs, ita *Put. deciſ.* 45. *lib.* 2. & non debet extendi de vno caſu ad alium. *Mohed. deciſ.*1. *de ſequeſtr. poſſ. & fruct.* vbi declarat, quod ſequeſtrum non poſſet cenſeri appoſitum poſt ſententiam diffinitiuam, etiam ſi Iudex pronunciando ſuper attentatis, dixiſſet per hãc noſtram diffinitiuam ſententiam; quia talia ſunt verba procuratorum ordinantium ſententias; ſed eſt attendenda res, & veritas, hoc eſt, quod non fuit diffinitiua, ſed reuocatoria attentatorum, vt per eum.

Et quod beneficium vacans per violationem ſequeſtri poſſit impetrari, & comprehendatur ſub clauſulis generalibus, quouis modo vacet, dicit idem *Mohed. deciſ.*2. *de ſequeſtr. poſſ. & fruct.*

Sequeſtrum etiam conceditur ex equitate, quando conſtat de metu diſſipationis, ſeu dilapidationis, & conſumptionis fructuum; itaut illorum recuperatio foret difficilis. *tex.* eſt in *l. Imperatores*, §. *fin. ff. de appellat.* ibi *tamen cum depopularentur ab aduerſario equum ſibi videri fru-*

Digitized by Google

ctus apud ſequeſtrum deponi, & in *cap. fin. de ſequeſtr. poſſ. & fruct.* ibi *fructus poſſeſſionis ſi diſſipentur ab ipſo, poſſunt lite pendente rationabiliter ſequeſtrari;* De diſſipatione, ſeu dilapidatione autem conſtare debet, per malos mores, & per actus extrinſecos venditionum, alienationum, & ſimilium. *Buratt. deciſ.* 105. *&* 123. *Rot. diuerſ. par.* 4. *tom.* 2. *deciſ.* 215. *n.* 1. Ceſſat tamen æquitas ſequeſtrandi in prophanis, quando datur fideiuſſor idoneus. *l. litibus, C. de agr. & cenſ. lib.* 11. & ibi *Bart. Buratt. deciſ.* 595. *nu.* 5. *cum ſeq.* & ibi *adden. nu.* 9. Item quando quis poſſidet immobilia. *Bal. in l. ſi fideiuſſor, §. fin. n.* 2. & ibi *Caſtren. in princ. n.* 3. *ff. qui ſatiſd. cog. Buratt. deciſ.* 105. *n.* 6.

Conceditur pariter ſequeſtrum, quando ſubeſt timor, nè partes veniant ad arma, de quo tamen ſaltem ſummariè, præuia citatione, & cauſæ cognitione conſtare debet. *Bart. & alij in l. æquiſſimum, ff. de vſufr.* ſed ceſſat hæc ratio, quando conſtat, quod vnus poſſideat: quia tunc non eſt locus ſequeſtro; ſed ad obuiandũ ſcandalo nè partes veniant ad arma, Iudex parti non poſſidenti præcipere debet ſub certa pena, quod poſſeſſorem non turbet, neque impediat. *Benint. deciſ.* 73. *n.* 5. *adden. ad Greg. deciſ.* 9. *n.* 18.

Item conceditur ſequeſtrum, quando contra poſſeſſorem fuiſſet lata ſententia, & pendente appellatione, licet appellans fructus non diſſiparet, tamen recuperatio illorum poſſet fieri difficilior, latè *Rot. diuerſ. deciſ.* 13. *n.* 1. *&* 2. *par.* 2. & in *recent. deciſ.* 136. *n.* 3. *par.* 2. *Buratt. deciſ.* 545. *n.* 5.

Item ſequeſtrum apponitur, quando executor rei iudicatæ exceſſit modum, & ratione exceſſus fuit appellatum: quia ſuſpenſa executione, ſequeſtrantur fructus, iuxta *tex. in l. ab executore, C. quorum appellat. non recip.* ibi *appellatione ſuſcepta poſſeſſori res eadem detrahatur, & ſequeſtro idoneo collocetur, reddenda ei parti pro qua ſacer cognitor iudicauerit; gloſſ. in cap.* 2. in verbo *ſequeſtrari*, verſ. *item cum appellatur ab executore mero, de ſequeſtr. poſſ. & fruct. Seraph. deciſ.* 1096. *n.* 3.

Sequeſtrum etiam apponitur, quando acta non ſunt integrè tranſportata, itaut illis non viſis, firmari nequeat quis ſit manutenendus, vt cenſuit *Rota in Mediolaneñ. Parocchialis coram Platto deciſ.* 62. *la ſecunda, n.* 4. *poſt Poſthum de manutenendo iuxta primam impreſſionem.*

Sequeſtratur pariter poſſeſſio, quando fuit capta obſtante decreto irritanti, quod inficit titulum, & poſſeſſionem. *Rota in recentiſſ. deciſ.* 554. *par.* 1. *n.* 1.

Super fructibus beneficij de quo agitur, &c. Differentia eſt an ſequeſtrentur fructus, quia tunc, qui poſſeſſor erat, non poteſt durante ſequeſtro

ſe

ſe intromittere in fructibus: an vero ſequeſtretur beneficium, ſeu Eccleſia; quia tunc poſſeſſor amplius ſe intromittere non poteſt, non ſolum in fructibus; ſed nec etiam in ſeruitio Eccleſiæ, celebrando Miſſas, vel etiam prædicando verbum Dei. *Bellam.deciſ.429. Veſtr.lib.7.cap.2.n.2.* ratio eſt, quia per ſequeſtrum fructuum transfertur in ſequeſtratarum ſola illorum cuſtodia. *l.intereſſe puto, ff. de acq. poſſ.* itaut ſequeſter non poſſidet ciuiliter, nec naturaliter. *Boer. deciſ.277. n.9. Grammat. deciſ.51.n.2.* & ſequeſtra, quæ dantur authoritate Iudicis, intelliguntur data cuſtodiæ cauſa, & non priuant poſſeſſorem ſua poſſeſſione. *Seraph. deciſ.941. n.1. Rot. in recentiſſ. par. 2. deciſ. 372. n.3. adden. ad Gregor. deciſ.9.n.11.*

Per ſequeſtrum autem beneficij transferuntur in ſequeſtratarium; nedum fructuum cuſtodia; ſed etiam omnia iura beneficij, & illarum poſſeſſio, & exercitium. *gloſſ. in d. Clem.1.* in verbo *beneficium, de ſequeſtr. poſſ. & fruct.* & in *cap. examen,* in verbo *poſſidebat, Zabarell. in d.Clem.1. num. 5.*

Et quia in hac citatione petitur à Iudice, ex eius officio decerni ſequeſtrum; ideo petitur ſuper fructibus beneficij: quia ſequeſtrum iudiciale eſt neceſſarium, & non priuat poſſeſſione, & ad illud, vt ſupra non deuenitur; niſi quando neuter poſſidet, ſeu incertum eſt quis poſſideat. *Capic. deciſ.96. n.11.* non autem petitur ſuper beneficio, quod priuat poſſeſſorem, & quod Iudex non decerneret ex officio; ſed in vim, d. *Clem.1. de ſequeſtr. poſſ. & fructuum,* cuius vigore ſequeſter habet plenam curam de beneficio ſequeſtrato, & eſt legitimus adminiſtrator, ſicut qui adminiſtrat Sede vacante, & ideo poteſt præſentare, & eligere, ſi hoc pertinet ad beneficium. *Zabarell. in d. Clem.1. de ſequeſtr. poſſ. & fruct. n.9.* & ſi ſpolietur, agit interdicto vnde vi, nomine ſuo, licet poſſideat ad commodum alienum in veritate, & ſciat ſe non eſſe dominum. *Vital. ibid. n.64.*

Hic addo, quod ſequeſtrum aliud eſt neceſſarium, quod ſcilicet fit, Iudice mandante, & hoc, vt dictum eſt, non priuat poſſeſſionem, & facit ſequeſtratarium cuſtodem dumtaxat, non autem poſſeſſorem. *Vital. vbi ſupra, n.65.* Sed poſſeſſio remanet apud priorem poſſeſſorem, & ſequeſter poſſidet nomine illius, qui prius poſſidebat. *Mantic. deciſ. 252. n.4. Coccin. deciſ.158. n.2.* & dicitur ſequeſtrum neceſſarium; quia apponitur officio Iudicis, cui neceſſario parendum eſt, nec deſinit eſſe ſequeſtrum neceſſarium, quamuis pars illi conſentiat. *adden. ad Gregor. deciſ. 9. n.14.* nam actus geſtus ab illo, qui poterat cogi, dicitur actus neceſſarius. *Dec. in cap. cum M. n.17. de conſtit. Rot. in recentiſſ. deciſ.171. n.3. par.1.*

Digitized by Google

Aliud vero eſt ſequeſtrum voluntarium, quod ſcilicet per partes de eorum voluntate, abſque mandato, ſeu decreto Iudicis apponitur,& res apud tertium de conſenſu deponitur, in quem poſſeſſio transfertur. *l. licet, in fin. ff. depoſiti*, ibi *nam tunc ſequeſter poſſidet. Zabarel. in d. Clem.* 1. *n.*24. & ibi *Vital. n.*62. & ita priuat poſſeſſorem ſua poſſeſſione. *Grauat. ad Veſtr. lib.* 7. *cap.*2. *nu.* 17. regulatur autem hoc ſequeſtrum voluntarium, ex voluntate partium, d. *l. licet, in fin.* cùm ſit contractus depoſiti, & contractus ex conuentione legem recipiunt. *l.*1. §. *ſi conueniet, ff. de poſit. Zabarel. d. Clem.*1. *n.*24. ideoque ſi partes rem penes tertium de conſenſu deponerent, ſeu ſequeſtrarent, non transferrent poſſeſſionem, nec poſſeſſori præiudicarent, ſi apponerent clauſulam, ſine præiudicio iurium ſuorum. *Zabarel. ibid. n.*32. *adden. ad Gregor. d. deciſ.*9. *n.*15.

Ad concordandum de ſequeſtratarijs. Sequeſter melius dicitur, quàm ſequeſtratarius, qui ita deſcribitur in *l. ſequeſter*, 109. *ff. de verbor. ſignific. ſequeſter dicitur apud quem plures eamdem rem, de qua controuerſia eſt, depoſuerunt; dictus ab eo, quod occurrenti, aut quaſi ſequenti eos, qui contendunt, committitur*, vbi *gloſſ.* exponit *occurrenti, id eſt ſubuenienti eis.*

Eius autem officium deſignatur in d. *Clem.* 1. *de ſequeſtr. poſſ. & fruct.* ibi *apud aliquam perſonam idoneam ſequeſtretur, quæ plenam de ipſo, & debitam curam gerens, id quod de fructibus ipſius, (debitis eiuſdem ſupportatis oneribus) ſupereſſe contigerit, illi reſtituat, qui finalem in cauſa victoriam obtinebit*, & ibi *gloſſ. & Doct.* adde *Veſtr. lib.* 7. *cap.*2. *n.*4. & ibi *adden. littera D.*

Et ſicut quilibet adminiſtrator tenetur conficere librum rationum. *l.*1. §. *officio, ff. de tutel. & rat. diſtr. Roman. conſ.*414. *n.*1. ità, & ſequeſter, qui eſt ſimilis adminiſtratori. *Zabarel. d. Clem.*1. *n.*33.

Non citatur ad concordandum de ſequeſtratario; ſed de ſequeſtratarijs in numero plurali; quia de ſtylo ſemper duo deputantur ſequeſtratores, quibus etiam alij ſubrogari ſolent ex cauſa, vtpotè ſi aliquis ex illis moreretur, vel alias impediretur, vel in adminiſtratione malè ſe gereret, vt per *Veſtr. in d. cap.*2. *num.*10. & 11. & vt eorum perſonæ approbentur ratione morum, fidei, & facultatũ, & idoneitatis, fit huiuſmodi citatio ad concordandum de ſequeſtratarijs. *Veſtr. d. n.*11. & 12.

Alias videndum per D. deputari ex officio. Vbi poſſeſſio eſt, vel dubia, vel attentata, ſequeſtrum apponitur ex officio iuxta prædicta, & vbi pars contumax fuit in nonnominando ſequeſtratarium, Iudex ex officio debet illum nominare. *Seraph. deciſ.*797. *in fin. Duran. deciſ.*149. *n.*4. & ſeque-

queſtratarius deputatus, cùm ſit merus executor, non poteſt allegari ſuſpectus. *Lancell. de attent. par. 2. cap. 6.* maximè ſine expreſſione alicuius cauſæ iuſtæ. *Innoc. & Hoſt. in cap. cum ſpeciali, de appellat. Duran. d. decìſ. 149. n. 5.*

Quicquid ſit an Iudex poſſet eſſe ſequeſter, certum eſt, quod minus honeſtè huiuſmodi onus aſſumeret; ideoque in Romana Curia partes de ſequeſtratore concordant, & in eorum diſcordia Iudex vnum deputat, ad *tex. in l. acceptam, C. de vſur.* ibi, *vel vbi competens Iudex ſuper ea re aditus deponi eas diſpoſuerit. Grauat. ad Veſtr. lib. 7. cap. 2. n. 13. vbi n. 14.* declarat, quod Iudex non poteſt aliquem cogere, ad aſſumendum onus ſequeſtri; ſed poteſt prohibere ne dimittat, quod ſuſcepit, ex allegatis per eum *num. 15.*

Decretum. *Petijt, & obtinuit, vt ſupra, niſi ad p. d. cum intimatione.*

Formula Quinta.

Ad videndum reuocari ſequeſtrum.

Citetur D.N. ad videndum reuocari, ad fauorem infraſcripti inſtantis ſequeſtrum, alias ſuper fructibus beneficij, de quo agitur, per D. appoſitum, & fructus perceptos, & ſequeſtratos mandari conſignari infraſcripto inſtanti, & mandatum de conſignando, & aliud quodcumque deſuper neceſſarium, & opportunum, decerni, & relaxari, ad p. d. inſtan.

Citetur. Citatio pro reuocatione ſequeſtri, eſt omnino neceſſaria, quando fuit appoſitum citata parte, & cauſa cognita; nihil enim tàm naturale eſt, quàm eodem genere quodque diſſoluere, quod colligatum eſt. *l. nihil tam naturale, ff. de reg. iur.* & interlocutoria lata cum cauſæ cognitione, & partis citatione, ſine ea non poteſt reuocari. *l. omnia quæcumque, ff. de reg. iur.* Sed quando fuiſſet datum de facto, & contra ius; de facto etiam poſſet reuocari ex officio. *Curt. in tract. de ſequeſtr. cap. 2. n. 54. Seraph. deciſ. 1335. n. 5.* non tamen Iudex cogitur: quia quod Iudicis poteſtati permittitur id non ſubijcitur iuris neceſſitati. *l. non quod Iudicis, ff. de iud. l. 1. C. quomodo, & quando Iud.*

Ad

Digitized by Google

Ad viden. reuocari ſequeſtrum, &c. Quando ſequeſtrum eſt appoſitum ſuper beneficio, in vim. *Clem. 1. de ſequeſtr. poſſ. & fruct.* non poteſt reuocari niſi lite finita; dicitur enim ibi, *quod de fructibus ſupereſſe contigerit illi reſtituat, qui finalem in cauſa victoriam obtinebit*, vbi *gloſſ.* dicit finalem, ideſt quando lata fuit ſecunda ſententia, à qua non ſit appellatum, vel quando fuit lata tertia, à qua non licet appellare.

Quando vero ſequeſtrum fuit appoſitum ea ratione, quia poſſeſſio, vel erat turbida, vel attentata; ſi poſtea reſolutum fuerit conſtare de bono iure vnius, tunc ad eius fauorem reuocandum eſt ſequeſtrum, illi ſcilicet dando mandatum de manutenendo ratione poſſeſſionis, & mãdatum de conſignando ratione fructuum, non expectato aliter fine litis: quia tunc intrat æquitas, idemque officium Iudicis, vt quod iuſſit vetuitue prætor, contrario imperio tollat, & remittat. *l. quod iuſſit, ff. de re iud. Duran. deciſ.* 243. *n.* 4. & finis litis non eſt expectandus, quando ſequeſtrum eſt neceſſarium, appoſitum authoritate Iudicis, & non priuat poſſeſſione: tunc enim quandocumque appareat de bono iure, poteſt peti reuocatio ſequeſtri, non obſtante *deciſ. Put.* 77. *in fin. lib.* 1. quæ intelligitur de ſequeſtro volũtario, vt ſæpius Rota declarauit, *Coccin. deciſ.* 478. *n.* 11. *vſque ad fin.*

Et quando ſequeſtrum fuit appoſitum appellatione pendente, debet reuocari, niſi fuiſſet appoſitum metu dilapidationis. *l. Imperatores, §. fin. ff. de appell. Doct. in cap. fin. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct. Seraphin. deciſ.* 1126. *n.* 1.

Quando vero fuerunt ſequeſtrata bona debitoris ad inſtantiam creditoris, tunc ſequeſtrum recuperatur, dato idoneo fideiuſſore, vt enim vulgo dicitur, cautio eſt medicina ſequeſtri; niſi tamẽ ſequeſtrum fuiſſet obtentum contra obligatum in forma Cameræ; quia tunc remouetur ſolutione, non autem fideiuſſione. *Galleſ. de obligat. Camer. quæſt.* 37. *n.* 39. & ibi *Zach. n.* 64. *Ros. poſt eum deciſ.* 118. *n.* 10. quando ſcilicet obligatio Cameralis eſt indubitata, alias ſecus. *Coccin. deciſ.* 13. *n.* 2. & quando clarè conſtat de credito, non remouetur ſequeſtrum ſine ſolutione. *Bar. in l. conſentaneum, n.* 15. verſ. *ſed quando miſſio, C. quom. & quan. Iudex, Caual. deciſ.* 567. *n.* 1.

Et fructus perceptos, & ſequeſtratos mandari conſignari.

Habet enim ſequeſter limitatam poteſtatem de reſtituendis fructibus, qui ſolutis oneribus ſuperſunt, *gloſſ.* in d. *Clem. vnic.* in verbo *reſtituet. de ſequeſtr. poſſ. & fruct.*

Et pro reſtitutione contrà eum competit via executiua; ſicut contra depo-

depoſitarium. *Caual. deciſ.* 29. *n.* 1. *Buratt. deciſ.* 516. *n.* 1. & ibi *adden. n.* 2. *&* 5. qui ſi ſoluiſſet alteri, pendente ſequeſtro, ſine mandato Iudicis, teneretur de ſuo. *Caput. deciſ.* 155. *n.* 2. *par.* 3. & violaſſet ſequeſtrum. *Caput. d. deciſ.* 155. *n.* 2. *par.* 3.

Quando ſequeſtrum fuit factum pro aſſecuratione iudicij, & illud debitor vult reuocare cum fideiuſſione, citat creditorem hoc modo.

Ad videndum reuocari ſequeſtrum ad eius inſtantiam factum, & executum in bonis, ſeu pecunijs exiſtentibus penes N. data cautione arbitrio Domini, ſeu attenta cautione in actis data, & Iudex reuocat data perſona idonea, pro cautione de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo, niſi ad p. d. cum intimatione.

Quando vero ſequeſtrum fuit conceſſum in executione mandati executiui, non reuocatur niſi facta ſolutione, vel data cautione in forma depoſiti, & ita ſeruatur.

Si fideiuſſor minus idoneus recipitur à Notario, vel approbatur à Iudice, parte non citata, ad intereſſe partis tenetur Notarius, qui ex ſe illum recepit, vel Iudex, qui illum recipi mandauit, excuſſo tamen prius ipſo fideiuſſore. *l.* 1. §. *ſciendum, ff. de Magiſtrat. conuen.* niſi probaretur per teſtes, quod fideiuſſor de tempore receptionis fuiſſet idoneus, vel pro idoneo communiter reputatus. *l.* 1. *§. ſi Magiſtratus, & l. quoad hæredem, ff. de Magiſtrat. conuen. Rot. in recentiſſ. par.* 1. *deciſ.* 60. *n.* 3. vel conſtaret, quod illo tẽpore poſſideret bona immobilia. *l. ſciendum, in princ. ff. qui ſat. cog.* quamuis ea eſſent ſubiecta fideicommiſſo. *l. ſ. in l. ferendum, §. ſi fundus, poſt princip. verſ. dico, ff. qui ſat. cog.* & ibi *Ang.* verſ. *dico etiam, quod rogatus. Rot. poſt conſ. Farin. par.* 2. *deciſ.* 45. *n.* 2. vel etiam conſtaret de expreſſo, vel tacito conſenſu partis, vtputà, quando citatus ad videndum reuocari ſequeſtrum, ſeu ad viden. mandari excarcerari, attenta fideiuſſione de qua in actis; quia dum non contradixit, & dum acta faciunt rem notoriam, cenſetur habuiſſe notitiam fideiuſſoris, & illum approbaſſe, etiam ſi illius nomen in citatione non ſit expreſſum; quia ſufficit expreſſio per relationem ad acta. *Dec. conſ.* 41. *n.* 29. *Pariſ. conſ.* 113. *n.* 7. *lib.* 4. *Rot. poſt conſ. Farin. par.* 2. *d. deciſ.* 45. *n.* 3. *& ſequen.* & dictum eſt in *tract. de citat. tom.* 3. *cap.* 15. *num.* 80.

Pro conſignatione autem ſequeſtri citatur ſequeſter hoc modo.

Cite-

Digitized by Google

Citetur D. N. exaduerſo principalis, & ſequeſtratarius, ad conſignandum, & videndum mandari conſignari fructus, ſiue pecunias ſequeſtratas, et mandatum deſuper neceſſariũ, et opportunum decerni, et relaxari, ad p. d. et Iudex decernit, niſi ad p. d. cum intimatione.

Mandati de conſignando fructus ſequeſtratos formula, ponitur per *Saluſt. Tiber. lib.* 4.

Formula Sexta.

Ad videndum manuteneri.

Citetur D. N. ad viden. infraſcriptum inſtantem manuteneri in poſſeſſione bonorum de quibus in actis, illorumque iurium, et pertinentiarum, et mandatum de manutenendo, et aliud quodcumque neceſſarium, et opportunum per Dominum decerni, et relaxari, ad p. d. inſtan. &c.

Citetur D. N. Neceſſaria omnino eſt hæc citatio, in iudicio ſummarijſſimo manutentionis: in quo duo concurrunt extrema, poſſeſſio ex vna parte, & turbatio ex altera. §. *hodie, inſtit. de interdict. l.* 1. §. *eſt igitur, & l. fin. ff. vti poſſid.* & quis in hoc iudicio cenſeatur actor, & quis reus dictum eſt late in *tract. de citat. tom.* 3. *cap.* 12. *n.* 41. *vſque* 65. & qui vult per Iudicem manuteneri, ſeu defendi in ſua poſſeſſione, debet iudicialiter petere, & partem citare. *Put. deciſ.* 225. *lib.* 1. *Gregor. deciſ.* 457. *n.* 3. & pars citata debet excipere: multi enim ſunt caſus, quibus poſſeſſor non debet manuteneri: ſcilicet, quando poſſeſſio eſt poſterior, quæ præſumitur clandeſtina, etiam ſi anterior eſſet inſtrumentalis, & poſterior eſſet cum perceptione fructuum. Item quando poſſeſſio prouenit à Iudice, qui nulliter proceſſit, & quando poſſeſſio habet iuris reſiſtentiam, vel non habet titulum, & concurrit cum titulata, vel quando manutentio dependet à negocio principali, vel quando poſſeſſio eſt inſtrumentalis, capta alio exiſtente in poſſeſſione, vel quando petitur à periuro, vel excommunicato, & prout latè dictum eſt in *tract. de citat. tom.* 1. *cap.* 3. *n.* 55.

In poßeßione bonorum de quibus in actis. Mandatum de manutenendo petitur,

vel

vel ratione poſſeſſionis naturalis, ab eo ſcilicet, qui poſſidet naturaliter, de tempore motæ litis, vel ratione ciuilis, ab eo ſcilicet, qui antea poſſidebat naturaliter, ſed fuit eiectus, & non habuit ſe pro ſpoliato; quæ tamen poſſeſſio ciuilis, retenta animo amittitur per decennium, intelligendo de poſſeſſione ciuili, quoad corporalia; ſed quoad incorporalia, quæ propriè non dicitur poſſeſſio, ſed quaſi poſſeſſio, vt eſt quaſi poſſeſſio iuris exigendi penſionem, vel alterius iuris ſeruitutis, quæ retinetur animo, nec cenſetur habita pro derelicta etiam per decennium, niſi concurrat prohibitio cum acquieſcentia, prout latius dictum eſt in *tract. de citat. tom. 3. cap. 12. n. 46. vſque 60.* ſed hic placet rem altius, non tamen inutiliter repetere.

Ex rebus humani iuris, & quæ ſunt in bonis noſtris, vel ratione poſſeſſionis, vel dominij, aliæ tanguntur, aliæ non; illæ ſunt corporales velut fundus, homo, veſtis, aurum, & argentum iſtæ ſunt incorporales qualia ſunt, quæ in iure conſiſtunt ſicut hæreditas, vſusfructus, vſus, &c. *§. 1. inſtit. de reb. corporal. & incorp.* ex corporalibus illæ, quæ ſunt immobiles, calcantur pedibus; quæ ſunt mobiles manibus capiuntur; ſed quæ ſunt incorporales ſolo acquiruntur animo. *l. 1. §. quædam præterea, ff. de rer. diuiſ.* Ideo de immobilibus, quia pedibus calcantur, propriè dicitur poſſeſſio: quaſi pedum poſitio. *l. 1. ff. de acquir. poſſeſſ.* ſed de Mobilibus, quia ſolis capiuntur manibus, minus propriè dicitur poſſeſſio. *gloſſ.* in d. *l. 1. in princip.* At de incorporalibus, quia ſolo apprehenduntur animo, non dicitur poſſeſſio, ſed quaſi poſſeſſio. *l. ſeruus, §. incorporales, ff. de acquir. rer. domin.* ex duobus enim, quæ in acquirenda poſſeſſione requiruntur, ſola concurrit apprehenſio animi, non autem corporis. *l. ſequitur, §. ſi viam, ff. de vſucap.* plura alia de poſſeſſione, & de dominio dixi in *legalibus congreſſibus, congreſſ.* 5. *n.* 15. verſ. *de portione ſingulorum, & de poſſeſſione, & n.* 16. verſ. *de dominio.*

Rurſus de corporalibus triplex eſt poſſeſſio, naturalis, ciuilis, & ciuiliſſima, naturalis apprehenditur corpore, ciuilis retinetur animo, ciuiliſſima iuris miniſterio continuatur in hæredem.

Poſſeſſio naturalis non acquiritur ſine corpore, & animo. *l. poſſideri, in princip. ff. de acquir. poſſeſſ.* ſolo animo non acquiritur. *l. qui vniuerſus, §. quod per colonum, ff. de acquir. poſſeſſ.*

Furioſus, & pupillus quidem res tangant, ſed quia animum, & affectionem tenendi non habent; poſſeſſionem per ſe acquirere nequeunt, niſi auctore tutore. *l. 1. §. adipiſcimur, ff. de acquir. poſſeſſ.*

Maior, & ſanæ mentis, qui ſemel corpore, & animo poſſeſſionem naturalem acquiſiuit, ſi à re ipſa recedat dimiſſo cuſtode, colono, vel inquilino in fundo, ſeu domo, abſens non ſolum retinet ciuilem animo

mo ſuo; ſed etiam naturalem corpore illius. *l. generaliter, ff. de acquir. poſſeſſ.* nedum autem retinetur poſſeſſio corpore alieno, verumetiam acquiritur per alios, velut per filios in poteſtate. *l. quicquid filius, ff. de acquir. poſſ. l. 1. §. item acquirimus poſſeſſionem per ſeruum, ff. de acq. poſſeſſ.* Item per tutorem, & curatorem, d. *l. 1. §. per procuratorem, tutorem, ff. eodem. l. per procuratorem, C. de acquir. poſſ.* qui ſi dolo poſſeſſionem relinquant, non præiudicant illis, quorum nomine poſſident. *l. ex libris Sabinianis, C. de acq. poſſ.* non enim dicuntur poſſidere, qui nomine alieno poſſident; ſed in poſſeſſione eſſe, quæ ſunt longè diuerſa. *l. ſi quis ante, ff. de acquir. poſſ.* ſic in poſſeſſione eſſe cauſa cuſtodiæ, dicitur creditor immiſſus ex primo decreto, & vxor immiſſa ventris nomine. *l. poſſideri, §. fin. in fin. ff. de acquir. poſſeſſ.*

Vniuerſitas etiam acquirit, & retinet poſſeſſionem per alios, videlicet per illos quibus committitur adminiſtratio. *l. ſed hoc iure, ff. de acquir. poſſeſſ.*

Corpore autem apprehenditur poſſeſſio ſcilicet per ingreſſum, atque per ſolum ingreſſum partis acquiritur poſſeſſio totius. *l. poſſideri, §. quod autem diximus, ff. de acq. poſſ.* at theſauri poſſeſſio non quæritur, niſi per apprehenſionem. *l. poſſideri, §. neratius, ff. de acq. poſſ.* quarundam vero rerum ſolo animo poſſeſſionem adipiſcimur, per appoſitionem cuſtodis, vel aſpectum. *l. quarundam rerum, ff. de acquir. poſſ.* & res, quæ propter magnitudinem moueri non poſſunt, vt columnæ, habentur pro traditis inter præſentes, & earum poſſeſſio acquiritur oculis, & aſpectu. *l. 1. §. ſi iuſſerim, ff. de acquir. poſſ.* per traditionem etiam clauium, & earum receptionem acquiritur poſſeſſio mercium inhorreis conditarum, ſi claues apud horrea tradantur. *l. clauibus, ff. de contrahen. empt.* nec non per traditionem inſtrumentorum acquiritur poſſeſſio. *l. 1. C. de donat.*

Declara, quod poſſeſſio iuſta acquiri non poteſt, ſine poſſeſſoris voluntate. *l. ſi ex ſtipulatione, ff. de acquir. poſſ.* alias clam poſſideret, qui furtim inſcio poſſeſſore ingreſſus fuiſſet. *l. clam poſſidere, ff. de acq. poſſ.* & vi poſſideret, qui poſſeſſorem propria authoritate eieciſſet, & nollet recipere d. *l. clam poſſidere, §. qui ad nundinas, & l. ſed & ſi nolit, ff. de acquir. poſſeſſ.*

Sed qui authore prætore poſſidet, iuſtè poſſidet, quamuis non rectè, ſed iniuſtè, & contra ius litigatoris proceſſiſſet, dummodo validè, & ritè, ſeruato ordine iudiciario poſſeſſorem eieciſſet ſuo mandato. *l. iuſtè poſſidet, & ibi gloſſ. ff. de acquir. poſſ.*

Quando enim Iudex procedit iuris ordine non ſeruato, procedit tanquam priuatus. *l. prolatam, C. de ſent. & interloc. omnium Iud.*

Intel-

Intellige tamen, quod non eſſet acquiſita poſſeſſio, ſi alicui fuiſſet ritè data à Iudice, ſed conditionaliter, & ſuſpenſiuè; quia tunc non transfertur, antequam conditio extiterit. *l. qui abſenti, §. 1. ff. de acquir. poſſ.* is itaque cui fuit data poſſeſſio ſine præiuditio alicuius dicitur tradita ſub conditione. *l. teſtamento Centurio, n. 1. ff. de man. teſt. Put. dec.* 32. *n. 1. lib.* 2. & ſi expelleretur, non diceretur ſpoliatus; quia non poſſidebat. *gloſſ. in cap. olim cauſam*, in verbo *traditam ſub conditione, de reſtit. ſpoliat.*

Interim autem, quandiu alius non appareat, qui habeat potiora iura, licet re vera non poſſideat; habetur tamen pro poſſeſſore, & citari debet ad effectum declarandi an eſſet, vel non, verificata conditio. *cap. licet Epiſcopus, de præben. in 6. Seraph. deciſ.* 877. *n.* 2. *&* 3.

Ex pluribus cauſis acquiritur poſſeſſio eius, quod noſtrum non eſt, veluti pro emptore, pro donato, pro legato, pro dote, & ſimil. ſed non animo eodem retinetur; nam poſſidet quis, vel bona, vel non bona fide. *l. poſſideri, §. genera poſſeſſionum, ff. de acq. poſſ.* is autem dicitur poſſidere non bona fide, qui dubitat an ſit ſua, vel aliena res, quia dubitans non habet bonam, nec malam fidem. *gloſſ. in d. §. genera poſſeſſionum*, in verbo *non bona fide*, ille vero, qui ex contractu nullo poſſidet, dicitur pro poſſeſſore poſſidere, ideſt ſine titulo, & cauſa. *l. quod vxor viro, ff. de acquir. poſſ.* & ibi *Caſtren. in Summario.*

Amittitur poſſeſſio iiſdem modis, quibus acquiritur, animo ſcilicet, & corpore. *l. quemadmodum, ff. de acquir. poſſ.* quando ſcilicet quis poſſidet fundum animo, & corpore ſuo; ſecus ſi poſſidet animo ſuo, & corpore alieno; quia tunc animo ſolo poſſeſſionem ciuilem amittit; ſed corpore alieno retinet naturalem. *l. poſſideri, §. in amittenda, ff. de acq. poſſ.* poſſidere enim poſſum animo meo tantum, vel animo meo, & corpore alieno, vel etiam alieno animo, & corpore, quando ſcilicet exiſtentes in noſtra poteſtate compararunt, d. *l. poſſideri, §. ſaltus hybernos, ff. de acquir. poſſeſſ.* Item, qui ſcit naturalem poſſeſſionem ſuæ domus occupatam eſſe à latronibus, & ob timorem non vult ad eam accedere, & negligit recuperare, poſſeſſionem amittit, d. *l. poſſideri, §. ſi quis nunciet. l. & ſi nollit, ff. de acq. poſſeſſ.* Sed quando vi deiectus vult illam recuperare interdicto vnde vi, interim habetur, ac ſi poſſideret. *l. ſi quis vi, de poſſeſſ. in princip. ff. de acquir. poſſ.* ſi poſſideo per colonum, per mortem illius non amitto ciuilem, quam animo retineo. Sed ſi alij tradat amitto, vt in *l. poſſideri, §. quod ſi ſeruus, ff. de acquir. poſſ.* Si tu rem depoſitam penes te, furti faciendi cauſa contrectaueris, deſino poſſidere; ſed ſi eam loco non moueris, etiam ſi inficiendi animum habueris, poſſeſſionem non perdo, d. *l. poſſideri, §. ſi rem apud te, ff. de acquir. poſſ.* furto

amit-

Digitized by Google

amittitur poſſeſſio, niſi factum fuerit ab eo, qui ſit in poteſtate noſtra. *l. rem quæ nobis, ff. de acq. poſſ.* & poſſeſſio ciuilis rei mobilis perditur, cùm non poteſt naturalis adipiſci. *l. Pomponius refert, ff. de acquir. poſſ.* & poſſeſſio ſerui fugitiui, qui ſe pro libero gerit, amittitur; ſi diu in libertate moratur. *l. poſſideri, §. ſi ſeruus quem poſſidebam*, & ibi *Bart. in ſumm. ff. de acquir. poſſ.* & in Feris animalibus retinetur ciuilis poſſeſſio, quouſque nobis eſt facilè adipiſci poſſeſſionem naturalem, vel quouſque retinent conſuetudinem ad nos redeundi, d. *l. poſſideri, §. item feras*, & ibi *Caſtr. in ſumm. ff. de acq. poſſ.* item perditur omnis poſſeſſio per inundationem maris, vel fluminis, d. *l. poſſideri, §. labeo*, & ibi *Caſtr. in ſumm. ff. de acq. poſſ.*

Item poſſeſſionem amittit, qui rem alteri tradit, nam per traditionem veram poſſeſſio in alium transfertur. *l. 1. §. ſi iuſſerim, ff. de acquir. poſſ. l. clauibus, ff. de contrahen. empt.* imò traditionibus transferuntur dominia. *l. traditionibus, C. de pactis*, nuda tamen traditio nunquam transfert dominium; ſed ita ſi venditio, aut aliqua iuſta cauſa præceſſerit, propter quam traditio ſequeretur. *l. nunquam nuda, ff. de acq. rer. domin.* at nihil amplius traditio transferre poteſt ad eum, qui accipit, quàm eſt apud eum, qui tradidit; nam ſi non habuit, nihil transfert. *l. traditio, ff. de acquir. rer. dom.* ex inutili autem contractu transfertur etiam poſſeſſio. *l. 1. §. ſi vir vxori, ff. de acq. poſſ.* & qui transfert naturalem poſſeſſionem, illam non poteſt retinere; quia in quo ſedeo ego, tu ſedere non potes, vnus tamen poteſt poſſidere naturaliter, & alter ciuiliter. *l. poſſideri, §. ex contrario, ff. de acquir. poſſ.*

Ideoque clauſula conſtituti transfert omnem poſſeſſionem, quæ eſt penes conſtituentem, quæ ſuffragatur ad omnem iuris effectum, ac ad effectum manutentionis. *Oſaſch. deciſ. 133. n. 6. Rot. in Cluſina, ſeu Peruſina Poſtæ 27. Ianuarij 1603. coràm Litta*, quæ eſt *deciſ. 89. poſt Poſthium, de manuten.* & poſſeſſio, quæ ex conſtituto transfertur, vera eſt poſſeſſio. *l. quædam, ff. de rei vend. Abb. in cap. 2. n. 12. verſ. quorum exemplum, de conſuet. Tiraq. de iure conſtit. par. 1. n. 17. & 18. Rota in Rom. Salu. interd. 5. Decembris 1601. poſt Statil. Pacif. de Salu. deciſ. 74. n. 4.*

Traditio autem, quæ poſt conſtitutum inſurgit, eſt ficta tamen poſſeſſio ipſa, quæ per ipſum conſtitutum acquiritur eſt vera, & propria poſſeſſio, & caderet in ſtatuto loquente de poſſeſſionibus, vt declarat *Iaſ. in §. actionum, n. 139. inſtit. de act.*

Sic, qui precario dedit, retinet poſſeſſionem ciuilem, & transfert in accipientem poſſeſſionem naturalem, d. §. *ex contrario*, verſ. *Sabinus tamen, & l. 1. & l. & habet, ff. de precar.*

Sic etiam, qui conſtituit in contractu ſe poſſidere nomine alterius

contra-

contrahentis, non retinet ciuilem, neque naturalem, ſic dicitur in *l. quod meo, in princ. ff. de acq. poſſ. quod meo nomine poſſideo, poſſum & alieno nomine poſſidere, nec enim muto mihi cauſam poſſeſſionis; ſed deſino poſſidere, & alium poſſeſſorem miniſterio meo facio; nec idem eſt poſſidere, & alieno nomine poſſidere: nam is poſſidet, cuius nomine poſſidetur*, adde *l. ſi quis ante, ff. de acq. poſſ.*

Mutare ſibi cauſam poſſidendi nemo poteſt nulla cauſa extrinſecus accedente. *l. cùm nemo, C. de acq. poſſ.* vbi *gloſſ.* in verbo *extrinſecus*, notat ſex modis mutari cauſam poſſidendi, videlicet ex iuſta in iniuſtam, & è contrario, ex nulla in aliquam, & è contrario ex aliqua iuſta, in aliam iuſtam. Item ex aliqua nulla in aliam nullam, vbi vide etiam *Doct.* adde *l. poſſideri, §. illud quoque, ff. de acquir. poſſ.*

Sic, qui poſſidet iure familiaritatis, poſſidet. *l. qui iure familiaritatis, ff. de acq. poſſ.* ſuperueniente autem noua cauſa cenſetur poſſidere iure proprio, etiam abſque alia animi declaratione, & deſinit poſſidere ex prima. *Bar. conſ. 207. n. 4. lib. 1. Achil. deciſ. 4. de cauſ. poſſ. & propr. Put. deciſ. 451. lib. 2. Creſcent. deciſ. 5. n. 4. de reſtit. ſpoliat. Mantic. deciſ. 245. n. 4.* adde *Rot. diuerſ. deciſ. 601. n. 3. par. 3. lib. 3.*

Sic gratiosè ſubrogatus, ſuperueniente nouo titulo ſubrogationis, cenſetur ſibi mutaſſe cauſam poſſeſſionis. *l. 3. §. illud, & l. qui bona fide, §. quod ſcriptum, ff. de acq. poſſ. Mantic. deciſ. 71. num. 1. & 2.* Sic etiam vxor, quæ viuente marito poſſidebat illius bona iure familiaritatis, eo mortuo cenſetur pro ſuis dotibus, ac etiam pro vſufructu ſibi relicto à marito, mutaſſe cauſam poſſidendi. *Caual. deciſ. 284. n. 2. Greg. dec. 546. n. 1.* & ibi *adden. n. 15. Coccin. deciſ. 67. n. 4.* ſed ea bona, quæ viuo marito non detinebat, non poteſt de nouo occupare, vt per *Gabr. conſ. 34. per tot. lib. 1.*

Alia poſſeſſio nuncupata ciuiliſſima, non acquiritur corporis apprehenſione, ſicut acquiritur naturalis, nec retinetur animo, ſicut ciuilis; ſed abſque aliquo actu corporis, vel vero, vel ficto ſolo iuris miniſterio, transfertur de vno, ad alium, ad *tex. in l. raptores Virginum*, ib: *Eccleſia vero omnem proprietatem, & plenam poſſeſſionem earundem rerum noſtro habeat beneficio, C. de Epiſc. & Cler.* exemplum eſt de conſuetudine, & ſtatuto de continuanda poſſeſſione defuncti in hæredem, quam materiam latè examinat *Tiraquell. in tract. le mort ſaiſ. le viſ.*

Nobis ſatis ſit dicere breuiter, quod iura, & actiones defuncti, tam actiuè, quam paſſiuè tranſeunt in hæredem poſt aditam hæreditatem. *l. vnic. C. vt actiones ab hæred. & cont. hæred. incip.* ſed poſſeſſio defuncti, niſi per hæredem apprehendatur, ad illum non transfertur. *l. cum hæredes, & l. qui vniuerſus, ff. de acquir. poſſ.*

I Con-

Conſuetudo tamen, vel ſtatutum poſſunt poſſeſſionem transferre, & continuare in alium ipſo iure, nullo actu, nec verbo quidem interueniente. *Tiraq. in d. tract. le mort ſaiſit le viſ, in 6. declarat. præſ. n.* 5. & talis poſſeſſio ficta non impedit hæredem ſcriptum, quin poſſit etiam petere immitti ex remed. *l. fin. C. de edict. d. Adr. toll.* vt per *Bald. in rubr. de conſuet. n.*14. neque etiam impedit hæredem quin poſſit agere, etiam remedio recuperandæ, & quolibet alio poſſeſſorio. *Pariſ. conſ.* 41. *nu.*6. *& ſequen. lib.*1. quod multo magis facere poteſt Princeps tanquam lex animata. *§. ſed quod Principi, inſtit. de iure nat. gent. & ciuil. l. fin. C. de præſcript. long. temp.* de ſtatuto Mediolani continuante poſſeſſionem defuncti in hæredem, loquitur *Bal. in rubr. de cauſ. poſſ. & propr. n.*13. & quod talia ſtatuta ſint correctoria iuris communis, & ſtrictè intelligenda notat *Alex. in d. l. cùm hæredes, n.*2. *ff. de acq. poſſ.* de decreto Ducali eandem poſſeſſionem de vno in alium continuante conſuluit *Pariſ. d. conſ.*41. *lib.*1. & de Papa, quod per gratioſam ſubrogationem continuet poſſeſſionem defuncti in ſubrogatum, loquitur *Mohed. deciſ.* 11. *n.*2. *vt lit. pend. & Mantic. deciſ.*71. *n.* 3.

Hoc nomen ciuiliſſimæ poſſeſſionis dicunt Doctores, quod non reperitur expreſſum in iure, ſed eſt nomen magiſtrale: nec conſtituit nouam ſpeciem poſſeſſionis, ſed ſolum ſignificat differentiam in modo acquirendi; quia acquiritur ſine actu apprehenſionis, ſiue vero, ſiue ficto, vt per *Tiraq. in d. tract. le mort ſaiſit le viſ, in* 7. *declarat præfationis, n.*3.

Et mandatum de manutenendo per Dominum decerni, & relaxari. Iudex decernit mandatum, quando interloquitur, ſeu profert ſuam ſententiam interlocutoriam, inter contendentes ſuper eo, quis debeat eſſe in poſſeſsione lite pendente, relaxat autem quando mandat executoribus, vt exiſtentem in poſſeſsione, in ea illum defendant, & tueantur; & hoc Iudex facit de equitate, & ex officio; quia pati non debet, vt ad arma, & rixam procedant illi, quos poteſt iuriſdictione ſua compeſcere. *l. æquiſsimum, ff. de vſufr.* & æquum eſt, vt prius ſummatim cognoſcatur, quis debeat eſſe in poſſeſsione. *l. liberis, §. vlt. ff. de liberali cau.* & pro ordine iudicij neceſſe eſt, vt conſtet quis fungi debeat iure actoris, & quis rei, & naturalis ratio facit, vt alius poſsideat, & alius à poſsidente petat. *§. retinendæ, inſtit. de interd.* ſic interlocutus fuit Papa, exiſtentem in poſſeſsione defendendum eſſe in ea, donec cognoſcatur in poſſeſſorio plenario, quis debeat poſsidere, vel in petitorio quis ſit Dominus. *cap. cùm veniſſent, de inſtitut.* & ibi notant *Doct.*

In

In pluribus differt poſſeſſorium ſummarijſsimum, ſeu extraordinarium, à poſſeſſorio plenario, ſeu ordinario, in ſummarijſſimo enim proceditur ſummatim, cum breui numero teſtium, & intra breue tempus. *Couarr. pract. quæſt. cap.* 17. *n.*4. ſufficit ſemiplena probatio, & vnicus teſtis. *Abb. in cap. cùm Eccleſia Sutrina, n.*23. vbi *Rip. n.*52. & pluries *Rota* reſoluit. *Seraph. deciſ.*1326. *n.*1. *Gregor. deciſ.* 438. *n.*2. & ibi *adden. Menoch. de retinen. remed. vltim. ſub n.*34.

Non dantur, admittunturue obiectus contra teſtes. *Couarr. d. cap.* 17. *ſub n.*4. *verſ. ſeptimo in eadem quæſtione*. *Seraph. deciſ.* 1147. *n.*15. *Greg. deciſ.*449. *n.*10. & ibi *adden. n.*11.

Non admittitur contradictio, nec exceptio falſitatis contra iura, niſi adeſſet euidens ſuſpicio falſitatis, quæ facillimè poſſet examinari, *Maſſuer. in pract. tit. de poſſeſs. nu.*25. *Couarr. pract. quæſt. cap.*17. *ſub nu.* 4. *verſ. nono, vbi ad huius, &c.*

Nec admittitur exceptio, ſeu defectus proprietatis. *Ferratt. conſ.* 7. *n.*3. & 4. *Gregor. deciſ.*9. *n.*10.

Ratio eſt, quia non aufert alicui ſuam poſſeſſionem, ſed tuetur exiſtentem in poſſeſſione, & in hoc iudicio non declaratur quis debeat poſſidere; ſed quis debeat eſſe in poſſeſſione lite pendente, aliud eſt enim poſſidere, & aliud in poſſeſsione eſſe. *l. ſi quis ante, ff. de acq. poſſe. Capic. deciſ.*55. *n.*6. *Couarr. d. cap.*17. *ſub n.*4. *verſ. ſeptimo eſt in eadem.* Ideoque manutentio non datur, niſi exiſtenti in poſſeſsione tempore motæ litis. *Seraph. deciſ.*287. *n.*1. & 1037. *n.*1. etiam ſi ſit merus detentor, ſiue prædo. *Menoch. de retinen. remed. vlt. n.*18. *Seraph. dec.* 582. *n.*5. & *deciſ.*1471. *n.*7. eſt enim iudicium modici præiudicij, & in eo præſeruantur iura omnia, non tantum in petitorio; ſed etiam in poſſeſſorio plenario. *Neuiz. conſ.*81. *n.*17. *Gregor. deciſ.*275. *n.*14. *Rota diuerſ. deciſ.*641. *nu.*8. *par.*1. & eſt quodam præparatorium ad litem futuram in poſſeſſorio plenario, in quo ſententia eſt diffinitiua, in ſummarijſsimo vero eſt interlocutoria. *Capic. d. deciſ.* 55. *n.*8. à qua non datur appellatio, nec reſtitutio in integrum. *l. vnic. C. ſi de moment. poſſ.* & ibi *gloſſ.* in verbo *reformationem*. *Seraph. deciſ.*1295. *n.*1. & tanquam interlocutoria non tranſit in iudicatum, quoad Iudicem. *l. quod iuſſit, ff. de re iudicat.* & grauamen poteſt reparari in remedio ordinario, iuxta *regul.*36. *Cancellariæ de non appellando ante diffinitiuam ſententiam*. Imo quandocumque conſtat de poſſeſsione alterius, poteſt idem Iudex illud reuocare. *Rot. diuerſ. d. deciſ.* 641. *n.*9. *par.*1. *Seraph. d. deciſ.* 1295. *n.*1. & 5. *Gregor. deciſ.*275. *n.*15. & hac ratione vulgo dicitur, mandatum de manutenendo hodie datur vni, cras alteri: & ideo à mandato de manutenendo non datur appellatio ſuſpenſiua, quando Iudex tulit

Digitized by Google

interlocutoriam, ſecus ſi pronunciauit diffinitiuè aliquem manutenendum; quia tunc functus officio ſuo, non poteſt reuocare. *Mart. Andr. decis. 60. nu. 2. & 4.* & quando Iudex proceſsit per decretum, tunc ſi non appellatur, tranſit in iudicatum quoad partes. *Pariſ. conſ. 107. n. 16. vol. 4. Caual. decis. 515. n. 2.*

Inſtante N. Hæres, qui vult manuteneri in poſſeſsione bonorum defuncti, docere debet de apprehenſione; quoniam adita hæreditate, licet omnia iura defuncti ad hæredem tranſeant, poſſeſsio tamen non tranſit, niſi naturaliter apprehendatur. *l. cùm hæredes, ff. de acquir. poſſ.* retinere enim animo poſſeſsionem poſſumus, adipiſci non poſſumus. *l. qui vniuerſas, §. quod per colonum, ff. eodem.*

Sed ſi defunctus animo poſsidebat, & corpore alieno, puta per colonum, & colonus continuauerit poſsidere nomine hæredis, eique mercedem ſoluerit; tunc hæres poterit manuteneri in poſſeſsione defuncti, abſque alia apprehenſione, docto tamen de tali recognitione coloni. *Alex. in d. l. qui vniuerſas, §. quod per colonum, ff. de acquir. poſſ. Afflict. decis. 167. n. 6.*

Similiter hæres infantis acquirit poſſeſsionem, abſque alia apprehenſione, & recognitione, ſi defunctus infans poſsidebat, dum viueret corpore, & animo alieno per tutorem ſcilicet. *l. 1. §. adipiſcimur, in fin. ff. de acq. poſſ. Pollan. de ſpol. lib. 2. n. 127.*

Stante etiam ſtatuto de continuanda poſſeſsione, vigore ciuiliſsimæ poſſeſsionis, de qua ſuperius dictum eſt, poteſt hæres manuteneri. *Tiraquel. in tract. le mort ſaiſit le vif, par. 2. declarat. 17. n. 4. Martin. Andr. decis. 36. n. 2.* Et quamuis huiuſmodi ſtatutum non habeat locum in bonis feudalibus, & emphiteoticis, tamen hoc non procedit in caſu dubio, quo controuerteretur, an bona eſſent feudalia, ſeu emphiteotica, vel non; quia tunc donec iudicetur, debet hæres manuteneri vigore ciuiliſsimæ poſſeſsionis, non autem Dominus directus. *Tiraquel. in d. tract. le mort ſaiſit le vif, par. 4. declarat. 5. n. 2. Martin. Andr. d. decis. 36. num. 3.*

Succeſſor in beneficio, Eccleſia, ſeu Prælatura, ſi turbatur in poſſeſsione alicuius rei, de qua poſſeſsionem acceperat, poteſt vigore ſuæ poſſeſsionis petere, & obtinere manutentionem. *Bart. in l. 1. §. hoc interdictum, ff. vti poſsid. Menoch. de retin. poſſeſſ. rem. 3. n. 126.*

Si vero turbatur in re ſuæ Eccleſiæ, cuius poſſeſsionem ipſe non accepit, ſed ſui anteceſſores poſſederunt, poteſt, & debet manuteneri vigore poſſeſsionis ſui anteceſſoris, hac ratione; quia ea poſſeſsio erat penes Eccleſiam, quæ non mutatur, nec variatur, licet mutentur Prælati. *Tiraquel. in tract. le mort ſaiſit le vif in præfat. declarat. 5. Greg. decis. 246. n. 1.*

Digitized by Google

n.1. & ibi *adden. n.2.* Eccleſia enim nunquam moritur. *cap. liberti 12. queſt.2.* & licet Prælati moriantur, nunquam tamen bona Eccleſiæ vacant, cùm ſemper Eccleſia poſsideat. *Bald. in l. fin. n.3. C. de edict. diui Adr. tollen. Surd. conſ.183. n.37.*

Penes Prælatum non eſt dominium, nec poſſeſsio rerum Eccleſiæ; ſed ſola earum adminiſtratio, & ea ſola vacat mortuo Prælato. *Pariſ. conſ.24. n.8. lib.1.*

Hinc aiunt, quod Chriſtus Dominus noſter dominium habet rerũ Eccleſiarum, non Prælatus. *Innocent. in cap. cum ſuper, n.3. de cauſ. poſſ. & propriet. Tiraquell. de iure conſtituti, par.3. limit.16. n.3.* & quæcumque homines offerunt Eccleſijs, Deo dicuntur oblata. *Afflict. deciſ.361. num.23.*

Et propterea Eccleſia, quæ nunquam deſijt poſsidere, non poteſt habere ſe pro ſpoliata, ſicut nec poteſt pupillus poſſeſsionem perdere. *Bar. in l.1. §. ſi vir vxori, ff. de acquir. poſſ. Caput. deciſ.182. n.8. par.3. Rot. diuerſ. deciſ.226. par.6. n.25.*

Imò ſi Rector agens proprio nomine in poſſeſſorio, haberet ſe pro ſpoliato, nihilominus poſſet idem Rector nomine Eccleſiæ petere manutentionem. *Seraph. deciſ.1417. n.3. adden. ad Gregor. deciſ.240. in fin.* qui referunt latè dictum fuiſſe in *Theatina iuriſdictionis Sancti Ioannis coram Coccino*, & quando Eccleſia, vel dignitas eſt in poſſeſsione, & agitur nomine Eccleſiæ, ea debet manuteneri. *Coccin. deciſ.490. nu.2.* Sic quando dignitas, vel Eccleſia eſt in quaſi poſſeſsione, libere conferendi aliquod beneficium, tunc in ea ſucceſſor debet manuteneri. *Rota in recent. par.11. deciſ.326. n.1. & deciſ.623. n.2. par.2.*

Sed an ſucceſſori in beneficio, ſeu Prælatura, ſit danda manutentio quoad illa bona, quæ mortuo Prælato fuiſſent ab alio occupata? Rota alias cenſuit quod non; quaſi quod ciuilis poſſeſsio Eccleſiæ non ſufficiat pro manutentione ſucceſſoris, & ſic pro interdicto vti poſsidetis; ſed ſolum proſit pro interdicto vnde vi, & ſic pro recuperatione poſſeſſionis, vt in *deciſ.390. par.1. diuerſ. n.3. Canal. deciſ.209. n.1.* ſed poſtea declarauit, quod quamuis in dicto caſu competat interdictum vnde vi reſpectu naturalis poſſeſsionis, & pro illius recuperatione, quando ſucceſſor agit nomine proprio, non tamen ſequitur, quod ſucceſſor nõ poſsit nomine Eccleſiæ, & vigore ciuilis poſſeſsionis, illius petere manutentionem, vt ſic ſenſus ſit, quod qui occupauit, & turbauit Eccleſiam in naturali poſſeſsione, reſtituendo illam deſiſtat à turbatione, & occupatione, & ſucceſſor manuteneatur in ciuili poſſeſsione Eccleſiæ, vt multis rationibus, & argumentis firmauit *Rota* nouiſsimè in vna *Colimbrien. præſtimon. de anno 1631. & 1632. coram Reuerendiſsimo*

D. Dunozetto, vt in *deciſ.* 78. *&* 139. *par.* 6. *diuerſ.* & mox de anno 1635. coram *Reuerendiſſimo D. Coccino*, vt in *deciſ.* 226. *eadem par.* 6. *diuerſ.* vbi vide reſponſiones ad prædictas deciſiones contrarias.

Decretum. *D. N. petijt, & obtinuit, vt ſupra, niſi infra tres, cum intimatione.*

Prædictis adde, quod mandatum de manutenendo, quia petitur incidenter pro ordinatione iudicij, vt ſciatur quis rei partes ſuſtinere debeat; ideo peti poteſt, & concedi in qualibet inſtantia. *Caſ. de Graſſ. deciſ.* 4. *de cauſ. poſſ. & propr. Caual. deciſ.* 228. *n.* 5. & ſic nedum in prima, ſed etiam in ſecunda inſtantia. *Greg. deciſ.* 365. *n.* 3. & etiam in tertia. *cap. cum teneamur, de appell. Seraph. deciſ.* 299. *num.* 2. *&* 3. atque in gradu reſtitutionis in integrum. *Gregor. deciſ.* 458. *n.* 8. necnon in gradu nullitatis, quæ durat 30. annis, vt in *Papien. bonorum* 4. *Decembris* 1612. *coram Cardin. Verospio ſen.* apud *Marcb. ſ. de commiſſ. par.* 1. *pag.* 984.

Decretum. *D. N. petijt, & obtinuit, vt ſupra, niſi ad p. d. cum intimatione.*

Formula Septima.

Ad videndum aſſociari.

Citetur D. N. ad videndum infraſcripto inſtanti concedi familiam, ſeu executores Curiæ, qui eum aſſocient in apprehenſione poſſeſſionis domus ſibi venditæ, & mandatum de aſſociando, & aliud quodcumque deſuper neceſſarium, & opportunum decerni, & concedi ad p. d.

Hæc citatio fit coram A. C. qui habet propriam familiam, & quando in actis eſt rogatum inſtrumentum, nulla opus eſt productione; ſed quando eſt rogatum extra acta cauſæ, debet produci citata parte, eoque producto fit prædicta citatio; qua relata Iudex decernit, & relaxat mandatum, niſi ad p. d. cum intimat. vt per *Saluſt. Tiber. lib.* 1. *cap.* 55. *n.* 1. *& ſequen.*

Sed quando aſſociatio petitur in Rota, productis iuribus, diſputatur Dub. An ſit dandum mandatum de aſſociando; & quando eſt dandum ſit citatio hoc modo.

Digitized by Google

Citetur D.N. ad videndum mandari aſſociari infraſcriptum inſtantem ad poſſeſſionem infraſcriptorum bonorũ iuxta formam inſtrumenti in actis producti, mandatumq. de aſſociando, & aliud quodcumque deſuper neceſſarium, & opportunum decerni, & relaxari ad p. d. inſtan.

Ad videndum mandari. Quia Rota non habet propriam familiam, vt eam concedere poſſit, ideo non dicitur ad videndum concedi familiam; ſed ad videndum mandari aſſociari; quia Rota mandat omnibus Iudicibus, & eorum executoribus vniuerſaliter, vt exequantur ſua mandata.

Aſſociari, &c. Ad poſſeſſionem ſcilicet, tunc quando actor intendit corporalem realẽ, & actualem poſſeſſionem propria authoritate apprehendere, ex lege conuentionis, quod ad euitandum tumultus, & rixas, ſecurius, & quietius facit, aſſociantibus executoribus: & ita executores in executione mandati de aſſociando, non inducunt, nec immittunt in poſſeſſionem vti executores; ſed cum principali ſe iniungunt tanquam ſocij.

Licet enim nemo propria authoritate poſsit ſibi ius dicere. *l. vnic. C. ne quis in ſua cauſa iudicet*, ſed Iudicem debeat adire. *l. extat, ff. de eo, quod met. cauſ.* ex pacto tamen, & conuentione creditor poteſt ingredi poſſeſsionem naturalem propria authoritate. *l. creditores, C. de pignor.* vbi *Bart.* tàm in prima, quàm in ſecunda lectura; non tamen poteſt proprio arbitrio res ſibi obligatas auferre. *l. pen. C. de pign. act.*

Tunc autem creditor ex pacto dicitur habere facultatem apprehendendi poſſeſsionem propria authoritate, vel quando debitor illi dedit licentiam ingrediendi poſſeſsionem abſque mandato Iudicis; Venditor enim, qui debet rei venditæ poſſeſsionem emptori tradere. *l. 2. & 3. ff. de act. empt.* loco huius traditionis dat huiuſmodi licentiam ingrediendi, per quam non transfert poſſeſsionem, neque naturalem, neque ciuilem, ſed ipſe in omnimoda poſſeſsione remanet.

Item quando venditor, vel alius, qui rem debitam non tradit; ſed conſtituit ſe illam tenere, & poſsidere nomine emptoris, donec poſſeſsionem actualem acceperit, dicitur dare facultatem ingrediendi propria authoritate, quod enim nomine meo poſsideo, poſſum & alieno nomine poſsidere, nec enim muto mihi cauſam poſſeſsionis, ſed deſino poſsidere, & alium poſſeſſorem miniſterio meo facio, nec idem eſt poſsidere, & alieno nomine poſsidere, vt dicitur in *l. quod meo, ff. de acq. poſſ.* conſtitutum eſt enim fictus modus transferendi poſſeſsionem in

Digitized by Google

aliũm; de quo plenè tractat *Tiraq. de iure conſtituti poſſeſſorij*, ſed an per hanc licentiam datam emptori liberetur venditor à traditione, vide *Tiraq. in eodem tract. par. 1. n. 7. & ſequen.*

Pacto autem precarij transfertur poſſeſsio naturalis, non ciuilis. precarium enim eſt, quod precibus petenti vtendum conceditur, tandiu quandiu is, qui conceſsit, patitur; & eſt genus liberalitatis deſcendens ex iure gentium, & differt à donatione, quia donans ſic dat, ne recipiat: at qui precario concedit, ſic dat, quaſi tunc ſit recepturus, cum ſibi libuerit precarium ſoluere, & eſt ſimile commodato: nam, & qui commodat ſuam rem, ſic commodat vt non faciat rem accipientis; ſed vt permittat ei vti re commodata ad certum opus, vt eſt *tex. in l. 1. ff. de precar.* nec transfert poſſeſsionem, ſiue ciuilem, ſiue naturalem in cõmodatarium. Rei enim commodatæ, & poſſeſsionem, & proprietatem retinemus, vt dicitur in *l. rei commodatæ, ff. commod.* Nota tamen, quod conſtitutum, vel eſt ſimplex, vel mixtum cum pacto precarij, quandoq; eſt ſimplex, transfert vtramque poſſeſsionem naturalem, & ciuilem; ſed quando eſt mixtum, non transfert naturalem, ſed ſolam ciuilem. *Bart. in d. l. creditores in ſecunda lectura, num. 11. & 12. Tiraq. in d. tract. de iur. conſtit. n. 4. vſque 16.* vbi ponit alias differentias inter vtrumque conſtitutum ſimplex, & mixtum.

Qui igitur habet ad ſui fauorem, vel pactum ingrediendi, vel conſtituti, vel precarij, is quando debitor non vult tradere poſſeſsionem naturalem, actualem, & corporalem, vel creditorem impedit illam intrare; poteſt petere à Iudice mandatum de aſſociando, quod nil aliud importat, niſi vt Iudex mandet executori, vt volentem propria authoritate ingredi poſſeſsionem vigore pacti illum aſſociet, ne illi inſultus, nec vis fiat. *Bart. in d. l. creditores, in ſecunda lectura, quæſt. 4. in princi. n. 19. verſ. prædicta vero, C. de pignor. Rot. in recent. par. 1. deciſ. 338. n. 1.* Cuius mandati formam poſuit *Saluſt. Tiber. in praxi lib. 1. cap. 55. ſub. executi. clauſ. conſt. n. 4. & lib. 4.* in verbo *mandatum de aſſociando*, & hoc mandatum de aſſociando videtur magis importare defenſionem, quàm occupationem. *Bart. d. n. 19. verſ. erit ergo, C. de pign.*

At ſi peteret ſe induci, vel immitti in poſſeſsionem per Iudicem, non autem aſſociari per familiam, ſibi præiudicaret, quia ſic relinqueret viam facti, & eligeret viam iuris, qua electa non poſſet amplius ad viam facti recurrere ex pluribus congeſtis per *Gabr. de act. concluſ. 4. n. 17.* nec amplius poſſet obtinere aſſociationem, ſed per Iudicem deberet immitti in poſſeſsionem tanquam in eum ex pacto non translatam, & tanquam ingrediendi licentia ſibi à parte non data, & opus eſſet à Iudice obtinere iudiciale decretum ſeruatis ſeruandis. *Tiraq. in d.*

tract. de iure conſtit. par. 1. n. 39. Neguſ. de pignor. 4. part. princ. n. 24. qui ait, quod Iudex poteſt adiri ſuper d. pacto ingrediendi duplici modo, petendo ſe immitti, & induci in poſſeſſionem, quo caſu requiritur qualis qualis petitio, redacta in ſcriptis, quæ concludat ad implorationem eius officij. Altero modo petendo ſibi dari familiam, & aſſociari, vt poſſit ingredi propria authoritate, ad euitandum rixas, & hoc caſu nulla petitio, neque ſcriptura requiritur, adde *Galleſ. de obligat. Cameral. quæſt. 37. n. 41.*

Ad poſſeſſionem infraſcriptorum bonorum iuxta formam inſtrumenti in actis producti. Videndum etenim, & conſiderandum eſt per Iudicem, quale pactum inſtrumentum contineat, cuius formam nec Iudex; neque executor debet excedere. *l. 1. ff. de pactis, l. exempto, ff. de act. empt.*

Mandatumque de aſſociando, &c. Iſtud mandatum poteſt dari non ſolum contra ipſum obligatum, & ſe conſtituentem; ſed etiam contra eius hæredem vniuerſalem, ſiue poſſeſſionem habeat, ſiue dolo fecerit quominus haberet, vel ad ſe perueniret. *l. quæſitum, §. fin. ff. de prec.*

Imò etiam contra ſingularem ſucceſſorem, & tertium poſſeſſorem. *Tiraquel. in d. tract. de iure conſtit. par. 1. n. 43. Duran. deciſ. 49. n. 7.*

Sed quod plus eſt dicunt Doctores, quod aſſociatio poteſt concedi ſine citatione partis, & ſine cauſæ cognitione, & ſufficere, quod Iudici oſtenſum fuerit inſtrumentum. *Galleſ. de obligat. Camer. d. quæſt. 37. n. 41.* qui *n. 42.* ſubiungit, quod ſi debitor habet aliquam exceptionẽ, poteſt præuenire obtinendo inhibitionem, ne audeat ingredi, niſi ipſo citato, & audito. prædictis adde *Cenc. de cenſ. par. 2. cap. 2. quæſt. 5. art. 5. num. 15.*

Sed diſtingue, aut creditor ad ſui fauorem habet ſolum pactum ingrediendi propria authoritate; & tunc cum nulla in eum ſit tranſlata poſſeſſio, ſed remanſerit penes venditorem, ſi vult vti pacto, debet venditorem poſſidentem citare, ſi illi poteſt competere aliqua defenſio, vel dubitari poteſt an competat. tunc vti poſſeſſor debet citari non obſtante pacto. *cap. licet Epiſcopus, de præben. in 6. cap. in litteris, de reſtit. ſpol. Mant. deciſ. 194. n. 5. & 6.* & dixi latius in d. *tract. de citat. to. 1. cap. 8. à n. 142. vſque 149. vbi vide.*

Aut habet ſimplex conſtitutum, tunc cum ipſe ſit ſolus poſſeſſor, non tenetur citare eum, qui conſtituit ſe nomine illius poſſidere, & in eum tranſtulit omnem poſſeſſionem, tàm ciuilem, quàm naturalem, iuxta ſuperius dicta, quia nullum habet ius contradicendi.

Aut

Aut habet conſtitutum mixtum, & retenta ciuili naturalem poſſeſſionem precario conceſſit eidem venditori, quod cùm pro libito ſuo poſſit reuocare, *d. l.* 1. *ff. de precario*, neque tunc habet neceſſe citare ipſum conſtituentem, tanquam carentem omni defenſione, & non valentem contradicere aſſociationi, iuxta ea, quæ dicta ſunt in *tract. de citat. tom.* 1. *cap.* 8. *n.* 16. *vſque* 22.

Sed ſi vigore conſtituti, ſiue ſimplicis, ſiue mixti, agendum ſit contra tertium poſſeſſorem, ille venit citandus, cùm agatur de eius intereſſe, & præiudicio. *l. de vnoquoque, ff. de re iud.* vel ſaltem dubitari poteſt, an illi defenſio competat, & an aliquid liquidandum ſit, & an habeat cauſam à debitore, vel non. *Neguſ. de pign.* 4. *par. princ. n.* 21. *concluſ.* 11. *Chart. in deciſ. Rotæ cauſ. exec. Gen. deciſ.* 12. *n.* 5. *Afflict. deciſ.* 326. *n.* 2. & ibi *Vrſil. n.* 1.

Et is, qui poſſidet, quando agitur de eo amouendo, debet omnino citari. *l. fin. C. ſi per vim, vel al. mod. cap. licet Epiſcopus, de præben. in* 6. ibi *non debebit se non vocato (cùm ſibi forſan ius poſſit competere retinendi) in poſſeſſionem ipſius corporalem inducere*, & dixi in *tract. de citat. tom.* 3. *cap.* 15. *num.* 143. *vſque* 147.

Nec dicatur, quod ſtante prædicto conſtituto nullum ius poteſt cōpetere tertio poſſeſſori; quia imò poteſt opponere contra inſtrumentū, vel quod ſit falſum, ſeu non in forma probanti. Item contra pactum, vt non potuerit apponi, tanquam in re aliena, item contra perſonam actoris, vt non poſſit agere ex contractu, quem non impleuit, & ſimilia, & ita quicquid dixerint alij videtur neceſſaria citatio contra tertium, & cum hæc ſit materia. *l. creditores, C. de pign.* plenius vide *Bar. in prima, & ſecunda lectura, & alios, & Neguſ. d.* 4. *par. principali, n.* 21. *concluſ.* 11.

Et aliud quodcumque deſuper neceſſarium, & opportunum decerni, & relaxari. Vtilis eſt hæc alternatiua petitio, quia ſi quis accepiſſet poſſeſſionem vigore mandati de aſſociando, quod fortè non competeret, poſſet ſuſtineri poſſeſſio vigore mandati de immittendo, vel alterius neceſſarij, & opportuni, alternatiuè in citatione petiti, & in decreto conceſſi. *Rot. diuerſ. deciſ.* 257. *n.* 2. *par.* 1. & ita Rota voluit, vt in *Romana de Nocebiellis* 26. *Iunij* 1624. *coram Vbaldo Seniore*, & in *Reatina iuris redimendi*, 28. *Decembris* 1628. *coram Cardinali Veroſpio*, quæ eſt *deciſ.* 247. *inter impreſſ. poſt tract. Poſthij, de manuten. n.* 7.

For-

Formula Octaua.

Ad terminos ſubſtantiales in Commiſſarijs, & in ſummarijs in prima inſtantia.

Citetur D. N. exaduerſo procurator D. N. exaduerſo principalis, ad dicendum contra commiſſionem, & libellandum, ad p. d. articulandum ad octauam, dicendum contra articulos, producendum omnia, & dicendum contra producta, ad ſecundam, necnon declarandum, & iurandum de calumnia, in terminis ſubſtãtialibus, ad p. d. inſtan. &c.

Ordo Iudiciorum eſt, vt citetur pars, & ſubſtantialia iudiciorum ſeruentur, aliàs ſententia lata contra ſolitum ordinem iudiciorum non valet. *l. prolatam, C de ſentent. & interlocut. omn. Iud.* Quæ ſint ſubſtantialia iudiciorum, ponit *gloſſ. ibid.* & dixi latè in *tract. de citat. tom. 3. cap. 15. verſ. de actibus, qui ſiunt ad ordinandum iudicium, n. 63.* quæ omnia non ſeruantur in Curia, vbi non datur libellus, nec lis conteſtatur, neque concluſio fit in cauſa, ſed ſeruantur termini ſubſtantiales, illique reiterantur, hoc eſt dantur dilationes pro illis actibus, licet non fiant.

Author huiuſmodi ſeruationis terminorum ſubſtantialium fuit Vrbanus V. vt celerior finis litibus imponeretur. *Rot. in nou. deciſ. 2. de reſcript.*

Et Martinus V. declarauit, quanta pro illis danda eſſet dilatio, ſiue in prima, ſiue in ſecunda, ſiue in tertia inſtantia, vt in ſua Conſtitutione, quam edidit pro reformatione Rotæ, & Curialium, *quæ eſt Conſtitutio 5. in Bullar. nou. tom. 1. fol. 255.* & dixi latius in d. *tract. de citat. tom. 3. cap. 15. n. 94.*

Innocentius VIII. ad tollendas diſputationes, an termini ſubſtantiales eſſent benè ſeruati, vel ne; ſtatuit, vt Auditores Rotæ ad reiterationem terminorum nulliter, vel male obſeruatorum, partes, ſeu colligitantes, eorumue procuratores admittant, vt in eius *Conſtitutione 13. §. 5. in Bullar. nouo lib. 1. fol. 386.*

Quam facultatem reiterandi terminos ſubſtantiales, Pius IV. extendere voluit ad quoslibet alios Iudices Curiæ Romanæ, vt in *ſua Conſtitutione 59. in Bullario nouo lib. 2. fol. 85.*

Et ita cum duplici citatione in Curia ordinatur quodcumque iudicium, ſiue ſummarium, ſiue ordinarium, vna ad terminos ſubſtantiales,

les, altera ad reiterationem, quæ fit inſimul cum citatione ad ſententiam.

Conueniens fuit, vt Summi Pontifices curauerint lites hoc inuento abbreuiare; non autem conueniens fuiſſet ita agere, vt ordo iudiciarius exularet à Curia Romana, quæ fuit illius auctrix; ſunt enim omnia iudicia formalia de iure ciuili Romanorum, quod eis ordinem præſcripſit, & formam. *§. 1. inſtit. de obligat. in princip. Bal. in l. ex hoc iure, ff. de iuſt. & iur. in princip. & n. 11. circa fin.*

Et quod tanquam in compendium vnica, ſeu bina citatione ſeruetur ordo iudiciarius, & ſtatuantur tot dilationes, vtile eſt ad euitandum maiores expenſas, ad *tex. in cap. frequens, de reſtit. ſpoliat. in 6.* & ne alias Iudici curreret tempus terminusue inſtantiæ. *Iaſ. in l. properandum. n. 14. C. de iudic.*

Neceſſariò igitur in Curia ſunt ſeruandi termini ſubſtantiales, hoc eſt ſunt dandæ prædictæ dilationes ad actus ſubſtantiales iudiciorum, tum ex prædictorum Summorum Pontificum Conſtitutionibus, tum etiam ex diſpoſitione iuris communis, quod inter actus ſubſtantiales omnino requirit dilationem: cùm ſpacium inſtructionis exhibendæ poſtulatum, dari conueniat, vt dicitur in *l. 1. C. de dilat.* & dictum eſt in *d. cap. 15. n. 84.*

Adeout ſententia lata non ſeruatis terminis ſubſtantialibus nulla omnino remaneat. *Rot. in nou. deciſ. 2. n. 1. de reſcript. Bellam. deciſ. 27. Caſſad. deciſ. 8. n. 6. eodem tit. de reſcript.* impoſſibile enim eſt, vt aliquod ſubſiſtat ſine ſubſtantia, iuxta *tex. in cap. tua nos, de ſponſal.* & in *l. cum precario, ff. de precar. Mantic. deciſ. 254. n. 1. & 2.*

Quæ nullitas non cenſetur reiecta per Conſtitutiones Pij IV. & Clem. VIII. qui reijciunt omnes nullitates, niſi ſint ex tribus, videlicet ex defectu iuriſdictionis, citationis, & mandati; quia dum pars non fuit citata ad terminos ſubſtantiales ſine dubio nullitas eſt ex defectu citationis, & vlterius prædictæ Conſtitutiones non ſuſtinent actum nullum ex defectu formæ ſubſtantialis, & ſolemnitatis non ſeruatæ. *cap. cùm dilecta,* & ibi *Doct. de reſcript. Felin. in cap. quoniam frequenter, n. 17. vt lite non conteſt. Rot. deciſ. 59. n. 2. poſt Statil. de Salu. & Rot. deciſ. 18. n. 10. poſt Picum ad Sta. Vrb. Mantic. d. deciſ. 254. n. 4.*

Hinc dicitur in *cap. in cauſis, de ſentent. & re iudicat.* quod *in cauſis, quæ Summi Pontificis iudicio deciduntur, ordo iuris, & vigor æquitatis, eſt ſubtiliter obſeruandus; cùm in ſimilibus caſibus cæteri teneantur ſimiliter iudicare.*

Et propterea nequeunt delegati Papæ peruertere iuris ordinem: imò ſi verba reſcripti viderentur eſſe contra iuris ordinem, non tamen

recedi

recedi deberet à iure. *cap. exhibita*, iunct. gl. *ff. in verbo peruertendo, de iudicijs*, & vbi contraria voluntas Papæ non appareret, delegatus debet iuris formam ſeruare. *cap. ex parte, il 2. de off. del gat.* & reſcripti ordo interpretationem recipit à iure communi. *cap. cauſam quæ, de reſcript.* & ex his, quæ in ordinarè ſunt acta, non poteſt ordinabiliter agi, dicitur in *cap. qualiter, & quando, de acc. ſ t. il 1.*

Atque ſi Papa in Curia committeret, vt procederetur nullis ſeruatis terminis ſubſtantialibus, ſola facti veritate inſpecta, non tamen poſſent omnes termini, qui ſunt neceſſarij, & ſubſtantiales, omitti. Sed vt verba reſcripti aliquid operarentur ad *tex. in cap. in his, in fine, de priuileg.* & in *cap. ſi Papa eodem tit. de priuil in 6.* poſſet Iudex abbreuiare terminos ad articulandũ, dicendum contra articulos, producendum omnia, & dicendum contra producta, & reliquos tres non omnino neceſſarios omittere, videlicet ad libellandum, ad declarandum, & iurandum de calumnia. *Rot. in antiq. deciſ.* 15. *de reſcript.* & in *nou. deciſ.* 2. *eodem tit. nu.* 4. *in fin.* quod ſi omnes ſeptem omitteret, ſententia eſſet nulla. *Caput. deciſ.* 249. *par.* 3. vltra ſuperius allegata. *Rot. deciſ.* 605. *n.* 1. *par.* 2. *recent. Seraph. deciſ.* 273. *n.* 1. Secus ſi aliqui omitterentur. *C. ſſ ad. deciſ.* 2. *n.* 1. *de iudic.*

Poſſent tamen in totum omitti ſi Papa committeret, quod præfixo termino, ad vlteriora procederetur: quia loco terminorum ſubſtantialium ſufficeret illa præfixio termini vigore commiſſionis. *Caput. deciſ.* 250. *n.* 6. *par.* 3.

Iudicium quoad ordinem, triplex eſt; ordinarium, ſummarium, & executiuum, quæ inter ſe non diſtinguuntur ratione citationis, ea enim requiritur in quouis iudicio. *l.* 1. *ff. de in ius voc.* §. *fin. inſtit. de pœna tem. litig.* & planè dictũ eſt in *tract. de citat. tom.* 3. *cap.* 15. *n.* 64. *vſque* 74.

Nec diſtinguuntur ratione cauſæ cognitionis, quæ pariter in quolibet iudicio adhibenda eſt. *l. ſed ſi hac*, §. *pretor, ff. de in ius voc. l. cùm hi*, §. *vult igitur*, & ibi *gloſſ. & Bart. ff. de tranſact.* & plura de hac re dicta ſunt *in eodem tract. de citat. tom.* 2. *cap.* 10. *n.* 139. *vſque* 169.

Neque tandem diſtinguuntur inter ſe ratione probationum; quia in omni iudicio partes debent probare, ſiue actionem, ſiue exceptionem propoſitam. *l.* 1. *C. de probat.*

Sed diſtinguuntur ratione dilationum: nam in ordinarijs ſunt longæ, in ſummarijs breues, in executiuis breuiores.

In Curia igitur in ordinarijs ſeruantur decem termini ſubſtantiales, hoc eſt dantur decem dilationes ſubſtantiales, ſcilicet ad dicendum contra commiſſionem, & libellandum, reſpondendum libello, conteſtandum litem, iurandum de calumnia, articulandum, dicendum contra

tra articulos, producendum omnia, dicendum contra producta, ad declarandum, qui contingens eſt, & iurandum de calumnia, vt in *Conſtit. 5. Mart. V. Vant. de nullit. ex defectu proceſſus, n. 16. & ſequen. Veſtr. in praxi lib. 1. cap. 4.*

In cauſis ſummarijs minores dantur dilationes, ſeruantur ſoli octo termini, ad dicendum contra commiſſionem, & libellandum, articulandum, dicendum contra articulos, producendum omnia, & dicendum contra producta.

In cauſis executiuis vigore obligationis Cameralis dantur quatuor dilationes, ad viden. extendi formam Cameræ, ad ſoluendum, ad docendum de noua conuentione, & calculandum.

In cauſis Mercatorum coram A. C. non ſeruantur termini ſubſtantiales, nec in cauſis aliorum, quando non excedunt ſummam 200. ducatorum, vt legitur *in eius facultatibus, §. 10.*

In cauſis executiuis vigore litterarum Apoſtolicarum dantur quatuor dilationes ad docendum paruiſſe, vt infra ſuis loco dicetur ſigillatim.

Citetur D. N. exaduerſo procurator D. N. Si ſeruantur termini ſubſtantiales cum procuratore, non habente legitimum mandatum, non valent, ſed ſanantur, ſi retenterentur citato legitimo procuratore. *Caſſad. deciſ. 8. in fin. de reſcript. Caput. deciſ. 149. n. 7. par. 3. Coccin. deciſ. 54. n. 1.*

Et in connexis, ſi ſunt ſeruati contra vnum, ſufficiunt contra alium. *Coccin. deciſ. 135. n. 2.* & termini ſeruati ab vna parte ſeruiunt etiam pro alia. *Rot. deciſ. 247. n. 12. poſt tract. Poſthij, de manut.* dilatio enim probatoria eſt communis vtrique. *l. petendæ, in fin. C. de temp. in integr. reſtit.* & ibi notat *Bald. Felin. in cap. prudentiam, de mut. pet. Maran. de ord. Iud. par. 6. actu 3. tit. de dilat. nu. 18. Veſtr. lib. 5. cap. 4. n. 4. Saluſt. Tiber. in prax. A. C. lib. 2. cap. 12. n. 6.* & hoc procedit in ſummarijs, & in beneficialibus; ſecus in prophanis, & vbi iuris ordo ſeruatur: quia in illis dilationes prius dantur Actori, deinde Reo ad *l. ſi quis, C. de except. Rot. in antiq. deciſ. 1. de dilat. Veſtr. lib. 5. cap. 4. n. 4.*

Ad dicendum contra commiſſionem. Seruatur hic terminus in Rota, & extra in cauſis commiſſarijs, & ſummarijs, iuxta *Clem. diſpendioſam, de Iud.* non autem coram A. C. nec coram alijs, quando non procedunt vigore commiſſionis. Et quatenus pars à principio cauſæ non fuiſſet citata ad dicendum contra commiſſionem, non fuiſſet firmata iuriſdictio, neque tributum illius exercitium, vt dictum eſt ſuperius in *hac tertia parte formula 1. ad dicendum contra commiſſionem*, & tali caſu ſi fuiſſent producta iura, & examinati teſtes, nulliter fuiſſent producta, & examinati.

Poſt-

Digitized by Google

Poſtquam vero fuiſſet ſeruatus hic terminus cum alijs ſubſtantialibus, tributum fuiſſet exercitium iuriſdictionis, & exinde acta facta valida eſſent; ſed ſi poſtea ſententia lata eſſet fundata ſuper probationibus, antea ſine exercitio iuriſdictionis factis, remaneret iniuſta, ex defectu probationis, vt per *Coccin. deciſ.* 319. *n.*8. adde, quæ dicta ſunt in *tract. de citat. tom.* 3. *cap.* 15. *n.*245. *vſque* 253.

Et ad libellandum ad p. d. Sicut iudicium ordinarium conſiſtere nequit ſine libello, ad effectũ vt reus conuentus poſſit deliberare, an velit cedere, vel contendere *l.* 1. *ff. de eden. l. libellorum, ff. de accuſat. l. edita, C. de edén.* ita nec poteſt iudicium ſummarium conſiſtere, ſine quali quali petitione, loco libelli. *Clem. ſæpè, de verborum ſignificat.* & propterea inter terminos ſubſtantiales iſte apponitur, vltra quod reſcriptum, ſeu commiſſio fungitur vice libelli. *Specul. in tit. de libell. concept. §. nunc dicendum, verſ.* 6. *& in tit. de probat. §.* 1. *in fin. Vant. de nullit. ex defect. proceſſ. n.*20.

Item monitorium in ſummarijs reproducitur loco libelli. *Oldrad. conſ.*244. *n.* 1. *Mandoſ. de monit. quæſt.*38. *n.* 3. *&* 4.

Atque loco qualis qualis petitionis habentur etiam articuli. *Rot. in nou. deciſ.*2. *de reſcript. n.* 1. & ibi *additio, in fine, Marant. in ſpec. par.*4. *diſt.*9. verſ. *& an Iudex ſit competens, vel incompetens, n.* 18.

Ad articulandum ad 12. Hic eſt terminus, ſeu dilatio, ad probandum per teſtes, & ideo longior eſt cæteris, & eſt neceſſario ſeruandus; nam reus interpellatur ad probandum, & ſeruit loco peremptorij, ſine quo in cauſa iudicari non poteſt. *l. & poſt edictum, ff. de Iud.* & ideo poſt illum rectè ſeruatum, non dantur ſpoliatori dilationes, qui illas ante petere debet. *Caſſad. deciſ.* 2. *de dilat. Rot. diuerſ. deciſ.*403. *lib.* 3. *par.* 3. *n.* 1.

Hic terminus debet ſeruari ad 12. iuxta prædictam Conſtitutionem Martini V. *Vant. de nullit. ex defect. proceſſ. n.* 57. *Veſtr. lib.* 5. *cap.* 3. *in princip.*

Alias ſi ſeruaretur ad primam non diceretur benè tentus: de qua re dictum eſt plenius in *tract. de citat. tom.* 3. *cap.* 13. *n.*674. *cum tribus ſeqq.*

Terminus ad articulandum in beneficialibus, & ſummarijs, datus vni cogit etiam alterum; ſed in profanis, & ordinarijs primo datur actori, nec reus compellitur per terminum datum actori, nam nõ compellitur reus donec actor probauerit ſuam intentionem. *l. ſi quidem, C. de except. Rota deciſ.*25. *de Iudic. & deciſ.* 1. *de dilat. in antiq.*

Ad dicen. contra articulos. Differt hic terminus à præcedente ad articulandum, ſicut reus ab actore: hic enim reſpicit reum, ille vero actorem, & in productione, ſiue iurium,

iurium, ſiue articulorum, dari debet dilatio ad contradicendum, ſeu impugnandum. *Bart. in extrauag.* ***ad reprimendum***, in verbo ***de plano***. *auth. offeratur, C. de lit. conteſt.*

Producendum omnia. Iſte terminus eſt neceſſarius, qui ſi omitteretur faceret proceſſum nullum. *Rot in antiq. deciſ.* 31. *de Iudic. Bellam. deciſ.* 317. *Rot. in Romana ſocietatis officij*, 3. *Iunij* 1577. *coram Blanchetto, apud Marcheſ. de commiſſ. fol.* 738. *par.* 1.

Et ſeruatur ad magis conuincendum reum, ne alias ſub ſpecie nouorum inſtrumentorum, res iudicatas reſtaurare facile prætenderet, ad *tex. in l. peremptorias, C. ſententiam reſcind. non poſ. & in l. ſub ſpecie, C. de re Iud.*

Et dicendum contra producta ad ſecundam. Iſte terminus pariter neceſſarius eſt; quia iura debent produci parte citata, vt ſupra dictum eſt *par. 2 form.* 1 quæ productio iurium, ſi non ſit facta ſub particulari citatione, poteſt fieri ſub hac citatione ad terminos ſubſtantiales: aduertendo tamen in primis, quod productio fiat ſub die 2. in qua iſte terminus cadit; alias ſi producerentur ſub die prima, productio remaneret tanquam non facta. *Caualer. deciſ.* 433. *n.* 1. aduertendo etiam, quod non fiat ſolum decretum pro ſeruatione terminorum; ſed etiam, vt quoad iura producta fiat decretum admiſſionis, ſi & in quantum; alias non haberentur pro admiſſis, cùm deficeret decretum: ſed ſi fuerit particularis citatio facta ad dicendum contra iura, & ea fuerint admiſſa, ſufficit: licet non fuerit in terminis ſubſtantialibus ſeruatus iſte terminus; quia fuit ſatisfactum menti legis, & pars antea particulariter citata, potuit contradicere, & facere ſuas defenſiones, nec habet de quo cõqueratur, & ſententia non corrueret. *Caſſad. deciſ.* 2. *n.* 1. *de Iud.*

Necnon declarandum. Declarandi ſunt articuli obiectiui, & criminoſi; quando dantur male ſpecificati, vt dictum eſt in *tract. de citat. tom.* 3. *cap.* 13. *n.* 385. ſic, qui daret articulos ad probandum adulterium, vel quodcumque aliud crimen in genere, niſi deſignaret, & declararet locum, & tempus, in quo, & perſonam cum qua delictum fuiſſet commiſſum, repelleretur. *l. libellorum, ff. de accuſat.*

Sic qui ſe opponit electioni, poſtulationi, vel prouiſioni, & articulat, datue obiectus contra formam electionis, vel contra perſonas eligentium, vel electorum, vel teſtium, debet articulos generales, & obſcuros, declarare iuxta *tex. in cap vt circa, de elect. in* 6. & in *Clem. Conſtitutionem, eodem tit. de elect.* & exprimere crimen, locum, tempus, & etiã diem, & horam, quando dies, & hora eſſent de ſubſtantia materiæ articu-

Digitized by Google

ticulatæ. *Bellam. deciſ.445. Rota in nou. deciſ.18. de teſtib.* & articuli merè obiectiui, ita ſpecificari debent, vt pars poſſit certificari, & teſtes deponere. *Rot. in nou. deciſ.1. de libelli oblat.* alias non ſunt admittendi. *Rot. in nou. deciſ.1. de ſequeſtr. poſſ. & fruct. n.2.*

Iſte terminus ad declarandum, prodeſt tantummodo illis, qui vtiliter, & validè articulauerint, licet non ita clarè, vt res exigebat; non autem eſt inuentus pro eis, qui nulliter, & inualidè articulaſſent, quia quod nullum eſt, declarari non poteſt. *Oldrad. conſ.*167. & dicitur *in practicabil. Rot. n.*88. poſt *Rot. diuerſ. par.*2. & hoc deducitur ex ſignificatione verbi declarandum, nam declarare non eſt aliquid de nouo facere, ſed quod factum eſt dilucidare, & explanare. *l. hæredes palam, §. quod vero obſcurius, ff. de teſtam. Rota in antiq. deciſ.*14. *nu.*3. *de teſtib.* ſic qui ex vuis, oliuis, & ſpicis, vinum, oleum, & frumentum, colligit nihil noui inducit: ſed ſolum detegit, quod prius erat, *l. adeo quidem, §. cum quis ex alieno, ff. de acq. rer. domin.*

Et iurandum de calumnia in terminis ſubſtãtialibus ad p.d.

Iſte terminus ſubſtantialis præfigitur non ſolum reſpectu eorum, qui vt ſupra tenentur obiectus male ſpecificatos declarare, nam declarationem facere debent præſtito iuramento calumniæ, quod credunt ea, quæ ſic exprimunt, eſſe vera, & ſe poſſe probare, vt dicitur in d. *cap. vt circa, de elect. in* 6. ſed etiam reſpectu aliorum, & totius cauſæ; actor enim debet iurare ſe non animo calumniandi litem mouiſſe; ſed æſtimando ſe bonam cauſam agendi habere, & reus pariter iurare debet, ſe putare habere bonam cauſam ſe defendendi, & excipiendi: & prout in *l. cum & Iudices, C. de iureiuran. propt. calum. dan.* vbi *gloſſ.* in verbo *inſtantia*, dicit caue, quia reus non debet iurare rem eſſe ſuam, vel ſe ignorare rem pertinere ad actorem; nam & ſi ſciat rem pertinere ad actorem, poteſt ſe defendere, vt poſſit agere de euictione, quamuis etiam confitendo, poſſet nihilominus agere, & probat in d. l.

Hoc iuramentum calumniæ eſt ex diſpoſitione iuris Diuini, non autem ciuilis, ſeu canonici, ideoque Iudex, non obſtantibus quibuſuis facultatibus, non poteſt illud omittere, alias decretum, ſeu ſententia eſt nulla, ſi fuerit petitum. *Bart. in extrauag. ad reprimendum, in verbo figura,* in verſ. *quam de calumnia. Put. deciſ.* 398. *per tot. lib.*2.

Sed ſi non fuerit petitum, cenſetur remiſſum, & ſine eo valet proceſſus. *Rot. in antiq. deciſ.*4. *de iuram. calum.*

Non tamen poteſt remitti expreſsè, nec valet conſuetudo de illo non præſtando. *gloſſ. in cap.*1. *§. propter, de iuram. calum. in* 6. *Mant. deciſ.*33. *num.*6. *&* 7.

K Si

Si igitur pars illud non petat, non eſt de ſubſtantia iudicij, vt præſte-tur. *Veſtr. in praxi lib.* 5. *cap.* 2. *n.* 3. & ibi *adden. n.* 11. ſed ſi fuerit petitum, & non præſtitum, non valet, ſiue ſit mandatum A. C. vigore obligationis Cameralis relaxatum. *Rot. poſt conſ. Farin. deciſ.* 149. *n.* 2. *lib.* 2. ſiue ſit ſententia alterius Iudicis. *Rot. in ant. deciſ.* 2. *de iuram. calumn.* etiam in ſummarijs, ne veritas occultetur. *Mant. deciſ.* 33. *nu.* 4. Nec quis excuſatur, etiam ſi antea reſpondendo poſitionibus iuraſſet de veritate dicenda. *cap.* 1. *§. quamuis, de iuram. calum. in* 6. & differt vnum iuramentum ab alio: quia iuramentum de veritate dicenda, non reſpicit totam cauſam, prout reſpicit iuramentum calumniæ. *Seraph. deciſ.* 1355. *num.* 4. & 5.

Et nullitas ob non præſtitum iuramentum calumniæ petitum attenditur, licet non ſit, ex tribus, quia concernit potius iuſtitiam, quam proceſſum. *Seraph. ibidem n.* 1. & deferri poteſt per Iudicem ex officio, in quacumque parte iudicij, etiam ante ſententiam, vt per *Doct.* in d. *cap.* 1. *de iuram. calumn. in* 6. *Seraph. d. deciſ.* 1355. *n.* 2.

Non tamen videretur hæc nullitas attendenda, quando ex actis conſtaret fundatam eſſe intentionem illius, qui de calumnia iurare noluiſſet. Sat enim eſſet ſi ex teſtibus, & iuribus excluderetur præſumptio calumniæ, iuxta *tex.* expreſſum in *cap.* 2. *de probat.* vide tamen declarationes datas per *Seraph. d. deciſ.* 1355. *n.* 6. & per *Mantic. deciſ.* 33. *n.* 8. quæ mihi videntur eſſe contra verba d. *text.* qui dicit non eſſe recurrendum ad ſuffragium iuramenti, & generaliter loquitur de iuramento, & ſe non reſtringit potius ad iuramentum veritatis, quàm calumniæ; ſed vim facit in probationibus factis, quæ ſi faciunt veritatē, multo magis excludunt calumniam, ad quam excludendam ſufficit putare ſe habere bonam cauſam, ſuper quo cogitandum puto.

Inſtan. D. N. principali, ſeu eius procuratore.

Termini ſubſtantiales per aſſertum procuratorem ſeruati; dummodo ante ſententiam producatur mandatum, ſunt bene ſeruati, vt per *Caſſad. deciſ.* 8. *de reſcr.* quod intellige verum, quando termini eſſent tenti ſimpliciter, vel nomine eorum quorum mandata producuntur; ſecus ſi nomine aliorum etiam coniunctorum, quia illi termini non poſſunt validari, etiam producto mandato ante ſententiam, vt per *Achil. deciſ.* 2. *de Iud.* & quando tertius longè poſt venit, licet non teneatur ſeruare terminos ſubſtantiales, quia primi iam ſeruati videntur ſufficere, tamen *Rot.* coram *Achil. deciſ.* 4. *de Iud.* dixit tutius eſſe, vt eos ſeruet, & non ſe ponat in anguſtijs.

Citatio ad terminos ſubſtantiales, non legitur per Notarium coram

Iudice, ſiue in primis, ſiue in ſequentibus inſtantijs, ſed idem Notarius notat, & extendit ex ſe ipſo decretum, hac forma.

Seruauit, vt ſupra in omnibus. Quæ pauca verba ita latè extenduntur in confectione regeſtri, vt plura folia impleant, prout in formulario terminorum; quæ tamen non eſt res inanis, neque negligenda, tanquam continens ordinem iudicij, & plus inficit iniuſtitia ex ordine, quàm ex cauſa; quia prima reddit ſententiam nullam, ſecunda vero iniuſtam. *Abb. in cap. cùm olim, col. penult. verſ. ſed in contrarium, de ſententia, & re Iud. V ant. de nullit. ex defect. proceſſ. n. 1.* ſi in regiſtro non extenderentur termini ad longum, non conſtaret ordinem iudicij fuiſſe ſeruatum, & ſententia eſſet nulla; ſicut ſi ex regiſtro non conſtaret de probationibus factis, & de adhibita cauſæ cognitione, ſententia appareret iniuſta, & lata contra ius partis, vt per *V ant. vbi ſupra n. 9. & ſequentibus.*

In reproductione citationis ad terminos ſubſtantiales, ſolet fieri repetitio omnium ſcripturarum per reproducentem, & per citatum ſolet opponi exceptio generalia contra.

In ſecunda, & tertia inſtantia in eiſdem cauſis commiſſarijs, & ſummarijs, fit eadem citatio ad eoſdem terminos, cum breuiori tamen dilatione; quia terminus ad articulandum in ſecunda inſtantia ſeruatur ad octauam, & in tertia ad ſextam. omnes vero alij termini, tam in ſecunda, quam in tertia inſtantia ſeruantur ad p. d. iuxta d. *Conſtit. 5. Martini V. in §. 21. in Bullario nouo tom. 1. fol. 255. qui in §. 22.* declarauit, ex dictis octo terminis ſolos quatuor eſſe omnino neceſſarios, ad articulandum, dicendum contra articulos, producendum omnia, & dicendum contra producta; ita quod vno omiſſo totus proceſſus reddatur nullus; omiſſio vero alicuius ex alijs quatuor dum maliciosè nõ fiat; ſed caſualiter, proceſſum non vitiet. idem refert *Vaſtr. lib. 5. cap. 1. per tot.*

Hic nota, quod quando in Rota commiſſa eſt cauſa in gradu appellationis, nihilominus debent ſeruari termini ſubſtantiales, prout in prima, vide *Rot. deciſ. 4. de appellat. in nou.*

In cauſis autem ordinarijs, & prophanis, in quibus proceditur in figura iudicij, decem ſcilicet termini ſeruantur, & cum longioribus dilationibus, vt ſupra, & ita ordinauit idem *Martinus V. in d. Conſtitut. 5. §. 23.*

Formula Nona.

Citatio ad terminos ſubſtantiales in ordinarijs iudicijs.

C*itetur D. N. ad dicendum contra commiſſionem ad p. d. ad libellandum ad octauam, reſpondendum libello, litem conteſtandum, & iurandum de calumnia, ad p. d. articulandum ad 15. diem, dicendum contra articulos, producendum omnia, & dicendum contra producta ad ſecundam, necnon declarandum, & iurandum de calumnia ad p. d.*

Citetur N. Ad ordinationem iudicij de iure ciuili, qui actus ſint neceſſarij diximus in *tract. de citat. tom. 3. cap. 15. verſ. de actibus, qui ſiunt ad ordinandum iudicium, n. 63. cum pluribus ſeqq.*

Ad dicendum contra commiſſionem. In Rota, & coram alijs Iudicibus commiſſarijs, ſeruatur hic terminus, & eſt ſubſtantialis, vt aduerſarius illam poſſit impugnare. *Rot. diuerſ. decis. 191. nu. 3. par. 3. lib. 3. Gregor. decis. 127. n. 1. & 137. n. 1. Coccin. decis. 319. n. 7.*

Ad libellandum. Sine libello conſiſtere nequit iudicium ordinarium, qui offertur, vt reus conuentus poſſit deliberare, an velit cedere, vel contendere. *l. libellorum, ff. de accuſat. l. 1. ff. de eden. l. edita, C. eodem.*

Reſpondendum libello. Iudices enim oportet in primis vtramque partem interrogare, ne quid noui addi deſiderent. *l. Iudices, C. de Iud.* & ideo reus citatur, vt petitioni, & libello actoris reſpondeat.

Litem conteſtandum. Lis tunc videtur conteſtata, cùm Iudex per narrationem negocij cauſam audire cœperit. *l. 1. C. de dilat.* & non per poſitiones, & reſponſiones ad eas; ſed per petitionem in iure, ſeu iudicio propoſitam, & reſponſionem ſecutam, fit litis conteſtatio. *cap. 1. de litis conteſtatione*, & eſt fundamentum iudicij, ſine qua omnia acta corruerent, & non poſſent recipi teſtes, neque ferri ſententia diffinitiua. *cap. 1. & tot. tit. vt lit. non conteſt.* & vbi agitur via ordinaria eſt terminus ſubſtantialis. Sed vbi agitur ſummariè,

& de

Digitized by Google

& de plano, ſine ſtrepitu, & figurâ iudicij, & etiam executiuè, non exigitur libellus, nec litis conteſtatio. *Clem. ſæpè, in princ. de verb. ſignific.* ſed quilibet primus actus, reſpiciens merita cauſæ, habetur loco litis conteſtationis, vtpucà quando actor produxit iura, & reus dixit generalia contra. *Seraph. deciſ.* 920. *num.* 2. & 3. cum adductis in *tract. de citat. tom.* 1. *cap.* 1. *n.* 22. *& ſequen.*

Et quando quis differt litem conteſtari, poteſt per Iudicem cogi, vel per detentionem perſonæ, vel per capturam pignorum, vel per excommunicationem: iudicium enim redditur in inuitum. *l. inter ſtipulantem, §.* 1. *ff. de verborum ſignificat. Maran. in Spec. par.* 6. *tit. de lit. conteſt.* 10. *membro Iud. n.* 9. & plures effectus litis conteſtationis enumerat *ibidem n.* 15. & in Curia, quomodo ſit procedendum ad excommunicationem, contra recuſantem in ordinarijs conteſtari litem, ponit *Veſtr. lib.* 5. *cap.* 4. *n.* 2. & quatuor citationes fiunt hoc modo.

Citetur N. ad conteſtandum litem primo pro prima dilatione ad p. d.

Citetur N. ad conteſtandum litem ſecundo pro ſecunda dilatione ad p. d.

Citetur N. ad conteſtandum litem, tertio pro tertia dilatione ad p. d.

Citetur N. ad conſtandum litem, quarto pro quarta, & vltima, & ſuperabundanti dilatione, alias videndum ſe excommunicari ad p. d.

Iſtæ quatuor dilationes habent vim peremptorij, ſine quo quis non redditur contumax. *l. contumacia, verſ. contumax, ff. de re Iud.*

Et etiam habent vim canonicæ monitionis, ſine qua quis non poteſt excommunicari. *cap. ſacro, de ſententi. excommunicat.*

Et iurandum de calumnia. Subauditur vitanda: non autem committenda, & poſt litem conteſtatam actor, & reus regulariter debent iurare de calumnia, non tamen ſtatim; ſed ſufficit in qualibet parte iudicij. *cap.* 1. *§.* 1. *de iuram. calum. lib.* 6. vbi *gloſſ.* in verbo *tacitè*, declarat, quod poteſt remitti tacitè, non autem expreſsè; & quilibet poteſt de calumnia iurare, ſiue per ſe, ſiue per alium. *cap.* 1. *de iureiur.* ſcilicet per procuratorem. *cap. cum cauſam, de iureiur.* Hinc Epiſcopus de calumnia iurat per ſe ipſum, propoſitis tantum Euangelijs, ſi per ipſum litigat; ſi vero per Syndicum, per illum

 pote-

poterit iurare. *cap. fin. de iur. calum.* In Romana Curia Procurator tenetur iurare, nedum in animam Domini; ſed etiam ſuam; cùm ipſe calumniare poſſit, ſicut Dominus. *Rot. in antiq. deciſ. 1. de iur. cal. & in nou. deciſ. 2. eodem tit.* nec excuſatur, licet principalis iurauerit. *Rot. deciſ. 1. in nou. eodem tit. de iur. cal.* & qui recuſat de calumnia iurare, quādo eſt requiſitus, ſi eſt actor, cadit ab actione, ſi eſt reus, habetur pro confeſſo, & conuicto. *cap. fin. §. fin. de iur. cal. Rot. in antiq. deciſ. 3. de iur. cal.*

Ad articulandum ad decimam quintam. Hic terminus, vt ſupra dictum eſt reſpicit ſolum actorem in prophanis.

Dicendum contra articulos ad ſecundam. Reſpicit ſolum reum.

Producendum omnia, & dicendum contra producta, necnon declarandum, & iurandum de calumnia.

De quibus vide, quæ ſuperius dicta ſunt de citatione in cauſis ſummarijs formula octaua.

In ſecunda inſtantia ijdem omnes termini ſeruantur in prophanis, excepto termino ad reſpondendum libello, & litem conteſtandum; quia offertur libellus, & lis conteſtatur ſolum in prima; non autem in alijs inſtantijs, terminus autem ad articulandum ſeruatur ad octauam, & reliqui omnes ad primam.

In tertia vero inſtantia ijdem omnes termini ſeruantur ad primam diem, ſed terminus ad articulandum ſeruatur ad ſextam. *Veſtr. lib. 5. cap. 4. per tot.*

Neceſſe eſt igitur in iudicijs in Curia terminos ſubſtantiales tanquā telam iudiciariam ſeruare. *Rot. deciſ. 18. in fin. poſt Pirum, de contract.* ad euitandam nullitatem exinde deſcendentem. *Seraph. deciſ. 273. n. 1.*

Sed inſuper ad alia vtile eſt; per terminorum enim ſeruationem ſanatur defectus citationis, quæ perſonaliter exequenda erat, & non niſi domi fuerat executa. *Seraph. deciſ. 858. n. 1.*

Et quando vna pars produxit ſuas probationes, & altera fuit negligens in producendo ſuas, non poteſt allegari defectus cauſæ cognitionis per eum, qui neglexit tranſportare, ad *l. properandum, C. de Iud.* ſed ad conuincendam hanc negligentiam, vel requiritur monitio Iudicis, vel ſufficit ſeruatio, vel reiteratio terminorum ſubſtantialium. *Caccin. deciſ. 135. n. 6. Rot. inter impreſſ. poſt Mangil. de ſubhaſtat. deciſ. 95. n. 15.*

Et quando ſunt producta iura, & ſeruati termini, licet nulliter, malè, & inculcate; tamen quia per Innocentianam poſſunt ſanari, cauſa dici-

dicitur inſtructa: itaut non poſſit, cenſeri auocata ſi non eſt clauſula commiſſionis auocationis, dummodo cauſa non ſit inſtructa. *Creſcent. deciſ. 1. de Iud.*

Et quando termini ſubſtantiales ſunt ſeruati, cenſetur actum via ordinaria, non autem executiua. *Seraph. deciſ. 855. n. 3.*

Et quando termini ſubſtantiales fuerunt ſeruati rectè in iudicio executiuo, ſi poſtea Notarius in extentione extendet terminos ſeruari ſolitos, in iudicio ordinario, cenſetur error Notarij, qui non nocet partibus. *Coccin. deciſ. 373. n. 10.*

Hic nota, quod termini ſubſtantiales non ſeruantur, vbi Iudex procedit ex officio, prout in criminalibus, & mixtis. *Rot. diuerſ. deciſ. 105. n. 1. par. 1.* & in cauſis attentatorum, & etiam in cauſis nullitatis, quando de ea agitur incidenter; ſecus vbi agitur principaliter. *Bellam. deciſ. 294. Caput. deciſ. 250. n. 3. par. 3. Rot. diuerſ. par. 2. in practicabil. Rota, de termin. & ſ. de qualit. n. 8.*

Et vbi adeſt commiſſio, quod præfixo termino, & eo elapſo procedatur ad vlteriora, non ſunt ſeruandi termini ſubſtantiales; ſed attendenda eſt forma commiſſionis. *Caput. deciſ. 250. n. 4. par. 3.*

Formula Decima.

Ad probandum, & probatum habendum.

Citetur N. ad videndum ſibi præfigi terminum peremptorium, ad probandum, & probatũ habendum quicquid vult, & intendit, per omne genus probationis ad p. d. inſtan. &c.

Citetur N. ad videndum ſibi præfigi terminum peremptoriũ. Requiritur hæc citatio, licet enim præfixio termini pendeat ab ordinaria iudicis poteſtate. *l. 1. C. de dilat.* tamen niſi cauſa cognita, & parte citata non poteſt Iudex dilationem concedere, vel negare. *l. ſi percedentes C. de dilat.* vide in *tract. de citat. tomo 3. cap. 15. pag. 649. n. 84.* at probationes non ſunt anguſtandæ. *l. ſi currens Magiſtratus. ff. de teſtib.* & quia litigantium calumnijs eſt occurrendum. *Clement. 1. de re Iud.* item fit hæc citatio, vt Iudex præfigat terminum peremptoriũ, qui ſcilicet perimat omnes dilationes, & non patiatur vlterius aduerſariũ tergiuerſari.

Ad probandum, & probatum habendum. Dato termino ad probandum, ſuffi-

-tit, vt teſtes iurent in termino, & poſſunt extra terminum deponere. *Bellam. deciſ.714. Rot. in nou. deciſ.13. n.4. de probat.* nam fides teſtis reducitur ad iuramentum. *l. ſi quando, C. de teſtib.* ſed quando additur, & probatum habendum, tunc requiritur, quod teſtes iurent, & deponant in termino, d. *l. ſi quando, in fin. Bellam. d. deciſ.714. n.1. & ſeqq. Marant. in Specul. par.6. act.3. nu.20.* vide latè in *tract. de citat. tom 3. cap.13. n.505.* talia enim verba ad probatum habendum, exigunt probationem perfectam. *Veſtr. lib.6. cap.2. ſub n.21. & adden. ad eum, n.60.* dixi in *tract. de citat. tom 2. cap.9. n.493.*

Iſte tamen terminus ad probatum habendum, licet excludat partem à probando poſt terminum; non tamen excludit Iudicē, quin ex æquitate poſſit, etiam poſt terminum eandem partem ad probandum admittere, & nouas probationes recipere; *cap. cùm Ioannes hæremita, circa finem, de fid. inſtrum. Soccin. regul.312.* in verbo *probatio*, verſ. *fallit, quia prædicta regula habet locum*, vide in *tract. de citat. tom. 3. cap. 13. num.379.* alias iniquum eſſet præcludere viam, ne aperiretur veritas. *Surd. deciſ 153. n.25.*

Quicquid vult, & intendit. Adduntur hæc verba, vt clarius tollatur omnis tergiuerſandi occaſio.

Per omne genus probationis. Plures probationum ſpecies ponuntur per Doctores, quas refert *Maſcard. de probat. quæſt.4. volum.1.* genus enim apud Iuriſconſult. ponitur pro ſpecie, & ideo dicitur in citatione per omne genus probationis, ad comprehendendum omnes probandi ſpecies, ſeu modos, qui enim omne dicit nihil excludit *gloſſ. in l. à Procuratore*, in verbo, *& omnem culpam, C. mandat.*

Decretum ita extenditur.

D. N. petijt, & obtinuit præfigi terminum vnius menſis, vt ſupra, cum intimatione.

Quæ intimatio eſt neceſſaria, quia dilatio, ſeu terminus, qui à Iudice præfigitur, non incipit currere, niſi à die ſcientiæ. *Seraph. deciſ.565. n.7.* & decretum factum cum intimatione, non afficit ſi intimatio nō reperitur facta. *Put. deciſ.174. lib.1 Gregor. deciſ.31. n.8.*

PARS

Digitized by Google

PARS QVARTA DE CITATIONIBVS DECISIVIS.

Formula Prima.

Ad ſententiam diffinitiuam in petitorio.

Citetur D. N. exaduerſo procurator D. N. exaduerſo principalis, ad videndum reiterari omnes, & ſingulos terminos ſubſtantiales, malè, nulliter, & inculcatè forſan tentos, in vim quarumcumque facultatum. deferri iuramentum in ſupplementum plenæ probationis, quatenus opus ſit, abſolui à cenſuris ad effectum, &c. necnon concludendum, concludendiq. videndum, & audiendum ſententiam diffinitiuam, ad p. d. inſtan. N. principali ſiue.

Citetur D. N. Nomen citandi eſſe clarè exprimendum dictum eſt in *tract. de citat. tom* 2. *cap.*9. *n.*206. *& ſequen.* & qui ſint citandi, vel non, dictum eſt in eodem *tract. tom.* 3. *cap.*14.

Ad videndum reiterari, &c. Hæc citatio eſt omnino neceſſaria; quia ſicut ſententia eſſet nulla, ſi termini ſubſtantiales non fuiſſent ſeruati. *Caſſad. d. deciſ.* 8. *n.* 10. *de reſcrips. Caput. deciſ.* 149. *n.*7. *par.*3. ita eſſet nulla, niſi reiterarentur, quando eſſent malè, vel nulliter, & inculcatè tenti; maximè quando eſſent ſeruati vnica citatione, & vnico contextu. *Rot. in recent. par.*1. *deciſ.*18. *n.*1.

Omnes, & ſingulos terminos ſubſtantiales, malè nulliter, & inculcatè forſan. Apponitur dictio forſan, nè alias citans videretur fateri nullitatem; dictio enim forſan nihil affirmat. *l. in ſubſtitutione, ff. de vulg. & pup. Ceſ. de Graſſis dec.*2. *num.*7. *&* 9. *de probat.* & quamuis aliquando ſtet aſſertiuè ſecundum ſubiectam materiam. *Rot. poſt conſ. Farin. deciſ.* 35. *n.*5. *par.*1. id tamen

eſt

eſt impropriè. *Rot. poſt eadem conſ. Farinac. par. 1. deciſ. 56. num. 11.*

Tentos. Neceſſarium eſt, vt termini fuerint ſeruati, licet nulliter, alias non poſſent reiterari. *Caput. deciſ. 149. n. 7. par. 3.* cùm reiteratio præſupponat ſubiectum reiterabile, ſicut confirmatio præſupponit ſubiectum confirmabile. *Mantic. deciſ. 254. n. 6.*

Et non dicerentur tenti, ſeu ſeruati, quando à die commiſſionis, ſeu introductionis cauſæ vſque ad diem reiterationis, non effluxiſſent tot dies iuridici, & non interceſſiſſent tot audientiæ, vt potuerint omnes termini ſeruari. *Seraph. deciſ. 515. n. 2. Gregor. deciſ. 156. n. 2.* & ibi *adden. num. 10.*

Et quando fuiſſent nulliter ſeruati; parte videlicet citata nulliter domi, tunc debent reiterari, & ſanari eadem parte perſonaliter citata. *Seraph. deciſ. 858. n. 1.*

Sed quando fuiſſent ſeruati, & reiterati termini, licet Iudex moreretur, non tamen eſſent de nouo ſeruandi, nec reiterandi coram Iudice ſubrogato. *Caput. deciſ. 261. par. 2.* quod verum eſt in Auditoribus Rotæ; nam quando coram vno Auditore fuerunt reiterati termini, & terminus ad ſententiam fuit habitus pro ſeruato, eo mortuo, vel impedito, poteſt ſubſcribi ſententia ab alio Auditore, abſque alia noua terminorum reiteratione, & citatione ad ſententiam. *Put. deciſ. 348. nu. 1. Rot. in nou. deciſ. 11.* & ibi *additio, de reſcript. Mandoſ. in regul. de annali, quæſt. 78. n. 2. Gonzal. regul. 8. gloſſ. 60. n. 76.* non autem in alijs Iudicibus; quia mutato Iudice, coram quo fuit facta citatio pro reiteratione, & ſententia, alter ſubrogatus non poteſt procedere, niſi parte de nouo citata. *Felin. in cap. quia G. ſub n. 4. in fin. de Iudic. Caſtren. in l. edictum, n. 2. ff. de Iud. Gabr. de citat. concluſ. 1. n. 34. Gonzal. regul. 8. gloſſ. 9. in annot. num. 61. & 133.*

Hic notandum venit, quod reus conuentus executiuè vigore obligationis Cameralis, vel alterius obligationis habentis executionem paratam, poſtquam ipſe docuit de bono eius iure, & vult abſolui; aduertere debet, quod idem Iudex, quandocumque à ſuo decreto, reponere poteſt: cùm decretum non tranſeat in iudicatum, quoad ipſum Iudicem. *l. quod iuſſit,* & ibi *Bart. & Alex. & alij, ff. de re Iud.* & ob id, quando etiam in iudicijs executiuis inclinant Iudices pro abſolutione Rei, libentius illum abſoluunt per decretum, quàm per ſententiam; nè alias vulnerent viam executiuam, in præiudicium, & damnum actoris: quando igitur Iudex inclinat pro abſolutoria per diffinitiuam, debet reus ſeruare, & reiterare terminos ſubſtantiales, non obſtante, quod iudicium fuerit cœptum via executiua; quia tunc ex parte rei proceditur via ordinaria, per cedulam abſolutionis, qua ratione ſunt ſeruandi

nandi termini ſubſtantiales prout in beneficialibus.

Et quamuis non fuerit tactum monitorium pro abſolutione, nihil tamen refert, quia reus in ſua exceptione dicitur actor, & eadem exceptio, quando eſt clara dicitur libellus Rei. *Iaſ. in l. ſicut autem, §. quod autem, n.2. ff. de tranſact. Saluſt. Tiber. in praxi lib.1. cap.51. n.8.*

In vim quaruncumque facultatum. Et Rota, vt dictum eſt ſupra, reiterat terminos ſubſtantiales vigore Innocentianæ. *Caſſad. deciſ.8. n.10. de reſcript. Gregor. deciſ.156. n.1.* Sed Auditor Cameræ reiterat vigore eius facultatum. *Seraph. deciſ.515. num.1. & 3. Gregor. deciſ.280. n.7.* & alij Iudices cõmiſſarij, vigore *Conſtit. Pij IV. Rot. in recent. deciſ.743. n.4. par.2.* & propterea vſu receptum eſt, vt in citationibus à quocumque Iudice petatur hæc reiteratio, in vim quarumcumque facultatum, abſque alia facultatis ſpecificatione; atque vt petatur etiam in eadem citatione, quæ fit ad ſententiam. *Caputaq. deciſ. 149. n.7. par.3. Gregor. deciſ.70. num.9.*

Deferri iuramentum. Hoc iuramentum ſuppletorium debet per Iudicem deferri parti petenti, quãdo prius ſemiplenè tantum probauit; & hoc fit etiam altera parte inuita. *l. in bonæ fidei, C. de reb. cred.* ſed peti debet, quia non poteſt per Iudicem deferri ex officio, nemine petente. *Bar. in l. admonendi, col. penult. ff. de iureiur.* & ibi *Angel. col.1.* ſed deferri poteſt etiam per partem, Iudice tamen approbante. *gloſſ. in d. l. in bonæ fidei, in verbo per Iudicem.* Verum quia multi ſunt caſus, quibus iuramentum deferri non poteſt, ideo citanda eſt pars, vt poſſit contradicere; alias dilatio foret nulla, & iuramentum nihil operaretur. *Capic. deciſ.35. n.3. adden. ad Marant. in Spec. par.6. actu 9. verſ. defertur aliquando iuramentum, n.11.* ſed in quibus caſibus non ſit deferendum, dictum eſt in *tract. de citat. tom.3. cap.15. ſub verſ. de probatione per iuramentum, an requirat partis citationem, n.116. & 117. & cap.13. verſ. de proceſſ. remiſſor. n.468.*

Abſolui à cenſuris ad effectum, &c. Hoc eſt ſi quibus eſſet innodatus, & ad effectum validitatis ſententiæ; quia alias excommunicatus audiri non debet agendo. *cap. decernimus, de ſent. excommunic. in 6. gloſſ. in cap. intelleximus, de Iud. Rot. in recent. par.2. deciſ.606. n.3.* Petitur abſolutio conditionaliter, nè petens videatur fateri ſe excommunicatum, quatenus nõ ſit, & ſicut abſolutio peti poteſt ad cautelam. *Cardin. in cap. perpendimus, ſub n.29. verſ. quæro an ad probandum, de ſent. excommunic. Rot. in recent. deciſ.534. n.9. par.1.* Ita etiam poteſt dari conditionaliter, ſi opus eſt. *Nauarr. in manuali cap.26. n.12.*

Et

Et peti debet, quia alias non debet quis inuitus ſine cauſa abſolui. *Aufrer. ad Cappell. Tholoſ. deciſ. 299. n. 4.* & citari debet pars: quia petitur à Iudice iudicialiter procedente. *Roman. conſ. 354. n. 3.* & de hac materia abſolutionis ab excommunicatione, plura alia dicta ſunt in *tract. de citat. tom. 3. cap. 15.* verſ. *de actibus ante iudicium, an exigant citationem, n. 9. & ſequen.*

In citatione ad ſententiam, quæ fieret coram Iudice laico, non poſſunt apponi hæc verba, abſolui à cenſuris, cum excommunicatio ſit actus merè Eccleſiaſticus, & ſicut laicus excommunicare nequit, ita nec abſoluere, cum par ſit ius ligandi, & ſoluendi. *cap. verbum, de pænit. diſtinct. 1. Caſſad. deciſ. ... ſuper. reg.*

Necnon concludendum, concludique videndum. Concluſio non fit in cauſis ſummarijs, & beneficialibus. *Clement. ſæpè, §. & quia, de verborū ſignificat.* de ſtylo tamen Rotæ ponuntur hæc verba in citatione, & ſeruatur, daturue terminus ad concluden. *Creſcent. deciſ. 3. de dol. & contum.* id quod non debet omitti. *Bellam. deciſ. 57.* & non concluditur de ſtylo Rotæ, niſi in ipſo actu ferendæ ſententiæ: de hac re latius dictum eſt in *tract. de citat. tom. 3. cap. 15. n. 92. & cap. 6. num. 1. & 5. uſque 14.*

Et audiendum ſententiam diffinitiuam. Non enim ferri poteſt ſententia diffinitiua, niſi vel parte præſente, vel legitimè citata; alias remanet nulla, etiam ſi eſſet lata per Principem. *Clement. paſtoralis, de re iudic. Clement. ſæpè, de verborum ſignifican.* & citatio debet eſſe ſpecifica ad audiendam ſententiam diffinitiuam. *cap. cum qui,* & ibi *gloſſ.* in verbo *audiendum, de dolo, & contum. lib. 6.* alias citatio eſſet incerta, & vaga, & ſententia non valeret. *gloſſ. in cap. ſi.* in verbo *indeterminatè, de reſcript.* vide plura in *tract. de citat. tom. 3. cap. 15. n. 197. & ſequen.*

Triplex enim eſt ſententia, quæ poteſt per Iudicem ferri, & per partem audiri. Alia eſt interlocutoria, Alia diffinitiua, & Alia declaratoria: de interlocutoria mera dictum eſt in d. *cap. 15. n. 193.* de diffinitiua, *num. 197. uſque 219.* & de ſententia declaratoria, *nu. 200. uſque* 238. vbi vide, & propterea citatio ad ſententiam debet ita concipi, vt citatus ſciat, quæ ſententia ſit ferenda; & vt citatio ſit clara, non autem ambigua. *gloſſ. in cap. cum contumacia,* in verbo *reſpondeat, de hæret. in 6.*

Ad p. d. Tempus in citatione neceſſario exprimendum eſſe dictum eſt in d. *tract. de citat. tom. 2. cap. 9. num. 473.* & terminus in citatione poſitus, quomodo debeat computari, dictum eſt eodem *tom. & cap. 10. n. 494.* citari poteſt nedum ad p. d. ſed etiam ad ſecundam, ſeu ad tertiam, & pro vltima Rota, ante ferias: imò, & ad hodie per totam,

quæ intelligitur pro hora audientiæ. *Seraph. deciſ.* 1115. *num.*2. *&* 3. ſed ſi citaretur ad p. d. & ſucceſſiuè pro alijs diebus, non valeret; niſi pro prima die: non autem pro alijs, tanquam ſpeciem ſeruitutis inducens. *Creſcent. deciſ.*11. *de dolo, & contum.* & ſententia non poteſt ferri in die, in qua non cadit citatio, nec ante, nec poſt, alias ſententia corrueret ex defectu citationis. *Gregor. deciſ.*546. *n.* 6. neque enim citatio facta pro vna die, poteſt ſeruire pro alia. *Rot. in recentiſſ. deciſ.*365. *n.*3. *par.*1. & ſententia debet ferri in ſcriptis ſub die qua cadit citatio; alias ſententia eſt nulla. *l.*2. *&* 3. *C. de ſent. ex breu. recit. cap. fin.* vbi *Franc. de ſent. & re Iud. lib.*6. *Rot. diuerſ. deciſ.*705. *n.*1. *par.*3. *lib.*3. & in *recent. deciſ.*46. *n.*1. *par.*1.

Et nullitas ſententiæ ex defectu citationis eſt omnino inſanabilis, vt dictum eſt in d. *tract. de citat. tom.*3. *cap.*13. verſ. *an & quando defectus, & nullitas citationis ſuppleri, ſanariue poſſit*, *n.*138. *vſque* 238.

Inſtante N. principali, ſiue eius procuratore. Alias ſententia lata nemine inſtante eſt nulla. *gloſſ. in l. properandum*, in verbo *trienniј*, verſ. *item nota, & in* §. *& ſi quidem*, verſ. *licentia, in fine*, & ibi *Iaſ. n.*5. *C. de Iud. Vant. de nullit. ex defectu iuriſdict. n.*121. *& ſeqq.* & de exprimendo nomine instantis, latè dictum eſt in d. *tract. de citat. tom.* 2. *cap.* 9. *nu.*270. *vſque* 395.

Hæc citatio in cauſis Rotæ, & alijs commiſſarijs debet fieri perſonaliter; alias ſententia eſt nulla. *Vant. de nullit. ex defectu citationis*, *n.*83. *& ſequen. Rota in recentiſſ. deciſ.*495. *n.*3. *par.*1. etiam coram A. C. quãdo procedit vigore commiſſionis. *Rota in Romana prætenſarum mercium coram Litta, apud Marcheſ. de commiſſ. par.*3. *fol.*96. De ſtylo autẽ, quando procedit iuxta ſuas ordinarias facultates, ſufficit citatio Domi. *Rot. in recent. deciſ.*644. *n.*5. *in fine, par.*1. Sed differentia hæc eſt; quia citatus perſonaliter, debet appellare infra decem dies, etiam quod ſententia non notificetur. *Caputaquen. deciſ.*130. *par.*3. & dicitur verus contumax. *Rot. deciſ.*2. *de dol. & contum. in nou.* citatus autem domi, poteſt appellare à die habitæ notitiæ. *Rot. in antiq. deciſ.*46. *de appellat.* & dicitur fictus cõtumax. *gloſſ. in l.*1. §. *fin.* in verbo *computandum, ff. quando appellandum ſit. l. ab eo, ff. quomodo, & quando Iudex. Rot. in nou. d. deciſ.*2. *de dolo, & cont. Veſtr. in praxi lib.*7. *cap.*3. *n.*21. & ibi *addeu. n.*51. *Vant. de nullit. ex defectu citat. n.*92.

Et quamuis conſtaret eum habuiſſe ſcientiam citationis; ſi tamen non conſtaret eum habuiſſe ſcientiam ſententiæ contra ſe latæ, nihilominus eſſet fictus contumax, & appellaret infra decem dies à die notificationis ſententiæ. *Felin. in cap. quoad conſultationem, n.*24. *de re Iud.*

Natt.

Natt. conſ.51. n.1. Lancellott. de attent. 2. par. cap.12. limit.50. num.158. & ſequen.

Et hoc procedit etiam in caſu, quo vel ſtatutum, vel ſtylus fori, vellet, vt ad ſententiam ſufficeret citatio facta domi. *Rota poſt conſ. Farin. par.1. deciſ.109. n.1. & ibi adden.*

Similiter impediens ſe citari, & doloſè latitans, non dicitur verus contumax, ſed fictus, & appellat à die habitæ notitiæ. *Boſſ. in tit. de mulcta, n.6. Maran. in ſpeculo, de contum. n.9. Rota deciſ.84. nu.18. poſt conſ. Farin. par.1.*

Sic etiam ille, qui antea non potuit citari perſonaliter, & ideo fuit citatus per edictum, dicitur fictus contumax, & appellat à die habitæ notitiæ. *Rot. in nou. deciſ.16. de dol. & contum. n.2.*

Sed de citatione perſonali, domi, per edictum ob non tutum acceſſum, per contradictas, per diligentias, vide in *tract. de citat. tom.1. cap.7. à num.211. vſque 346.* & de decreto citationis perſonalis, & perquiſitione perſonæ citandæ, & citatio in qua domo fieri debeat, & de citatione decernenda per edictum, & per contradictas, vide in d. *tract. tomo 2. cap.11. à num.227. vſque 406.* & de executione citationis in perſonam ad domum, ad Eccleſiam, per edictum ob non tutum acceſſum, vide in d. *tract. tom. 3. cap.12. à num. 159. vſque 234.* & de relatione citationis perſonalis ad domum, ad Eccleſiam, per edictum, ad loca publica: vide *ibidem à n.317. vſque ad 347.*

Citatio traditur Curſori: qui ſi illam executus fuit perſonaliter, facit in eius pede relationem abbreuiatè F. principaliter, die 5. N. hoc eſt, feci perſonaliter, die 5. menſis ſcilicet currentis N. Curſor. Si vero executus fuiſſet domi, facit relationem abbreuiatam F. dd. die, &c. hoc eſt feci domi dimiſſa copia die N. ſi vero diceret ſimpliciter feci, intelligeretur perſonaliter, & hoc de ſtylo, vt per *Rotam in recent. deciſ.561. n.14. in fine, par.1.* & relationi Curſoris creditur, tanquam de re ſpectante ad eius officium. *gloſſ. in cap. cùm parati,* in verbo *ſuus, in fine, de appellat. Bart. in extrauag. ad reprimen.* in verbo *per Nuncium, nu. 19. Vant. de nullit. ex defectu citat. nu.150. Rot. in recent. d. deciſ. 561. nu.14. par.1.*

Sed latius an, & quando ſit ſtandum relationi Nuncij, vide in *tract. de citat. tom.1. cap.7. ſub verſ. de citatione per Nuncium publicum, nu.38. vſque 106. & tom.3. cap.12. à n.129. vſque 369.* & alia de eadem materia Nuncij dicta ſunt *tom.2. cap.9. à nu.212. vſque 252.*

Citatio executa, cum relatione Curſoris in eius pede, qui illam reſtituit eidem parti, reproducitur in actis, & Notarius notat nomen reproducentis, & an reproducat vti procurator, vel vti principalis.

Hic

Hic aduertat Iuuenis, quod citatio producta ſit in termino ſub quo cadit: quia ſi elapſo termino, tunc ſententia lata non valeret, ex defectu citationis, prout nec valeret, ſi non conſtaret de executione, & relatione citationis: quia ante reproductionem citationis, Iudex nulliter procedit, vt hæc latius dixi, & probaui in d. *tract. tom. 3. cap. 12. ſub verſ. de reproductione citationis, n. 409. vſque 413.*

Item aduertat Iuuenis antequam feratur ſententia, quod ſi fortè Notarius in albo dimiſiſſet nomen reproducentis, illud apponat; quia alias ſententia cenſeretur nulla, tanquam lata nemine inſtante. *gloſſ. in l. properandum*, in verbo *triennij*, verſ. *item nota*, & in *§. & ſi quidem*, verſ. *licentia, in fine*, & ibi *Iaſ. n. 5. C. de iudic. V ant. de nullit. ex defectu proceſſ. n. 98.*

Si vero Notarius expreſſit, ſeu notauit nomen principalis, aduertat Iuuenis, quod ſi probaretur abſentia principalis ab Vrbe de illo tempore, reproductio conuinceretur de falſo: falſitas enim nihil aliud eſt, niſi veritatis mutatio. *§. 1. in authent. de inſtr. caut. & fid.*

Si vero Notarius ſpecificauit nomen Procuratoris, quiſque aduertere debet, quod ſi ſententia feratur ad inſtantiam aſſerti Procuratoris, qui mandato carebat, remanet omnino nulla, ex defectu mandati. *cap. in noſtra, in fin. de procur. l. licet*, & ibi *Doct. C. eodem. V ant. de nullitate ſententiæ ex defectu inhabilit. ſiue mand. nu. 59. Rot. in recent. deciſ. 541. n. 1. par. 2.*

Neque poteſt principalis illam ratificare; quia validitas ſententiæ nō debet pendere à mera voluntate ratificantis. *Put. deciſ. 383. n. 11. lib. 2. Rota poſt Zach. de obligat. Camer. deciſ. 19. n. 3.*

Ante ſententiam quidem ratificari poſſunt geſta per non procuratorem: quia tunc incertum eſt, an proceſſus ſit in fauorem ratificantis, vel non: ſed poſt ſententiam id certum eſt, & ideo non valet ratificatio. *d. l. licet, cum ibi notat, ff. de Iud.* & in *l. tutor, C. in quib. cauſ. reſtit. in integrum non eſt neceſſ. Rot. in antiq. deciſ. 1. de procurat.* Si autem ſententia feratur ad inſtantiam veri procuratoris, de cuius mandato non conſtabat, non dicitur nulla, quandocumque appareat mandatum antea datum fuiſſe. *Rot. in antiq. deciſ. 19. de procurat.* Secus ſi doceatur de mandato poſtea dato, quia poteſtas non acquiritur procuratori, niſi à die mandati. *Felin. in cap. ſciſcitatus, n. 15. de reſcript. Rot. in nou. deciſ. 7. de procur. n. 1. & poſt Zach. de obligat. Camer. deciſ. 19. n. 2.*

Sed ſi ſententia ſit lata ad fauorem minoris, ad inſtantiam tamen falſi procuratoris, nihilominus valet, ſi litigauit tanquam procurator minoris, ſecus ſi tanquam procurator tutricis, vide *Creſcent. deciſ. 8. de ſentent. & re iudic. n. 8. & 11.*

Et

Et is, qui proteſtatus fuit exaduerſo neminē audiri, niſi docto de legitimo mandato, ita quod per ſubſequentem ratificationem acta validari non poſſint: ſcire debet, quod licet in extraiudicialibus pro conſeruatione ſui iuris ſufficiat ſemel proteſtari, non autem requiratur repetitio. *Bart. in l. de pupillo, §. ſi quis ipſi prætori, in 3. oppoſit. ff. de nou. oper. nunciat. Put. deciſ.* 218. *lib.* 2. tamen in iudicialibus non ſufficit ſemel proteſtari; ſed in quolibet actu eadem proteſtatio repeti debet, alias videretur ab ea receſſum. *Put. deciſ.* 217. *per tot. lib.* 2. *Mohed. deciſ.* 2. *de Iud. Seraph. deciſ.* 1169. *n.* 7. etiam ſi fuiſſet dictum, quod in omnibus actibus cenſeretur repetita. *Seraph. deciſ.* 1057. *n.* 2. ideo ſtante proteſtatione, & eius repetitione, ſententia exinde lata eſſet nulla ob non exhibitum mandatum: & plenius dictum eſt in d. *tract. tom.* 1. *cap.* 6. *num.* 139. *vſque* 146. *& tom.* 2. *cap.* 9. vbi examinantur quinque exceptiones, quæ poſſunt opponi contra procuratorem *à n.* 332. *vſque* 395.

Scire debet etiam is, qui citari fecit ſuum aduerſarium ad ſententiã, quod Iudex ſub illa citatione poteſt ferre ſententiam ſibi contrariam ad fauorem partis aduerſæ, quia poſt executionem citationis, ea efficitur communis, & citans aduerſarium cenſetur etiam ſe ipſum citare. *Put. deciſ.* 517. *n.* 7. *lib.* 2. *Gonzal. regul.* 8. *gloſſ.* 9. *in annotat. n.* 144. & Iudex debet attendere, quod probatum eſt, & quod iuſtitia exigit; non autem id, quod petitur per eum, qui citare fecit aduerſarium. *Bald. in l. properandum, §. & ſi quidem, n.* 9. *C. de Iud.* & dixi in d. *tract. de citat. tom.* 3. *cap.* 12. *n.* 39. & ex his approbatur ſtylus Curiæ, ſeruandi terminum ad ſententiam pro vtraque parte, qui viget, vt per *Rotam in recentiſſ. par.* 1. *deciſ.* 101. *n.* 11.

Notarius tempore audientiæ legit citationem ad ſententiam coram ipſo Iudice, qui tunc habet terminum pro ſeruato: & ita Notarius ſcribit ſeruato. Qui terminus in Rota durat per 15. dies ad ſubſcribendum, & publicandum ſententiam in actis. Sed in vltima anni audientia durat per menſem, & ita ſanciuit *Pius IV. in ſua Conſtit.* 44. *incipien. In throno iuſtitiæ, in Bullario nouo, tom.* 2. *§.* 5. *fol.* 59.

Idem voluit *Paulus V. in ſua Conſtitut. ſuper reformat. Tribun. Vrbis,* quæ eſt 71. *in Bullar. nouo, tomo* 3. *tit. de Auditorio Rotæ, verſ.* 9. *item ſententiæ, fol.* 269. At coram A. C. & alijs Iudicibus, tàm ciuilibus, quàm criminalibus, durat per ſolos decem dies. ita ſtatuit *Pius IV. in ſua Conſtit. incipien. Cùm ab ipſo noſtri Pontificatus initio,* quæ eſt 58. *in Bullario nouo,* §. 12. *tom.* 2. *fol.* 80.

Poſtquam Iudex, plenè informatus, deliberauit ſuam ferre ſententiam, tunc conſueuit citari pars, ad videndum declarari terminum pro ſeruato habitum; ſed talis citatio non reproducitur, quia non eſt neceſſa-

ceſſaria, & fit ex vrbanitate, & ſufficit eam oſtendere Iudici, vt videat partem de hoc notitiam habuiſſe; & ratio eſt, quia ſecundum hunc ſtylum Curiæ pronunciandi per cedulam, ſeu habendi terminum pro ſeruato, quem dicunt non eſſe valdè antiquum. *Veſtr. in praxi lib. 7. cap. 1. n. 12. Gonzalez regul. 8. gloſſ. 60. n. 87.* tunc cenſetur ſententia lata, quādo in die ſub qua cadebat citatio Notarius, vt ſupra ſcripſit ſeruato; qui poſtea Iudice deliberato pro aperitione termini, ſcribit in eadem citatione inſtantiam partis hoc modo, idem petijt, & inſtetit, ac obtinuit terminos reiterari in forma, & abſolui à cenſuris, ſi quibus, &c. ad effectum, &c. petens amplius, & inſtans, vt ſupra omni meliori modo: Deinde Notarius ſcribit pronunciam Iudicis hoc modo.

Ex tunc Dominus ſedens, &c. pronunciauit, & ſententiauit prout in cedula, quam facto legit, & mihi Notario dedit tenoris, &c. omni meliori modo, &c. ſuper quibus, &c. præſentibus N. & N.

Notemus verba.

Ex tunc Dominus. Ideſt poſt habitum terminum pro ſeruato eadem die: nam ſi Notarius notaret hanc pronunciam ſub alia die, ſententia eſſet nulla, tanquam lata extra diem citationis, & ea circunducta. *Cæſar de Graſſis deciſ. 11. n. 2. de ſent. & re iud. Rot. in recentiſſ. par. 2. deciſ.* 448. *n. 9.*

Similiter ſi Notarius notaret pronunciam ſub die aliqua, quando finitus eſſet terminus pro ſeruato, iuxta prædictas Cōſtitutiones Pij IV. & Pauli V. ſententia cenſeretur nulla, tanquam citatione circunducta. *Rot. in recent. deciſ.* 252. *n. 1. & 2. par. 1.*

Et pariter ſi Notarius notaret pronunciam ſub illa die, qua Iudex ſubſcripſiſſet cedulam, & illam tradidiſſet Notario; ſententia eſſet nulla, tanquam extra diem citationis, quia aliud eſt ſententiam ferre, & aliud ſententiam ſubſcribere, & ſecundum hunc ſtylum Curiæ, ſententia fertur tunc, quando Iudex habet terminum pro ſeruato; nam habere terminum pro ſeruato, idem importat, ac ſi Iudex diceret pronuncio prout in cedula ſubſcribenda, & ideo Notarius debet notare, & ponere ſententiam ſub die termini pro ſeruato habiti; non autem ſub die ſubſcriptionis cedulæ. *Veſtr. lib. 7. cap. 1. n. 12. Rot. diuerſ. deciſ.* 705. *n. 4. par. 3. lib. 3. Rot. deciſ. 46. n. 3. par. 1. in recent.* & in *recentiſſ. par. 1. deciſ.* 176. *n. 1.* Dies enim ſubſcriptionis retrotrahitur ad diem pronunciationis, ſeu termini pro ſeruato habiti, cùm ſubſcriptio Iudicis non habeat vim ſententiæ. *Rot. diuerſ. deciſ. 391. n. 4. par. 3. lib. 3.* ſed eſt de-

 clara-

claratio, nudum factum continens, quæ fit ſine citatione. *Mandoſ. in regul. de annal. quæſt.75. n.3. & 4.*

Hinc ſi Auditor habuit terminum pro ſeruato, & antequam ſententiam ſubſcriberet, obijſſet: ea poteſt ab altero Auditore ſubſcribi, & non requiritur citatio partis; ſecus autem in alio Iudice ſucceſſore, qui ſi vult ſubſcribere ſententiam à prædeceſſore latam, debet partem citare, vt per *Put. deciſ.348. per tot. lib.1. & deciſ.249. per tot. lib.2.*

Hinc eſt etiam, quod decendium ad appellandum currit à die termini pro ſeruato; non autem à die ſubſcriptionis: & ad cautelam appellatur à die termini, cum conditione, quatenus contra ſe ferri contingat, & non alias, &c. licet enim pars nondum certò ſciat ſe fuiſſe grauatam; tamen cogitare debet caſum, qui poſſet euenire. *l. ſi quis, §. idem quærit, ff. locati*, ibi, *quia hoc euenire poſſe proſpicere debuit. Veſtr. lib.7. cap.1. n.12. Gonzal. regul.8. gl. ſſ. 60. n.81. & 92. Rot. diuerſ. deciſ. 391. n.2. par.3. lib.3.*

Iudex ſi vult cedulam ſubſcribere, poſtquam habuit terminum pro ſeruato, debet animaduertere ne labatur terminus habitus pro ſeruato, & ne circunducatur.

Terminus labitur, quando in Rota intra quindecim dies, vel intra menſem in vltima Rota, non ſubſcripſit cedulam, vel quando Iudex alterius Tribunalis non ſubſcripſit intra decem dies, iuxta prædictas Conſtitutiones Pij IV. & Pauli V. circunducitur autem, quando aliqua pars producit iura, & Iudex illa admittit ſi, & in quantum. *Seraph. in deciſ. 536. n.3. Rot. in recentiſſ. deciſ. 576. n.10. par 1.* & ſic illa pronunciatio reſultans ex termino pro ſeruato, remanet cancellata, & circunducta. *l. & poſt edictum, §. circunducto, ff. de Iud. l. acta*, & ibi *gloſſ.* in verbo *circunduci, ff. de re iud. Coccin. deciſ 414. n.14.* Item ſi poſt terminum pro ſeruato Iudex admittit exceptiones, ſi & in quantum. *Rot. in recentiſſ. deciſ.539. n.1. par.1.* ſed ſi ad ſententiam fuerint factæ duæ citationes diuerſis diebus, & ad vtramque fuerit terminus pro ſeruato habitus, an vltimus habitus pro ſeruato, circunducat primum, circa hoc eſt *deciſ. 101. in recentiſſ. n.2. par.1.* quam vide, quia ego ſic diſtinguo, ſi vtraque citatio fuit facta ad inſtantiam eiuſdem partis, tunc vltimus terminus circumducit primum; ſi vero actor prius citauit, deinde reus, non puto, quod vltimus terminus pro ſeruato habitus ad citationem rei, poſſit circumducere priorem terminum, pro ſeruato habitum ad citationem actoris: quia non omnes petunt eandem ſententiam; nam actor petit condemnatoriam, reus vero abſolutoriam, & ſic vltima citatio non eſt communis, & non poteſt priorem circumducere: & plura de circumductione dicta ſunt in *tract. de citat. tom.3. cap.12. ſub verſ.*

da

de circumductione citationis, n.420. & ſeqq. & quod terminus pro ſeruato circumducatur per admiſſionem iurium, non obſtante proteſtatione Iudicis, ſine præiudicio termini pro ſeruato habiti, vide *ibidem num. 456. & ſeq.* & adde *Gratian. diſceptat. 438. n.4. & ſeqq.*

Ex tunc Dominus pronunciauit prout in cedula.

Hæc verba Notarij explicant vim termini pro ſeruato habiti, quæ eſt, ac ſi dixiſſet, Iudex pronuncio prout in cedula, & neceſſario apponuntur de ſtylo, ad effectum, vt per atteſtationem Notarij poſſit præſumi, datam fuiſſe cedulam tempore citationis, & termini pro ſeruato habiti; & nè ex eiſdem actis poſſit conſtare de contrario: & ſtante dicta Notarij atteſtatione, de pronunciatione facta prout in cedula, in die cadentis citationis ex prædicto ſtylo, ſi poſtea Notarius atteſtaretur tunc non fuiſſe datam cedulam in actis, illi non crederetur; cùm ageretur de damnando Iudice. *Caſtr. in l.2. n.2. ff. ad Vellean. Iaſ. in l. ius iurandi, §. procurator, n.2. ff. de iur. iuran. Coccin. deciſ.183. n 7.*

Quod ſi Notarius contra ſtylum notaret talem actum pronunciationis, non ſub die termini pro ſeruato habiti, ſed ſub alia die, tunc ſententia eſſet nulla, quia ex actis conſtaret non fuiſſe ſcriptam cedulam, neque in actis datam. *Rota in recent. deciſ.252. n.2. par.1.*

Quam facto legit. Hæc verba important implementũ modi pronunciandi, à iure traditi in *l.2. C. de ſentent. ex breuiloq. recit.* vt Iudices ſententias forment, ſcriptaſq. partibus legant: alias enim ſi ſententia appareret dicta, cùm ſcripta non eſſet, nomen ſententiæ non mereretur. d. *l.3. C. eodem tit. de ſent. ex breuiloq. recit.*

Et mihi Notario dedit tenoris, &c. Nõ poteſt dici falſitas Notarij, licet re vera tunc nõ tradatur cedula, quia id fit per retrotractionem, quæ fit per fictionem translatiuam. *cap. ſi pro te, de reſcrip. in 6. Caput. deciſ. 300. n.8. par.2.* & de natura fictionis eſt, fingere non eſſe, quod eſt, & eſſe, quod non eſt ſtaturque fictioni, non veritati; quia tantum operatur fictio in caſu ficto, quantum veritas in caſu vero. *l. vnic. C. de rei vxor. act. Euerard.* in loco à vi fictionis, *n.4.* ſic & ratihabitio ſubſequens per fictionẽ retrotrahitur ad diem actus. *l. licet, ff. de Iud. l. fin. C. ad Macedon.* fingitur enim, quod Iudex, dum habuit terminum pro ſeruato, tulerit ſententiam, & cedulam ſubſcriptam Notario dederit: ideoque Notarius notat traditionem cedulæ, in die termini pro ſeruato habiti. *Rot. diuerſ. deciſ.705. par.3. lib.3. Vaſtr. in praxi lib.7. cap.1. n.12. Gratian. diſcept. 438. n.9.*

Et prædicta verba ſunt neceſſaria, quia alias ſententia lata prout in

cedula, remaneret circumducta, ſi Iudex cedulam penes ſe retineret; & Notario non conſignaret. *Gonz. reg.8. gloſſ.60. n.97.*

Super quibus. Extenditur hæc clauſula ſuper quibus idem N. qui citationem reproduxit, inſtetit ſibi vnum, vel plura confici publica inſtrumenta, præſentibus N. N. teſtibus, ad prædicta vocatis, prout in Formulario terminorum Rotæ, folio mihi 571. & hæc verba ſunt omnino neceſſaria, vt appareat Notarium fuiſſe rogatum; quia de ſententia non poſſet conſtare, ſine rogitu Notarij. *cap. quoniam contra, de probat. Rot. diuerſ. deciſ. 269. num. 1. par. 3. lib. 2. & deciſ. 347. par. 3. lib. 3. n. 2.*

Tenor ſententiæ, & illius explicatio.

Chriſti nomine inuocato. Extra Curiam ſolent Iudices in ſententiarum initio inuocare nomen Dei, iuxta formulas poſitas per *Specul. in tit. de ſent. §. vt autem, n.18. & ſeqq.* in Curia autem inuocatur nomen Chriſti; ſed nulla eſt differentia apud Chriſtianos, quia Chriſtum inuocans inuocat Deũ Trinum, & Vnum: ſicut inuocans Deũ ſimpliciter. ſed qui fidem Chriſti non profitentur, non inuocant Chriſtum, vt Iudæus, Sarracenus, & alij: nulla etenim gens fuit, quæ Deum aliquem non coluerit: & hæc inuocatio ſi omitteretur ſententia eſſet nulla; tanquam non lata, iuxta conſuetudinem, & ſtylum Curiæ. *Specul. lib. 2. tit. de ſent. §. qualiter, n.2. Vant. de nullit. ex defect. proceſſ. n.86.*

Pro Tribunali ſedentes. Tribunal erat locus excelſus accuata figura, in quo reſidebat is, qui ius tribubus redderet, vt apud *Vitruuium, de archit. lib. 5. cap. 1. Budeus in annot. ad pandectas, l. 1. ff. de Iudic.* verſ. *quæ autem forma tribunalis fuerit.* Tribus autem erant partes Vrbis, quæ varijs temporibus in plures tribus diuiſa fuerat. vide *Calepinum,* in verbo *tribunal,* & in verbo *tribus.* Noſtris temporibus tribunal dicitur Iudicis ſedes, quæ ideo in excelſo, & publico loco poſita eſt, vt intelligat Iudex, ſe ab omnibus videri poſſe, & redargui de malo; quod prolaturus eſſet iudicio. Et ſedere debet, quò animus quieſcat, & prudentior fiat, iuxta dictum *Philoſophi lib. 2. de anima. gloſſ. in cap. fin.* in verbo *ſedendo, de re iud. lib. 6.* ideoque iura volunt Iudicem ſedere debere. *§. ſancimus, in authent. vt ab Illuſtribus, & §. ſedebunt in authent. de Iudicibus.*

Tunc ſcilicet Iudex ſedere debet, quando definit, non autem quando interloquitur. *l. 1. ff. de conſtit. princip.* ibi, *vel cognoſcens decreuit, vel de plano interlocutus.* quem locum *Bud.* ſic interpretatur, *de plano*, idest à *Iu-*

Digitized by Google

à *Iudice non ſedente*, ſolent enim Iudices in Tribunalibus editionibus, ſeu publicationibus ſedere. adde *tex. in l. vnius, §. fin. ff. de quæſt.* ibi *cuſtodiæ non ſolum pro tribunali; ſed & de plano audiri poſſunt, atque damnari*. idem habetur in *l. 2. §. dies, ff. quis ordo in bon. poſſ. ſeruetur*, ibi *ſi modo ea ſit bonorum poſſeſſio, quæ de plano peti poſſit*, ideſt, vt ſupplet ibi *gloſſ. quæ non ſedente Iudice datur*, & in *l. à procedente, C. de dilat.* ibi, *& cognitio cauſæ non interpellatione plenaria*, vt explicat *gloſſ.* in verbo *plenaria*, ſed conſidente magis Iudice legitimè colligatur.

Et tandem omiſſis alijs, quod Iudices non ſemper ſedere debeant; ſed etiam ſtando poſſint interloqui, *text.* eſt in *cap. fin. de ſent. & re iud. in 6.* ibi, *vel quam ab ipſo ſtando, non ſedendo proferri contigerit*. vbi *gloſſ.* in verbo *ſtando*, declarat in caſibus ſcilicet in quibus proceditur ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij: & eadem *gloſſ.* in verbo *ſedendo*, ait ſedere enim debent Iudices, non ſolum cùm diffinitiuè pronunciant; ſed etiam cùm res, quæ agitur, plenam cognitionem deſiderat: dum igitur Iudex fert ſententiam diffinitiuam, debet ſedere, & abſque vlla animi perturbatione pronunciare: & publicum munus abſoluere;

Solumque Deum præ oculis habentes. Deum ſcilicet trinum, & vnum, apud quem nulla eſt acceptio perſonarum. *§. Hinc autem nobis in authent. de Monachis*, & Iudicibus præcipitur, *Deuter. cap. 1. Ne accipietis cuiuſquam perſonam: quia Dei iudicium eſt*, & dicitur in *Paralip. 2. cap. 19. Videte, quid faciatis, non enim hominis exercetis iudicium, ſed Domini*. quapropter debet Iudex quaſi immobilis, Deum mente intueri, ne pollicitis vllis flectatur, nec circumducatur munerum affectu, neque vllis trahatur illecebris: nam,

,, *Quattuor iſta, Timor, Odium, Dilectio, Cenſus*
,, *Sæpe ſolent hominum rectos peruertere ſenſus.*

Vt per *gloſſ. in cap. cauſam quæ*, in verbo *Dominus, de off. delegat.*

Pingebant veteres ad Altare cœtum Deorum, Iudices ſedentes abſque manibus: quid indicarent, explicat *Alciatus* in emblemate 145. dicens:

,, *Cur reſident? quia mente graues decet eſſe quietos,*
,, *Iuridicos, animo nec variare leui.*
,, *Cur ſine ſunt manibus? capiant nè præmia, nec ſe*
,, *Pollicitis flecti, muneribuſue ſinant.*

Et quod Iudex non ſit, qui iuſtè non iudicat, dixi inter moralia Carmina.

,, *Iuſtus erit Iudex, qui ſolis iudicat actis.*
,, *Quem lucrum, nec amor, nec trahit ira, timor.*

,, *Qui non transgreſſo Sanctarum tramite legum.*
,, *Ius dicit, quemquam lædere non poterit.*
,, *Audiat, & videat, nulli parcatq. labori.*
,, *Si dedit vrna fabas, onus & vrna dedit.*
,, *Occluſis oculis, & ſurda iudicat aure,*
,, *Iudex, ſi ſolam vult aperire manum.*

Per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam. In prolatione enim interlocutoriæ, non eſt neceſſe, vt Iudex pro Tribunali ſedeat. *l.1.* & *2.* vbi not. *Doct. C. de ſent. ex breuil. recitan.* ſicut nec neceſſe eſt in cauſis ſummarijs, & beneficialibus. *Clem. ſæpè, de verborum ſignificat.*

Quam de iuris peritorum conſilio, pariter, & aſſenſu.

In Rota autem dicitur.

De Dominorum Coauditorum noſtrorum voto, & conſilio;

Ponuntur hæc verba, ad excludendam præcipitationem ſententiæ, quæ nouerca iuſtitiæ ſolet appellari, & præcipitata cenſetur, & immatura deliberatio, quæ fieret abſque præcedente conſilio. *D. Thom. 2. 2. quæſt. 8. art. 6.* & præceptum eſt in *l. 2. C. de ſent. ex breuiloq. recitan.* quod Iudices non ſubitas, ſed deliberatione habita poſt negocium ſententias ponderatas ſibi ante forment, & eas emendatas ſtatim in libellum, ſecuta fidelitate, hoc eſt fideliter conferant, ſcriptaſque ex libello partibus legant.

In Rota proponuntur cauſæ, diſputantur, extenduntur deciſiones, reuidentur, & feruntur ſententiæ præuia matura deliberatione, & de Coauditorum conſilio, & voto, iuxta Conſtitutiones Apoſtolicas, quæ quotannis leguntur in Rota.

Alij vero Iudices, qui collegas non habent, niſi ſint imperiti, conſilium requirere non debent. *Specul. lib. 2. partic. 2. de requiſitione conſilij, n. 15.* Nihilominus etiam ipſi eorum ſententias dicunt ferre de iuris peritorum conſilio; & non mentiuntur, quando vtriuſque partis Procuratores, & Aduocatos audiunt, & eorum informationes, & allegationes conſiderant, quia Procuratores, & Aduocati vnius, & alterius partis, ſunt velut duæ manus Iudicis, quæ nodos ſoluunt, vnde dixi in *legal. congreſſ. congreſſ. 9. n. 20.*

,, *Sunt nodi lites, tricæ ſunt iurgia, quæ fert.*
,, *Caſus, & hæc Iudex ſoluit vtraque manu:*

In his ſcriptis ferimus. Sententiæ diffinitiuæ debent recitari in ſcriptis, & legi, *tot. tit. C. de ſent. ex periculo recitandis*, vt legitur in antiquis Codicibus, vbi Sebaſtianus Brant in

in ſua expoſitione titulorum, reddit rationem huius tituli, dicens, quia ſententiæ ſicut, & medicinæ cum periculo dantur, & recipiuntur: ita multis modis ſententia eſt nulla, putà ſi Iudex recitauerit non ſedendo. Item ſi non legerit ſcriptam, item ſi per alium, & non per ſe recitauerit non ſedendo. Sed in nouis Codicibus aliter legitur, de ſententijs ex breuiloquo recitandis; quamuis Budeus vbi ſupra dixerit, legendum fortaſſe ex breuiculo recitandis: quod tamen idem videtur ad ſignificandum ſententias breuibus verbis eſſe componendas, legendas, & recitandas.

Sed qualia ſint hæc breuia verba, quibus debent ſententiæ recitari; diſtinguo, & dico, quod in cauſis iudicij petitorij, & in prima inſtantia, Iudex vel debet abſoluere, vel condemnare. *l. præſes, C. de ſent. & interl. om. Iud. Specul. lib.2. tit. de ſententia, §. vt autem, n.*80. vbi declarat valere ſententiam, licet in prima inſtantia Iudex non vtatur verbo condemno, vel abſoluo, dummodo citatur alijs equipollentibus, vtputà præcipio pronuncio, ſtatuo. *l. in ſumma, ff. de re iud. cap. in ijs, de verborum ſignific.*

In ſecunda, & tertia inſtantia debet Iudex declarare benè, vel male appellatum, & priorem ſententiam, vel confirmare, vel infirmare. *l. eos,* §.1. *C. de appellat.* & ibi *gloſſ.* in verbo *vel iniuſtam*.

Vbi perempta ſit inſtantia appellationis, Iudex debet pronunciare ſuper peremptione inſtantiæ, & deſertione appellationis, & condemnatione in expenſis. *l.*1. *&* 2. *C. vt infra certum tempus. Crauett. conſ.*270. *num.*7.

Quando commiſſa eſt cauſa appellationis, nullitatis, & reſtitutionis in integrum, tunc perempta inſtantia appellationis, remanet altera reſtitutionis in integrum, & altera nullitatis, & notoriæ iniuſtitiæ. *Rot. diuerſ. deciſ.*53. *n.*6. *lib.*3. *par.*3. *& in recent. deciſ.*151. *n.*2. *par.*1.

In cauſa reſtitutionis in integrum, quæ durat quadriennio. *l. fin. C. de tempor. reſtit. in integr. Clem. vnic. de reſtit. in integrum. Veſtr. lib.*8. *cap.*5. *n.*14. & ibi *adden. n.*23.

Iudex debet priores ſententias reuocare, ſi ſint iniuſtæ. De ſtylo autem Rotæ non pronunciatur ſuper reſtitutione, ſed proceditur in negocio principali, vbi ſit locus reſtitutioni, ſed vbi ei locus non ſit, auditor ſuam moderatur inhibitionem; quæ moderatio habet vim diffinitiuæ. *Rot. in nou. deciſ.*7. *n.*4. *de reſtit. in integr. in addit.* & in *recent. par.*2. *deciſ.*13. *n.*1.

In cauſa nullitatis, de qua dici poteſt vſque ad 30. annos: nec inſtantia appellationis ponit finem nullitati. *Gail. practic. obſeruat.* 127. *n.*8. *Surd. conſ.*360. *n.*43. *Caualer. deciſ.*270. *n.*6.

Iudex declarat, vel ſententiam nullam, vel validam.

Aduertendum tamen eſt, quod vbi non conſtaret notoriè de aliqua nullitate; tunc deſerta cauſa appellationis, remaneret deſerta etiam inſtantia nullitatis. *Achil. deciſ.* 15. *de reſcript. adden. ad Gregor. deciſ.* 306. *n.* 4. qui alias deciſiones referunt.

In poſſeſſorio iudicio, vel fertur ſententia pro immiſſione, vel pro retentione poſſeſſionis, vel pro reſtitutione, ſeu reintegratione ad poſſeſſionem; ſunt enim tria interdicta poſſeſſoria, adipiſcendæ retinendæ, & recuperandæ. *§. ſequens, inſtit. de interd.* & ita ſententiæ diffinitiuæ breuibus verbis in ſcriptis feruntur, ſeu quod idem eſt, breuiloquo recitantur.

Recitare dicuntur illi, qui ex ſcripto dicunt, pronunciare autem, qui memoriter dicunt, vt ait Budeus in loco ſuperius allegato: & ſic ſententiæ interlocutoriæ, quia feruntur ſine ſcriptis, pronunciari dicũtur, non recitari.

Et quia ſententia diffinitiua debet pronunciari ore ipſius Iudicis, & in ſcriptis, alias eſſet nulla, d. *l.* 2. *&* 3. *C. de ſent. ex breuiloq. recit. cap. fin. de re Iud. lib.*6. *Rot. in recent. deciſ.* 474. *n.* 2. *par.* 2. ideo recitari dicitur; quod ſi diffinitiua concepta eſſet in tertia perſona, eſſent verba Notarij, & non Iudicis, & non valeret. Sententia autem interlocutoria pronunciatur ore per Iudicem, & in ſcriptis redigitur per Notariũ, qui eam cõcipit in tertia perſona. *Dominus ita pronunciauit,* Seu vt ſeruat Curia *N. petijt, & obtinuit,* vt ſupra dictum eſt in decretis ad ſingulas citationes. *Vant. de nullit. ex defect. proceſſ. n.* 74. *&* 75. vbi dicit ſpeciale eſſe in ſententijs excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, quæ ob illarum grauitatem æquiparantur diffinitiuæ, vt debeant ferri in ſcriptis, vt in *cap.* 1. *de ſentent. excommunic. in* 6.

Ratio, quare ſententia diffinitiua ferenda eſt in ſcriptis, poteſt eſſe, nè alias contingeret occultare veritatem propalatam, & in iudicio diffinitam; & nè alias poſſet Notarius alio modo ſcribere, quàm fuiſſet dictum, in damnum eiuſdem victoris. *gloſſ. in Clement. ſæpè, de verborum ſignificat.* in verbo *in ſcriptis proferat*.

Et quamuis Notarius interlocutoriam poſſit aliter ſcribere, quàm Iudex locutus fuerit, nihil tamen refert, quia Iudex poteſt ſuam interlocutoriam reuocare. *l. quod iuſſit, ff. de re iud. cap. cum ceſſante, de appell.* ſuam autem diffinitiuam non: quia functus eſt officio ſuo. *l. Iudex poſteaquam, ff. de re iud.*

In cauſa, & cauſis in prima, ſeu alia veriori inſtantia vertentibus. Ita dicitur quando pronunciatur in prima inſtantia; ſed

Digitized by Google

ſed quando pronunciatur in ſecunda, vel tertia dicitur.

In cauſa, & cauſis, quæ primo, & in prima coram N. & in ſecunda coram N. & modo coram nobis in tertia, ſeu alia veriori verſæ ſunt, & vertuntur inſtantijs.

Differentia eſt, an quis pronunciet in prima, ſeu alia inſtantia: nam prima inſtantia de iure Canonico eſt perpetua. *cap. venerabilis*, & ibi *Doct. de Iud. Achil. deciſ.5.n.4. de præſcript. Rot. in recent. deciſ.*452. *n.*5. *par.*1. Aliæ inſtantiæ tempore deſeruntur: nam appellanti datur de iure communi annus ad proſequendum, & finiendum appellationem; & ex cauſa biennium. *authent. ei, qui appellat, C. de temp. appellat. cap. cùm ſit Romana, de appellat.* Sed in Curia datur biennium, etiam ſine cauſa, dummodo in primo anno fuerit commiſſa cauſa appellationis, & facta aliqualis diligentia, vtputà executa citatio ad dicendum contra commiſſionem: alias appellatio remaneret deſerta. Finito autem biennio, etiam ex cauſa, non daretur triennium; ſed ſola prorogatio fatalium vigore Bullæ Innocentianæ. *Veſtr. in praxi lib.*3. *cap.*5. *n.*2. *& ibi adden. n.*7. & dictum eſt latius in *tract. de citat. tom.*2. *cap.*10. *n.*435. *& ſeqq.*

Quibus non prorogatis perimitur inſtantia, & ſententia non valet. *Bart. in l. properandum, C. de Iud. Maran. in ſpec. par.*6. verſ. *& demum fertur ſententia, n.*90. *Veſtr. vbi ſupra*, & plura de hac materia dicta ſunt in d. *cap.*10. *à num.*370. *vſque* 493.

Inter M. Actorem ex vna, & N. reum conuentum ex altera. Nomina litigantium ſunt in ſententia exprimenda, vt ſciatur vter abſolutus, vel condemnatus ſit, & an ſint habiles ad litigandum, vel inhabiles, pupilli, minores, furioſi, vel mortui. *l. in ſumma, §. fin. ff. de re iud.* latè *Marant. in ſpec.* verſ. *& demum fertur ſententia, n.*104. *& ſeqq.*

De, & ſuper, &c. Materia, ſeu cauſa, quæ in iudicium deducta eſt, exprimi debet in ſententia, vt appareat an feratur conformis libello, ſeu petitioni. *l. vt fundus, C. com. diuid.* & hic epilogus materiæ deſeruit loco inſertionis libelli. *Specul. in tit. de ſent. §. qualiter*, verſ. *cæterum. Maran. vbi ſupra, n.*58.

Rebuſque alijs in actis cauſæ, & cauſarum huiuſmodi latius deductis. Iudex debet habere publicam perſonam, quæ vniuerſa iudicij acta conſcribat, vt ex eis veritas poſſit declarari. *cap. quoniam contra, de probat.* & ideo fit relatio ad acta, quia ex eis de-

Digitized by Google

declaratur petitio, & intentio partis, & ſententia Iudicis. *l. 3. C. de ſent. quæ ſine cer. quant. profer.* & paria ſunt aliqua eſſe certa per ſe, vel per relationem ad aliud. *l. certum, ff. ſi cert. pet. l. aſſe toto, ff. de hæred. inſtit.* & Iudex debet iudicare ſecundum acta, & probata. *l. illicitas, §. veritas, ff. de offic. præſid.*

Dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, diffinimus, & declaramus. Cumulatio plurium verborum idem ferè ſignificantium, non eſt ſuperflua; quando ſeruit ad maiorem declarationem, & ego conſidero, quod plura verba explicant plures actus iudicantis: qui dicit, vt homo, pronunciat tanquam publica perſona, ex alto loquens. Sententiat, vt Iudex, qui finito proceſſu explicat ſuum ſenſum, decernit, & diffinit: quia per ſuam ſententiam controuerſiam dirimit, & adduco *tex.* in *l. dicere, ff. de recept. arbitr.* ibi *Dicere autem ſententiam exiſtimamus eum, qui ea mente quid pronunciat, vt ſecundum id, deſcedere eos à tota controuerſia velit.*

Prædictum N. fore, & eſſe condemnandum, prout condemnamus. Paulò ſuperiùs diximus, quibus verbis breuibus ſententia concipienda ſit in qualibet inſtantia: hic notandum ſupereſt, quod pro condemnatione, vel abſolutione, non ſufficerent ſola verba condemnandum fore, & eſſe; niſi adderentur alia verba, prout condemnamus, vel prout abſoluimus: quia cùm ſint verba futurum reſpicientia, non importarent condemnationem, vel abſolutionem factam de præſenti, ſed faciendam de futuro, & ſententia non valeret. *l. non quemadmodum, ff. de Iud. l. 1. §. 1.* & ibi *gloſſ.* in verbo *tractus, ff. de vſur.*

Et quodcumque mandatum deſuper neceſſarium, & opportunum decernendum, & relaxandum fore, & eſſe, prout decernimus, & relaxamus. Parum eſſet ſententiam ferri, niſi lata executioni mandaretur. *gloſſ. in rubr. C. de execut. rei iudic.*

Executio fit per publicos Nuncios, & executores, qui nihil facere poſſunt, niſi de commiſſione, ſeu mandato Iudicis: mandatum autem Iudicis non traditur executori, niſi illud fuerit per Iudicem decretum, & relaxatum, & propterea Iudex in ſua ſententia non ſolum condemnat, vel abſoluit, ſed etiam decernit, & relaxat mandatum executiuum, vt pars victa compellatur ad id, quod in ſententia declaratur.

Et quamuis ſententia talis ſit, quæ recipiat appellationem, nihilominus

minus in ea rectè decernitur, & relaxatur mandatum, cùm ſit actus ſẽtentiæ conſecutiuus, quæ poteſt tranſire in iudicatum, quatenus appellatio non interponatur, vel interpoſita deſeratur; quia tunc victus cenſetur ſententiæ acquieſcere, quæ ideo tranſit in iudicatum, cuius executio non eſt retardanda, vt dicitur in *cap. quoad conſultationẽ, de re iud.*

Moleſtationeſque, vexationes, perturbationes, contradictiones, & impedimenta quæcumque, ipſi Domino A. per præfatum D. A. de & ſuper præmiſſis, & illarum occaſione quomodolibet factas, præſtitas, & illatas; factaque præſtita, & illata, fuiſſe, & eſſe temerarias, illicitas, indebitas, iniquas, & iniuſtas, temerariaque, illicita, indebita, iniqua, & iniuſta, ac de facto præſumptas, & præſumpta; illaſque, et illa d. D. R. facere minimè licuiſſe, neque licere, et propterea eidem R. in, de, et ſuper illis perpetuum ſilentium imponendũ fore, et eſſe, prout imponimus.

Iudex debet victum victori in expenſis condemnare. *l. properandum, §. ſin autem alterutra, C. de Iud.* ſi tamen temerè litigauit. *Leum quem temerè, ff. de Iudic.* excuſatur enim ab expenſis ille, qui habuit iuſtam cauſam litigandi. *cap. calumniam, de pœnis. Gratian. diſcept. 725. n. 38.* nè igitur ab expenſis victus excuſetur, prædicta verba de ſtylo apponuntur in ſententijs, quæ feruntur in primis inſtantijs.

In alijs vero, quæ confirmant priorem, eadem verba omittuntur, cùm ſufficiant appoſita in ſententia confirmata, in qua Iudex illa appoſuit, ad denotandam iniuſtam cauſam litigandi. *Sarnen. in regul. de annal. quæſt. 1. verſ. & ob eam cauſam, fol. mihi 236. à ter.*

Additur impoſitio perpetui ſilentij ſuper prædictis moleſtationibus, nè alias ſuper iuſta cauſa litigandi, poſſet victus iterum litigare. *Sarnen. vbi ſupra*, & Rota ſemper de ſtylo ſolet ſuccumbentes condemnare in expenſis. *Coccin. deciſ. 56. n. 6.*

Necnon eumdem R. in fructibus, ex dictis bonis, poſt motam litem perceptis, condemnandũ fore, et eſſe prout condemnamus.

Fructus tametſi non fuiſſent petiti, poteſt tamen Iudex victum condemnare ad fructus perceptos, ſcilicet poſt motam litem; ad fructus autem perceptos ante motam litem non poteſt condemnare, niſi fuerint petiti. *Cappel. Tholoſ. deciſ. 195.* & ibi *Aufrer. n. 2.* ratio habetur in

l. edi-

Digitized by Google

l. ediles, §. item ſciendum, ff. de edil. edic. ibi *caterum poſt iudicium acceptum, tota cauſa ad hominem reſtituendum in iudicio verſatur: & tàm fructus veniunt, quàm id; quod deterior factus eſt; cæteraque veniunt; Iudici enim ſtatim, atque Iudex factus eſt, omnium rerum officium incumbit, quæcumque in iudicio verſantur: ea autem, quæ ante iudicium contingunt, non valde ad eum pertinent; niſi fuerint nominatim iniuncta.*

Sunt tamen nonnulla iudicia, in quibus Iudex debet condemnare ad fructus ante motam litem, etiam non petitos; non tamen ex officio; ſed iure actionis. duo exempla ſe offerunt.

Primum eſt in iudicio vniuerſali petitionis hæreditatis. *l. item veniunt, §. fructus, ff. de petit. hæred.* cuius verba ſunt hæc, *fructus autem omnes hæreditatem augent, ſiue ante aditam hæreditatem, ſiue poſt acceſſerint*: & ita conſtat, quod dum petitur hæreditas, petuntur etiã fructus, qui augent hæreditatem. Illi autem non debentur, nec augent hæreditatem, qui percepti fuiſſent per bonæ fidei poſſeſſores, niſi ex his locupletiores extitiſſent. *l. 1. C. de pet. hæred. Rot. in recent. par. 1. deciſ. 451. n. 1. & 4.*

Secundum exemplum eſt in iudicijs, quibus agitur de vi compulſiua, vt in iudicio. *l. ſi quis in tantam, C. vnde vi.* in quibus ab initio iure actionis veniunt fructus, & ad eos debet fieri condemnatio, licet expreſsè non fuerint petiti. *Bal. & Salic. in l. cùm propria, C. ſi quis alteri, vel ſibi. Aretin. in §. actionum, inſtit. de act. Adden. ad Cappel. Tholoſ. d. deciſ. 195. ſub n. 2. circa med.*

Ad fructus autem, qui percipi potuerunt, non fit condemnatio, etiã in remedio canonis reintegranda, vt reiecta opinione *Archidiaconi in cap. reintegranda, 3. quæſt. 2.* cenſuit *Rot. coram Biſignet. in antiq. deciſ. 11. de reſtitut. ſpoliat.*

In ſpolio tamen violento, veniunt fructus, qui percipi potuerunt, *gloſſ. 1. C. vnde vi, cap. grauis, & cap. conquerente, de reſtit. ſpoliat. Rot. in antiq. deciſ. vlt. & in nou. deciſ. 5. de reſtit. ſpoliat. Rot. diuerſ. deciſ. 291. n. 2. par. 1. Rot. in recentiſſ. deciſ. 583. n. 4. par. 1. & deciſ. 326. n. 4. par. 2.*

At in ſpolio non violento, reſtituendi ſunt fructus ſolum à die motæ litis. *Rot. in nou. deciſ. 4. de reſtit. ſpoliat. Theſſaur. deciſ. 29. n. 8. Caput. deciſ. 28. n. 2. par. 2. Caualer. deciſ. 586. n. 4.*

Sic etiam in alijs poſſeſſorijs, videlicet in mandato de manutenendo, non veniunt fructus percepti à principio litis; ſed poſt ſuſpenſionem petitorij, & ſic à die motæ litis ſuper manutentione. *l. 3. ff. de interdict. l. 1. §. ex die, ff. de vi, & vi arm. Io. Fabr. in §. retinendæ, n. 14. verſ. item fructus, inſtit. de interd. Seraph. dec. 1168. n. 3. Rot. in rec. dec. 347. n. 1. par. 1.*

Item in interdicto quorum bonorum, non veniunt fructus, niſi à die motæ litis. *Seraph. deciſ. 170. num. 1.*

In

In remedio pariter. *l. fin. C. de edic. diui Adr. tollen.* non veniunt fructus, niſi à die motæ litis.

Et in remedio ordinario retinendæ, veniunt fructus ſolum à die motæ litis. *Seraph. deciſ.* 1347. *n.* 2.

Sed in iudicio reſtitutionis in integrum, veniunt fructus à die primi iudicij. *Abb. in cap. ad noſtram, n.* 4. *de reb. Eccl. non alien. Oſaſch. deciſ.* 160. *n.* 3. *Seraph. deciſ.* 1245. *n.* 5.

Quando Iudex omitteret in ſententia condemnationem fructuum, tunc fructus non venirent, nec peti poſſent in eiuſdem ſententiæ executione; quia ſententia eſt ſtricti iuris, & non extenditur ad ea, quæ verbis non continentur. *Dec. conſ.* 43. *n.* 4. *& conſ.* 321. *n.* 2. *Natt. conſ.* 112. *n.* 1. *Crauett. conſ.* 74. *n.* 10.

Sed ſuper eis inſtituendum eſſet nouum iudicium, & ferenda alia ſententia, quæ ferri poteſt ſuper acceſſorio, quando antea ſuper principali pronunciatum fuiſſet. *Abb. in cap. grauis, n.* 20. *de reſtit. ſpoliat.* & ibi *Bellam. n.* 39. *Seraph. deciſ.* 835. *n.* 4. *& ſeq. & deciſ.* 1255. *n.* 2.

Neque enim propter omiſſam eandem fructuum condemnationem, idem victus poſſet prætendere ſe abſolutum ab illis, niſi oſtenderet cauſam, propter quam debuiſſet abſolui. *Seraph. deciſ.* 38. *per tot.*

Imò ſi condemnatio fructuum fuiſſet omiſſa, in ſententia lata ſuper poſſeſſorio, ea poſſet fieri in iudicio petitorio, licet ſecus ſit in condemnatione expenſarum. *Rot. in antiq. deciſ.* 40. *de ſentent. & re iud.*

Hic ſuper eſt notare, quod Iudex eo ipſo, quod liquidat fructus, & pro illis decernit mandatum, cenſetur in neceſſarium antecedens ad fructus condemnare, vt cenſuit *Rot. in Romana liquidationis fructuum* 18. *Maij* 1587. *coram Blanchetto*, nam etiam in ſententia, qui vult antecedens, cenſetur velle conſequens neceſſarium, & è contra. *Crauett. conſ.* 79. *n.* 4.

Partemque victam victrici in expenſis condemnandam fore, et eſſe, prout condemnamus.

Condemnatio expenſarum, quæ fit vnà cum ſententia diffinitiua, cenſetur pars ſententiæ diffinitiuæ; & ideo non poteſt reuocari. *Marant. in ſpec. vers. & demum ſ. ritur ſententia, n.* 36. *& ſeq.* & quando Iudex omiſit expenſarum condemnationem, non poteſt illam addere, niſi eadem die, ſic etiam eadem die poteſt ſupplere condemnationem fructuū omiſſam. *l. Paulus*, iuncta *gloſſ. ff. de re iud. Rot. in nou. deciſ.* 1. *vt lit. pend. Abb. in cap. ſæpè, verſ.* 8. *quæritur, de verb. ſignific.* vbi ita limitat, *l. terminato, C. de fruct. & lit. expenſ.* cuius diſpoſitio eſt, vt finito negocio, vel per diffinitiuam, quæ ſcilicet tranſijſſet in iudicatum, vel per tranſactio-

Digitized by Google

factionem, non ſit amplius tractandum de expenſis omiſſis. *Marant. vbi ſupra, n.38.* ſed quando ſententia diffinitiua non tranſiuit in iudicatum, tunc propter omiſſam condemnationem expenſarum pars victa non cenſetur abſoluta; ſed per Iudicem in ſecunda inſtantia poteſt ſuppleri condemnatio, niſi doceatur de iuſta cauſa, qua debuiſſet abſolui. *Seraph. deciſ.38. n.1. & 2.*

Iudex debet taxare expenſas in ea quantitate, quam pars iurauerit, nec debet eſſe clementior lege. *§. oportet, in auth. de Iudicib.* quæ vult, vt litigantium audacia compeſcatur, expenſarum condemnatione. *cap. calumniam, de pœnis.*

Expenſarum condemnatio, quando ſunt plures collitigantes, condemnatio intelligitur, vt vnuſquiſque teneatur pro parte ſua. *Caput. deciſ.343. par.1.*

Et quando vtraque pars vicit, & difficile eſt expenſas diſtinguere, tunc, quaſi facta compenſatione, vtraque pars eſt abſoluenda, vt Rota ſeruauit coram *Mantica deciſ.116.*

Is, qui in prima inſtantia obtinuit ſententiam, ſi in ſecunda ſuccumbat, debet condemnari in expenſis, ſi prima ſententia reuocetur ex eiſdem, quia tunc detegitur calumnia, propter quam victus victori in expenſis debet condemnari. *d. cap. calumniam, de pœnis*, ſed ſi reuocetur ex nouiter deductis, condemnari non debet. *Rot. in nou. deciſ. 10. de dol. & contum. Caput. deciſ.340. par.1.*

Fallit, quando ex nouiter deductis apparet primam ſententiam fuiſſe extortam dolo, & mendacio, vtputà, quia in prima inſtantia victor negaſſet poſitiones, quæ in ſecunda inſtantia fuerunt probatæ, vnde prima ſententia fuit reuocata; nam tunc propter calumniam & mendacium, fieri debet condemnatio in expenſis. *Rot. diuerſ. deciſ.730. per tot. par.1.*

Quorum fructuum liquidationem, et expenſarum taxationem nobis, vel cui de iure in poſterum reſeruamus.

In ſententia Iudex reſeruat liquidationem fructuum, & expenſarum taxationem. *Bart. in l. Paulus, la 1. ff. de re Iud.* condemnationem autem reſeruare non poteſt. *l. terminato*, vbi *Doct. C. de fructibus, & lit. experſ.* quia per condemnationem in negocio principali, functus eſt officio ſuo. *l. Iudex, ff. de re iud.*

Reſeruatio, quam Iudex facit ſibi ipſi, eſt omnino neceſſaria; quia alias tanquam functus officio ſuo, non poſſet liquidare fructus, nec taxare expenſas, neque in acceſſorijs pronunciare. *l. Paulus, la 1. ff. de re iud.*

Re-

Reſeruatio autem, quam facit, vel cui de iure non eſt neceſſaria; quia ſpectat ad ſucceſſorem, qui eadem perſona cenſetur, *l. proponebatur, ff. de iud.* expenſas autem factas coram delegato, de iure taxat ordinarius. *Bal. in d. l. terminato, C. de fruct. & lit. expenſ. n. 9.*

Itaque praxis adinuenit, vt in ſententijs prædicta reſeruatio fiat. *Marſ. in l. patre, n. 73. ff. de re iud. Rebuff. de expenſ. damn. & intereſ. artic. 5. gloſſ. vnica n. 12.*

Et prędicta, etc. et omni meliori modo. Hæc clauſula conſueuit apponi in quolibet actu, ſiue iudiciali, ſiue extraiudiciali, & tàm in contractibus, quàm in vltimis voluntatibus, & operatur, vt actus valeat eo modo, quo valere poteſt. *Bal. in l. cum pater, §. filijs matrem, ff. de leg. 2. Caput. deciſ. 91. n. 5. par. 1. Felin. in cap. cùm ſuper, n. 11. de off. deleg. Seraph. deciſ. 800. n. 2. Rot. in recentiſſ. deciſ. 490. n. 5. par. 2.*

Nota tamen, quod ſi clauſula omni meliori modo ponatur ſine copula, &, operatur ſolum quoad expreſſa, ſed ſi dicatur, & omni alio meliori modo, tunc operatur aliquid vltra expreſſa. *Caput. deciſ. 124. per tot. par. 1.* & ideo ſi expreſſus ſit certus modus, hæc clauſula ſine copula, non operatur vltra modum expreſſum. *Caſſad. deciſ. 7. de appellat. Achil. deciſ. 2. de verb. ſign. Seraph. deciſ. 993. n. 3.* ſed quando eſt appoſita copula, & omni, &c. tunc operatur etiam vltra modum expreſſum. *Cæſ. de Graſſ. deciſ. 1. de elect. Seraph. d. deciſ. 993. n. 3. Buratti deciſ. 129. num. 18.*

Ita pronunciaui ego N. Rotę Auditor. Sententia nõ requirit Iudicis ſubſcriptionem, quia ſufficit, quod in ſcriptis lata fuerit, & per Iudicem lecta. *l. 2. & 3.* vbi *Doct. C. de ſent. ex breuiloq. recit. Capua. deciſ. 139. par. 3. Rot. in recent. deciſ. 510. n. 1. par. 2.*

In ſubſcriptione, vltra nomen proprium, exprimitur nomen dignitatis, ſeu officij, vt conſtet pronunciaſſe vti Iudicem non vti priuatum: cum ſententia priuati non valeat. *l. priuatorum, C. de iuriſd. omn. Iud. l. eum qui,* & ibi *gloſſ. ff. eodem.*

Dicit, Iudex in ſingulari. *Ita pronunciaui ego N.* Quia ſubſcriptio eſt actus priuatus, modeſtiam exigens maiorem, in ſententia vero dicit pro Tribunali ſedentes, per hanc noſtram diffinitiuam ſententiã pronunciamus, in plurali, quia ſententiare eſt actus publicus, qui fit in publico, & pro Tribunali, & locutio in numero plurali maiorem præfefert honorificentiam, quæ officio dignitatiuè Iudicis non eſt deneganda.

Hic nonnulla in hac materia ſcitu digna ſubnecto. Primum eſt, quod licet

licet ſententia de iure non valeat, quando fertur pendente dilatione; *l. ſiue part., C. de dilat. Gabr. concl. 1. eodem tit.* de ſtylo tamen Rotæ; omnes dilationes tunc, quando fertur ſententia, habentur pro reuocatis, ad effectum vt ſententia valeat, non autem ad effectum, vt poſſint infirmari probationes, quæ fierent eadem dilatione durante. *Rot. diuerſ. par. 5. deciſ. 192. n. 6. Gregor. deciſ. 327. n. 11.*

Secundum eſt, quod licet de iure communi ſententia non valeat, quando non eſt conformis libello. *cap. licet Hely, de Simon.* vbi *Felin. n. 18. & ſeq.* ponit plures limitationes, tamen practica communis Rotæ eſt; quod eadem die, qua ſententia ferenda eſt; formatur petitio ſecundum deducta, & probata, & ſuper ea fertur ſententia. *Pariſ. conſ. 76. n. 11. lib. 1. Caput. deciſ. 264. n. 3. par. 2.* adeout non ſit dare caſum, quo ſententia non ſit conformis libello, & rationabilis eſt hæc practica; quia de qua re Iudex cognouerit, pronunciare cogendus eſt. *l. de qua re, ff. de iud.* loco huius petitionis, procurator format Cedulam ſententiæ iuxta acta, & probata, quam poſtea Iudex ea bene conſiderata, & correcta ſubſcribit; & tunc ſubſcripta aſſumit vires ſententiæ, & ideo in regeſtis notatur cedula petitionis, ſed non extenditur tenor, & dimittuntur pro ea duo folia in albo.

Secus eſt autem coram A. C. & coram alijs Iudicibus, coram quibus proceditur per viam monitorij, quod eſt loco libelli, & ideo ſi ſententia feratur ſuper eo, quod non fuit deductum in monitorio, non valet, tanquam non conformis libello. *l. vt fundus, ff com. diuid.* ibi, *quia vltra id, quod in iudicium deductum eſt, excedere poteſtas Iudicis non poteſt. Rot. in recentiſſ. par. 2. deciſ. 99. n. 1. & n. 2.* declarat clauſulam in monitorio appoſitam, deducens omne Ius, non operari, quoad diuerſa, & repugnantia; ſed quoad ea tantum, in quibus cumulatio plurium iurium admittitur. *Pract. Papien. in for. act. real. §. deducendo, n. 7.*

Tertium eſt, quod ſi Iudex ſententiam ferat non viſis actis, ea remanet iniuſta, vel nulla. *gloſſ. & Doct. in cap. Eccleſia S. Mariæ, de conſtit. Caſſador. deciſ. 2. n. 10. de appellat. Gabr. titul. de ſentent. concluſ. 9. n. 5.*

Et propterea ſi in Curia pronunciaretur ante interpretationem proceſſus præcedentis inſtantiæ, de Hiſpano ſermone in Latinum; ſententia remaneret nulla, tanquam non viſis actis, & non adhibita cauſæ cognitione, nec intraret excuſatio negligentiæ illius, qui acta tranſportauit, & non curauit ea interpretari, quia is, qui vult cauſam proſequi, ſicut debet acta tranſportare, ità & tranſportata à parte, debet curare, vt deputatus interpretetur, maximè cum proceſſus contineat acta vnius, & alterius partis, ſed diuerſa eſt ratio in proceſſu remiſſoriali; quia continet ſola iura vnius partis, quæ ſi negligat illum interpretari facere;

ſibi

ſibi debet imputare, & ſententia lata antè illius interpretationem, valet; poteſt enim vnuſquiſque renunciare iuribus ſuis, ita cenſuit *Rot. in Segobien. Cantorum, 9. Ianuarij 1609. coram Manzanedo*, imò, quod pendente termino remiſſoriæ, Iudex poſſit illum reuocare, & ſententiam ferre, dixit *Rot. in recent. par.1. deciſ.582.n.2.* adducta hac ratione, quod arbitrarium eſt Iudici reuocare dilationes. *l. quod iuſſit*, & ibi *Bar. n.5. ff. de re iud.*

Quartum eſt, quod ſi ſententia ſit lata contra ſententiam, quæ tranſierat in iudicatum ob non interpoſitam appellationem, non valet. *l.1. C. quando prouoc. non eſt neceſſe. Crauett. conſ.103. nu.4. Rot. in recentiſſ. par.2. deciſ.232. n.1.*

Sed debet reuocari in gradu reſtitutionis in integrum; & quando fuit cognitum de bono iure, & de iniuſtitia ſententiæ; tunc ſecunda ſententia dicitur reuocatoria primæ, & valet, non autem dicitur lata contra ſententiam, vt non valeat. *Iaſ. in l. patre furioſo, nu.22. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris. Pariſ. conſ.87. n.51. lib.3.* qui dicunt, quod poſt rem iudicatam, quæ imponit finem liti, ſi altera pars producat inſtrumentum, vel teſtes de facto, parte non opponente, probabunt, & ſententia reſcindetur, ſi ex illis conſtiterit de iniuſtitia ſententiæ, & ita fuit dictum in *Romana Caſtri Feliciani, 12. Martij 1557. coram Rubeo.*

Poſtremum eſt, quando ſententia fuit iniuſtè lata contra ius partis, ea debet reſcindi per viam appellationis, vel reſtitutionis; & quando fuit lata nulliter, debet reſcindi per viam nullitatis.

Sed an, & quando idem Iudex poſſit reuocare ſuam ſententiam, à ſe ipſo nulliter latam, diſtingue, vt per *Rotam in nou. deciſ.16. de re iud.* & adde *Mynſinger. centur.5. obſeruat. 92.*

Nullitates autem non attenduntur, niſi ſint ex tribus, videlicet ex defectu iuriſdictionis, mandati, & citationis: vt poſt alias Conſtitutiones Clementis VIII. & Pij IV. cautum eſt in *reform. Tribun. Vrbis per Paul. V. tit. de Signat. Gratiæ, & Iuſtit. verſ. abſtineant.*

Quas vt euitent Iudices in Curia, antequam ſententiæ cedulam ſubſcribant, volunt videre, quam iuriſdictionem habeant, ſi commiſſariam volunt conſiderare commiſſionem, & videre an pars fuerit citata ad dicendum contra commiſſionem, deinde animaduertunt ad mandata procuratorum, ſi ſint ſufficientia: & tandem ad citationes an ſint legitimæ factæ ad terminos ſubſtantiales, & ad ſententiam: videlicet ſi ſint legitimè executæ, relatæ, & reproductæ, iuxta ea, quæ dicta ſunt in tract. de citat. tom.3. cap.12. ſub verſiculis de executione, relatione, & de reproductione citationis.

Dum conſtat de commiſſione, & de citatione ad dicendum contra

M com-

Digitized by Google

commiſſionem, certum eſt, quod firmata fuit Iudicis iuriſdictio. *Caſſad. deciſ.7. in fin. de appellat.* dum conſtat de mandatis procuratorum, clara eſt legitimatio perſonarum, quæ in iudicio neceſſaria eſt. *l. non ignorat, C. de his, qui accuſare non poſſunt*, & ibi *Doct. not.* & dum conſtat, quod fuerunt ſeruati, & reiterati termini ſubſtantiales, iuxta *deciſ. 2. de reſcript. in nouis*, non poteſt dubitari de proceſſu ordinato, & valido, iuxta ea, quæ dicta ſunt ſupra *par.3. form.8. de citat.* ad terminos ſubſtantiales, & obſeruationes terminorum ſunt defenſiones, & percutiunt defectum citationis. *Rot. diuerſ. par.4. deciſ.31. n.5.* & dum conſtat de citatione ad ſententiam rectè executa, non poteſt dici victum non fuiſſe defenſum, cùm citatio ad ſententiam ſit de iure naturali gentium, neceſſaria ratione defenſionis, vt latè diſſeruimus in *tract. de citat. lib.1. cap.8. à n.1. vſque 17.* & prædictis ſeruatis ceſſat nullitas ſententiæ, iuxta vulg. *deciſ. Caputaq. 262. per tot. par.2.*

Cedula appellationis, & eius explicatio.

***A** Quadam prętenſa diffinitiua ſententia, ſeu prętenſo decreto vim diffinitiuę habente, lata ſeu facto per vos, vt dicitur R. p. d. N. ad aſſertum fauorem N. in cauſa, et cauſis corā vobis, in prima inſtantia verten. de, et ſuper, etc. et contra N.*

A quadam prętenſa. Vtitur appellans hoc verbo prætenſa, ne alias pronunciationem videretur approbare.

Diffinitiua ſententia, ſeu prętenſo decreto vim diffinitiuę habente. Quantum attinet ad admiſſionem appellationis æquiparantur ſententia diffinitiua, & interlocutoria habens vim diffinitiuæ. *Veſtr. lib.7. cap.3. n.4.* & appellationes in Curia non recipiuntur; niſi à diffinitiua, ſeu diffinitiuæ vim habente, vt in *Conſtit. Paul. V. ſuper reformat. Tribun. Vrbis, tit. de Aud. Camer. verſ. appellationes non aliter.*

Ex quibus autem cognoſci poſſit, quando ſententia interlocutoria habeat vim diffinitiuæ, & quando non; declarat *Marant. par.6. 1. act.* verſ. *& demum fertur ſententia, n.42. vſque 47.*

Lata, ſeu facto, etc. Ponuntur hæc, & ſequentia verba, quia, vt formaliter ait Vlpianus in *l. 1. §. fin. ff. de appellat. libelli, qui dantur appellatorij ita ſunt concipiendi, vt habeant ſcriptum, & à quo*

Digitized by Google

à quo dati ſunt, hoc eſt, qui appellat, & aduerſus quem, & à qua ſententia.

N. procurator D. N. et eo nomine ſentiens ſe, et partem ſuam nimis grauiter læſam: timenſque in futurum plus lædi, et grauari poſſe, veſtris honore, et reuerentia ſemper ſaluis. Sentiens, &c. Sine grauamine appellatio eſt irrationabilis, & reijcienda. *cap. vt debitus,* 59. *de appellat,* hinc à Iudice, qui reuocauit grauamen, non datur appellatio. *cap. cùm ceſſante,* 60. *de appellat.*

Veſtris honore, et reuerentia ſemper ſaluis. Non debet Iudex exiſtimare iniuriam ſibi fieri eo, quod litigator ad prouocationis auxilium conuolauerit. *l. & in maioribus, C. de appellat.* neque enim appellans vtendo iuſta defenſione, illi facit iniuriam. *l. 1. ff. de appellat.* & Iudicibus propter eorum dignitatem honor debetur, & reuerentia. *l. omnem honorem, 6. quando prouocare non eſt neceſſe. Cap. vt debitus,* 59. *de appellat.* qui autē iniurioſis verbis appellationes proponerent, Iudicique, à quo appellarent, conuitiarentur, puniendi forent. *l. illud ſciendum, la 1. ff. de appellat.*

Ad Sanctiſſimum D. N. Papam N. ſanctamq. eius Sedem Apoſtolicam, in his ſcriptis prouocat, et appellat.

Ad Papam appellari poteſt omiſſo medio. 2. *quæſt.* 6. *cap. ad Romanam, il 2. cap. ſi duobus* 7. *& cap. ſolicitudinem,* 54. *de appellat.* & quicquid ſit, quod à diffinitiua poſſit appellari viua voce incontinenti. *l. 2. ff. de appell.* tamen in Curia, ſiue incontinenti, ſiue ex interuallo debet in ſcriptis appellari, tàm à diffinitiua, quàm à diffinitiuæ vim habente. *Veſtr. lib.* 7. *cap.* 3. *n.* 28.

Prouocare autem eſt nomen generale, comprehendens omnem prouocationem, & appellationem, tàm iudicialem, quàm extraiudicialem; appellare autem comprehendit ſolam appellationem iudicialem. *cap. cum ſit Romana,* 5. *de appellat.* ibi *quoniam ſacri canones etiam extraiudicium paſſim appellare permittunt, nec ſolent dici appellationes, ſed prouocationes. Marant. par.* 6. 2. *act.* verſ. *& quandoque appellatur, n.* 2.

Saluo iure dicendi de nullitate. De hac practica reſeruādi huiuſmodi ius in appellatione, teſtatur *Vant. de nullit. ſententiæ, tit. quot, & quibus, n.* 10. *& à n.* 14. *vſque ad fin.* ponit quando nullitas cenſeatur incidenter, vel principaliter deducta, & quando vtilius ſit illam principaliter proponere, quàm incidentèr cum appellatione declarat *Veſtr. lib.* 8. *cap.* 10. *n.* 2. *& per tot.*

M 2 Pe-

Petens primo, ſecundo, et tertio, ac inſtanter, inſtantius, et inſtantiſſimè ſibi de Apoſtolis reſponderi. Ab eo, qui appellat infra triginta dies, inſtanter Apoſtoli peti debent, & eidem infra dictum tempus à Iudice exhiberi, alias præſumitur appellationi ſuæ renunciare appellans: vt dicitur in *cap. ab eo, de appellat. in 6.*

Olim de rigore iuris Apoſtoli petendi erant ſæpius, & ex interuallo; hodie autem ſufficit eos petere vnico contextu, inſtanter, & ſæpius. *Clem.2. de appell.* & ideo Praxis replicat tot verba. *Veſtr.lib.7.cap.3.n.32.*

Debet etiam Iudex, nedum appellationem recipere; ſed etiam infra triginta dies de Apoſtolis, reſpondere. *l. Iudicibus, C. de appellat.*

Apoſtoli dicuntur litteræ dimiſſoriæ per quas Iudex à quo, inſtruit Iudicem ad quem, de appellatione, & partes à ſua iuriſdictione dimittit, & cauſam ad ſuperiorem remittit.

Hoc dixit Iur. Conſ. in *l.vnica, ff.de libellis dimiſſorijs,* his verbis *poſt appellationem interpoſitam, litteræ dandæ ſunt ab eo, à quo appellatum eſt, ad eum, qui de appellatione cogniturus eſt, ſiue Principem, ſiue quem alium, quas litteras dimiſſorias, ſiue Apoſtolos appellant. Senſus autem litterarum talis eſt appellaſſe puta Lucium Titium à ſententia illius, quæ inter illos dicta eſt,* Apoſtoli dicuntur à verbo Greco apo, quod eſt ſupra, & ſtolim, quod eſt miſſio: ſunt enim litteræ ad ſuperiorem miſſæ. *Card. d. Clement.* 2. *n.* 4. *verſ.* 2. *quæro, de appellat.* ſic etiam de Sanctis Apoſtolis dicimus, quod à Deo, vel de Cælo miſſi fuerunt. *addit. ad gloſſ. in cap.* 1. in verbo *petat Apoſtolos, de appellat. in 6.*

Et à quacumque contraria, ſeu alias preiudiciali reſponſione, iterum, et toties quoties, ita quod ſit vltimus in appellando appellauit, et Apoſtolos vt ſupra, petijt.

Scilicet cum debita reuerentia, hæc practica proteſtandi bene comprobatur ex dicta *l.vnic. ff. de libellis dimiſſorijs,* ibi *ſufficit autem petiſſe intra tempus dimiſſorias inſtanter, vt & ſi non accipiat, id ipſum conteſtetur, & ſæpius; nam inſtantiam repetentis dimiſſorias, conſtitutiones deſiderant: æquum eſt igitur, ſi per eum ſteterit, qui debeat dare litteras, quo minus det, ne hoc accipienti, noceat.*

Proteſtans, &c. Scilicet nihil nouari appellatione pendente. *l.* 1. *ff. nihil nou. appell. pend.* alias niſi de hoc proteſtaretur appellans, cenſeretur appellationi renunciaſſe. *Bart. in d. l. vnic. ff. de libell. dimiſſ. n.2.*

Appel-

Digitized by Google

Appellans debet ſe præſentare cum hac cedula eidem Iudici, & ſecum adhibere Notarium, vt ita idem Iudex à quo, videat ſibi ab appellante exhiberi debitum honorem, & reuerentiam, & hoc agendum eſt intra decem dies datos ad appellandum. *authent. hodie, C. de appell.*

Quod ſi Iudex eſſet abſens, itaut non poſſet appellans illius copiam habere, vel iuſtè timeret illum adire, interponenda eſſet appellatio, vel coram honeſtis perſonis. *cap. fin. de appellat.* vel coram Iudice ad quem. *Marant. vbi ſupra d. verſ. & quandoque appellatur. nu.* 133. *Veſtr. lib.* 7. *cap.* 3. *n.* 27. vbi in fine dicit ſufficere ſi interponatur coram Notario.

Iudex autem debet de Apoſtolis reſpondere intra 30. dies datos à lege ipſi Iudici ad deliberandum, an debeat deferre appellationi, vel non. *l. Iudicibus, C. de appellat. cap. ab eo, de appellat. in* 6. & ideo quando non eſt deliberatus, dat terminum iuris, ſed nè pars appellans teneatur expectare per menſem, addit hæc verba, & interim quandocumque, ſed de hac materia appellandi, petendique, & dandi Apoſtolos, & proſequendi appellationē, vide quæ latè dixi in *tract. de citat. tom.* 2. *cap.* 10. *à n.* 379. *vſque* 494. & alia in *tomo* 3. *cap.* 15. *à n.* 240. *vſque* 258.

Formula Secunda.

Ad videndum reſponderi de Apoſtolis.

Citetur N. ad videndum ſibi reſponderi de Apoſtolis in termino iuris, & interim quandocumque ſibi datis, pro die tali. inſtan.

Citetur N. ad videndum ſibi reſponderi. Interpoſitio appellationis, & petitio Apoſtolorum, ſunt actus extraiudiciales, qui fiunt extra Tribunal etiam die feriata, & de nocte. *Rot. in antiq. deciſ.* 82. *de appellat. & in nou. deciſ.* 40. *de appellat. Veſtr. lib.* 7. *cap.* 3. *n.* 25.

De Apoſtolis in termino iuris. Quando Iudex requiritur de Apoſtolis, antequam ſubſcribat ſententiam, pendente ſcilicet termino pro ſeruato, tunc dat terminum iuris. *Veſtr. d. cap.* 3. *n.* 33. *lib.* 7.

Et interim quando cumque. Per hæc verba poteſt appellans quandocumque reuerti pro Apoſtolis, ſcilicet durante dicto termino menſis, Iudici à lege præfixo ad reſpondendum de Apoſtolis, ſed ſi differat redire, poteſt illum vrgere pars ap-

pellata, cum prædicta citatione, quæ cùm ſit extraiudicialis, non ſit ad diem iuridicam, & non reproducitur in actis; ſed ſufficit illam executam oſtendere Iudici. Iudex autem quando cauſa eſt appellabilis,& ius deſert, admittit appellationem, & reſpondet de Apoſtolis dimiſſorijs, dimittendo appellantem à ſua iuriſdictione. *l. vnic. ff. de libell. dimiſſ. l. dimiſſoriæ, ff. de verborum ſignificat.* & quando admittit ſi, & in quantum, tunc intelligitur admiſſa, ſi de iure eſt admittenda, alias cenſetur reiecta. *Veſtr. lib. 7. cap. vlt. n. 1. & ibi addentes, n. 22.*

Quando autem Iudex vult remittere cauſam ad ſuperiorem, ob eius reuerentiam, tunc dat Apoſtolos reuerentiales, qui extenduntur cum hac conditione, quatenus à diffinitiua, & intra decendium, ac quatenus à legitima perſona, alias refutatorios. *Caſſad. deciſ. 7. n. 5. de appell. Veſtr. d. cap. vlt. n. 2.* cenſetur terminus præfixus decem dierum ad proſequendum appellationem, quod poteſt facere Iudex à quo. *cap. cùm ſit, 5. de appellat. Rot. in nov. deciſ. vlt. de appellat.* non autem ad finiendum. *cap. ex inſinuatione, 50. de appellat.*

Ideoque datis reuerentialibus, ſi cauſa non committitur intra decem dies, remanet deſerta, & ſententia tranſit in iudicatum. *Caput. deciſ. 31. n. 32. par. 1.* ſed iuxta praxim Curiæ, ſufficit obtinere à Regente Cancellariæ fidem, manu ſua de die præſentationis, in calce vnius copiæ commiſſionis, quæ exhibetur in actis Iudicis à quo, vel alias ſufficit, quod commiſſio ſit in banco Curſorum intra dictos decem dies. *Veſtr. in praxi lib. 7. cap. vlt. n. 5. Lancellott. de attent. par. 2. cap. 12. de attent. appellat. penden. in præfat. num. 70. & ſeqq.* vide latius in *tract. de citat. tom. 2. cap. 10. num. 412.*

Quando verò Iudex à quo non vult admittere appellationem, dat refutatorios, quando vel eſt friuola. *l. fin. §. in refutatorijs, C. de appellat. cap. cum appellationibus, de appellat. in 6.*

Vel quando eſt interpoſita ab interlocutoria, non expreſſa rationabili cauſa, ad *text. in cap. vt debitus, 59. de appellat.*

Sed quando in abſentia Iudicis appellatur coram honeſtis perſonis, tunc ab illis dantur Apoſtoli teſtimoniales, quibus ſcilicet fidem faciunt ſuperiori, de appellatione coram eis interpoſita. *Caſſad. deciſ. 8. n. 6. & ſeq. de appellat. Veſtr. lib. 7. cap. 3. n. 32.*

For-

Formula Tertia.

Ad videndum prorogari fatalia.

Citetur N. ad videndum prorogari fatalia, quatenus durent, quatenus vero lapſa ſint, videndum nouũ terminum præfigi, ad p. d. inſtan.

Citetur N. ad videndum prorogari fatalia. Fatalia ſunt tẽpora præfixa à lege, ad proſequendum, & finiendum cauſam appellationis, videlicet annus, & ex cauſa biennium. *authent. ei qui, C. de tempor. appellat. l. fin. §. illud, C. eodem. cap. cùm ſit Romana, de appell.* primus annus dicitur Primum fatale, ſecundus autem dicitur ſecundum fatale. *l. 2. cum authent. ſeq. C. de tempor. appell.* dicuntur fatalia à fato, ſeu morte, quæ ſicut omnia extinguit, ita quando lapſa ſunt fatalia, appellatio remanet extincta. *Bald. in l. fin. n. 3. C. de temp. appellat.*

De primo, & ſecundo fatali, vide plura apud *Marant. par. 6. verſ. & quandoque appellatur, n. 230. & apud Veſtr. lib. 7. cap. vltimo*, & quando incipiant currere, & quando illis partes poſſint renunciare, & plura alia de hac materia, vide in *tract. de citat. tom. 2. cap. 10. n. 419. & ſeqq.*

Quatenus durent. Poſt lapſum biennij, niſi prorogata fuiſſent fatalia, deſerta remaneret appellatio, qui enim in tempore non petit illa prorogari, cenſetur appellationi renunciare. *authent. ei qui, C. de temp. appellat. Clement. ſicut eodem titul.*

Et ideo prorogatio, ſi fieret extra tempus, non ſuffragaretur. *l. ſed, & ſi manente, ff. de precar. Mantic. deciſ. 92. n. 2. & 4.* & ſi prorogatio daretur durante termino, tunc terminus prorogationis non curreret, niſi à die finiti termini primi. *Mandoſ. de commiſſ. prorogat. fatal.* in verbo *lite, & cauſa. Put. deciſ. 393. lib. 1.*

Quatenus vero lapſa ſint, videndum nouum terminum præfigi. De iure communi ex cauſa ſuccurritur appellanti per viam reſtitutionis in integrum, aduerſus lapſum fatalium. *cap. ex ratione 8. de appellat.* ſed vigore *Bullæ Innocentij VIII. quæ eſt 13. in ordine, §. 8. in Bullario nouo lib. 1. fol. 386.* Rota prorogat fatalia, & dat nouum terminum, quoties ſibi videtur expedire, etiam parte non citata. latius vide in d. *cap. 10. n. 437. & ſeq.* & quod impeditis non currant fatalia, & qualia impedimenta curſum temporis impediant, vide *ibidem à num. 451. vſque 493.*

Superuenit Conſtitutio Pauli V. ſuper reformat. Tribun. Vrbis, qua in titulo de Auditorio Rotæ cauetur, quod Auditor prorogationes fatalium, ſæpius, & paſſim non concedat, ſed tamen ex aliqua honeſta causa, & præuia illius cognitione, arbitrio Rotæ, & poſt aliquas prorogationes impetratur noua commiſſio, & fieri debet narratiua præcedentium prorogationum, alias ſi commiſſio ſignaretur, cum clauſula dummodo alias non fuerint prorogata, non ſuffragaretur, vide in d. *cap.* 10. *num.* 440. *& ſequen.*

Hic tandem nota, quod fatalia non currunt pendente tempore ad appellandum. *Seraph. deciſ.* 983. *n.* 13. nec currunt, quando datum fuit de attentatis. *Rota in nou. deciſ.* 15. *de appell. Seraph. deciſ.* 797. *n.* 2. *Mant. deciſ.* 99. & remiſſoria quando impediat curſum fatalium, item quando iudicium poſſeſſorium ſuſpendat curſum fatalium in petitorio ſuſpenſo. Item an pendente causa nullitatis currant fatalia appellationis; & quod non currant pendente negocio coram peritis, & calculatoribus, vide in d. *tract. de citat. tom.* 2. *cap.* 10. *à num.* 469. *vſque* 472.

Formula Quarta.

Ad videndum fieri partitum litis deciſiuum.

Citetur N. ad videndum ſibi fieri partitum litis deciſiuum, & iurandum, vel referendum ſuper eo; alias videndum mandari referri, ad p.d. inſtan.

Citetur N. Hæc citatio eſt neceſſaria, vt poſſit citatus contradicere, quia in multis caſibus non eſt locus deciſioni causæ per iuramentum. *Iaſ. & alij in l. admonendi, ff. de iur. iuran.* & qui illud petit, non auditur, ſi non iurat de calumnia. *l. ſi non fuerit, ff. de iureiur.* ille autem, qui refert, non tenetur iurare de calumnia: & debet per Iudicem approbari, alias reus non teneretur iurare, nec referre. *Bart. in l. manifeſtæ turpitudinis, ff. de iureiur. Maran. in ſpecul. par.* 6. *nono act. de iuramento, eius differentia, & vſu, n.* 22.

Et hæc citatio debet fieri in perſonam, vel principalis, vel eius hæredis, vel procuratoris ſi habet ſpeciale mandatum, vel legitimi defenſoris. *l. nam poſteaquàm, §. iuſiurandum defenſoris, ff. de iureiur. l. nec filius, C. de reb. cred. & iureiur.*

Ad videndum ſibi fieri partitum litis deciſiuum.

Ma-

Maximum remedium expediendarum litium in vſum venit iuſiurādi religio, qua vel ex pactione ipſorum litigatorum, vel ex auctoritate Iudicis deciduntur controuerſiæ, vt dicitur in *l. 1. ff. de iureiur.* & iuſiurandum habet maiorem vim, quàm res iudicata, & ſpeciem tranſactionis continet. *l. 2. ff. eodem,* & habet vim probationis, & ſententiæ inter eaſdem partes, non inter alias. *l. ſed, & ſi poſſeſſori,* §. *fin.* cum *l. ſequenti, ff. eodem de iureiur.*

Et iurandum, & referendum ſuper eo. Iuramentum deciſoriū ab initio eſt voluntarium, reſpectu deferentis, quia defertur ex voluntate partis, Iudice tamen approbante; qua approbatione ſtante is, cui defertur, tenetur præciſè iurare, vel iuramentum ipſi deferenti referre, manifeſtè enim turpitudinis, & confeſſionis eſt, nolle nec iurare, nec iuſiurandum referre, vt dicitur in *l. manifeſtæ, ff. de iureiur.* alias compellitur ſoluere. *l. delata, C. de reb. cred. & iureiur.* dummodo partitum ſit pertinens; alias illud Iudex non debet admittere. *l. ſi duo,* §. *idem Iulianus, ff. de iureiur.*

Et huiuſmodi partitum poteſt fieri nedum præſenti; ſed etiam abſenti, vt veniat ad Iudicem, & iuret, vel referat, vel refutet. *l. generaliter,* §. *his de præſentibus, C. de reb. cred. & iureiur.*

Iuramenti autem delatio intelligitur, vt incontinenti iuretur, vel remittatur; ſed quando remittitur, habetur pro non delato; & is, qui remittit non poteſt pœnitere, & velle iurare. *l. non erit ratum,* §. *fin. ff. de iureiur.* & iuramentum delatum poteſt reuocari; niſi ante ſit iuratū, vel pronunciatum; & renunciatum non poteſt iterato deferri; abſurdū eſt enim redire ad id, cui quis renunciandum putauit. *l. ſi quis iuſiurandum, C. de reb. cred. & iureiur.*

Alias videndum mandari referri. Emergente enim inopia probationum, debet Iudex deferre iuramentum. *l. in bonæ fidei, C. eod. de reb. credit.* & iurandum eſt ante prolationem ſententiæ. *l. generaliter, C. eod.*

Et cauſa iuramento deciſa, non poteſt retractari, ſub prætextu periurij. *l. 1. C. eodem,* & ibi *gloſſ.* in verbo *niſi ſpecialiter. Iaſ. in l. ait prætor,* §. *iurari, n. 6.* vbi ponit 4. limitat. *ff. de iureiuran.*

Hic tandem nota, quod is, qui obtulit iuramentum litis deciſiuum, & fecit partitum, illud poteſt reuocare, & ad probationes redire, ſi ſuperuenerint ſibi. *Cacher. deciſ. 8. n. 5. Gratian. in deciſ. March. 121. n. 3.*

Sic etiam is, cui iuramentum fuit oblatum, poteſt illud recuſare, ſi habeat teſtes examinatos. *Cacher. deciſ. 11. n. 3.* vel habeat aliam iuſtam cauſam. *cap. fin. de iureiuran.*

Et

Digitized by Google

Et iurare debet eo modo, quo partitum, ſeu iuſiurandum delatum eſt. *l.3. §. fin. cum duabus ſeqq. ff. de iureiur.* etiam cum imprecatione, quod deierans comburatur igne Sancti Antonij. *Gratian. d. deciſ. Marchia* 121. *n.* 10. & ſi legitimè non eſt iuratum, iterum iurandum eſt, *l. qui per ſalutem ſuam, ff. de iureiur.* & pars, quæ plenè probauit intentionem ſuam, poteſt recuſare iuramentum oblatum. *cap.2. vbi gl. ſſ.& Doct. de probat. Surd. deciſ.* 17. *n.* 3. ſed ſi teſtes examinati non probarent, locus eſſet iuramento. *Theſaur. deciſ.* 93. *n.* 1 & confeſſionem iurantis an liceat pro parte acceptare, & pro parte non, diſputat *Boer. deciſ.* 339. *n.* 3. & 4. vbi vide. Ad hanc citationem A. C. mandat iurari, vel referri, & Notarius ita extendit:

Petijt, & obtinuit, vt ſupra, niſi ad p. d. cum intimatione.

Et poſtquam iuratum fuerit, Iudex iurantem abſoluet, & referentem audiet, & ſi actor iuret, condemnet reum, nolente autem iurare, reum ſi ſoluat, abſoluit; non ſoluentem condemnat, vel ex relatione, non iurante actore abſoluit reum, ſunt verba *Vlpiani in l. iuſiurandum, §. fin. ff. de iureiuran.*

Formula Quinta.

Ad videndum iurari in litem.

CItetur N. ad videndum infraſcripto inſtanti deferri iuramentum in litem, & taxari ſummam, vſque ad quam iurare poſſit; viden. iurare, & iuxta illud contra ipſum decerni, & relaxari mandatum executiuum, & aliud quodcumque deſuper neceſſarium, & opportunum, ad p. d. inſtan.

Citetur, &c. ad videndum infraſcripto inſtanti deferri iuramentum in litem. Iudex, & non alius, poteſt deferre iuramentum in litem, & ab alio delatum non valet. *l. videamus, §. deferre, ff. de in lit. iuran.* illudque non debet deferre in his, in quibus non cadit affectio. *l. nummis, ff. eodem,* nec debet illud deferre ei, qui non eſt veriſimiliter informatus: & ideo non defertur hæredi, niſi quando veriſimilem habet ſcientiam, & informationem. *Rot. diuerſ. par.* 1. *deciſ.* 678. *per tot.* & fuit dictum in *Romana computorum* 17.

No-

Nouembris 1595. *coram Iuſto*, & Dominus litis poteſt in litem iurare, & non alius. *l. vulgo præſumitur, ff. de in lit. iuran.*

Nec debet Iudex deferre iuramentum in litem, contra eum, de cuius dolo non conſtat, ſed ſolum delata culpa. *l. 2. ff. de in lit. iur.* ex culpa enim nón eſt deferendum iuramentum in litem; ſed à Iudice facienda eſt æſtimatio, d. *l. videamus*, §. *deferre*, *ff. de in lit. iuran.* Sed contra hæredem tutoris, quando dolo malo, vel lata culpa non exhibet inſtrumenta pupillaria, iuratur in litem. ad *l. alio iure*, *C. de in lit. iuran.* ex dolo autem tutoris non iuratur contra hæredes. *l. fin. C. eodem.* & contra quemcumque, qui tenetur rem, ſeu inſtrumentum exhibere, ſi dolo non exhibeat, iuratur in litem, quanti ſua intereſt. *l. in inſtrumentis, ff. de in lit. iuran.* & in actionibus in rem, & in ad exhiben. & in bonæ fidei iudicijs iuratur in litem, ob dolum ſolum, non ob latam culpam. *l. in actionibus, ff. de in lit. iuran.*

Et taxari ſummam vſque ad quam iurare poſſit.

Debet enim Iudex certam quantitatem præfinire, vſque ad quam iuretur. d. *l. videamus*, §. *deferro*, & *l. ſequen. ff. de in lit. iuran.*

Videndumque iurare, &c. Iuratur, vel de affectione, vel de intereſſe ſingulari, vel de intereſſe communi, & de veritate. *Marant. in ſpecul. par. 6. nono act. verſ. defertur aliquando iuramentum, n. 27.* & iuramentum in litem præſtitum, non retractatur prætextu periurij. *l. de periurio, ff. de in lit. iuran.*

Et iuxta illud videndum contra ipſum decerni, & relaxari mandatum. Ex magna tamen cauſa, poteſt Iudex non ſequi iuſiurandum; ſed vel prorſus alterum abſoluere, vel minoris condemnare, quàm iuratum eſt, *text.* eſt in *l. videamus*, §. *deferre*, verſ. *item videndum, ff. de in lit. iuran.* vbi *gloſſ.* in verbo *ex magna cauſa*, declarat, quam vide.

Decretum extenditur.

D. N. procurator petijt, & obtinuit deferri iuramentum vſque ad ſummam ſcutorum, & alias, vt ſupra, niſi ad p. d. omni, &c.

For-

Digitized by Google

Formula Sexta:

Ad videndum moderari inhibitionem, locò ſententiæ in cauſa reſtitutionis in integrum.

Citetur N. ad videndum moderari omnes, & quaſcumque inhibitiones, per D. vigore Commiſsionis cauſæ reſtitutionis, eidem conceſſas, & pro eiuſdem parte contra infraſcriptum inſtantem executas, reuocari, & moderari, inſtrumentumque moderationis inhibitionis concedi, & expediri mandari ad p. d. inſtan.

Decretum fit.

Petijt, & obtinuit, vt ſupra, niſi ad p.d. cum intimatione.

Hæc citatio fit vbi commiſſa fuit cauſa reſtitutionis in integrum aduerſus tres conformes, & fuit cognitum non conſtare de cauſis reſtitutionis; & quia tunc Iudex non habet quid agat, ſi antea res iudicata fuit executioni demandata, moderatur ſuam inhibitionem, & ita actorem non eſſe reſtituendum, & reum abſoluendum abſque alia ſententia declarat, vt per *Caſ. de Graſſ. deciſ. 3. n. 13. de reſtit. in integr.* vbi ait, quod Rota de ſtylo non ſolet præfigere terminum, nè videatur reſtituere; ſed prius cognoſcit de iure; & poſtea, non alias pronunciando ſuper reſtitutione, vel non reſtitutione, ſi præcedens ſententia eſt iuſta, eam exequitur; ſin minus eam reuocat, ſubiungens, quod iſte eſt ſtylus, quem Domini ſeruant in hac materia ſine controuerſia. idem dicit *Mantic. deciſ. 315. n. 5. Rot. in recent. deciſ. 13. n. 1. par. 2.* qui dicit, quod de ſtylo Tribunalis in cauſa reſtitutionis in integrum, non pronunciatur: ſed vel proceditur in negocio principali, vbi reſtitutioni locus ſit, vel moderatur inhibitio emanata vigore commiſſionis dictæ reſtitutionis vbi ei locus non ſit. *Rot. diuerſ. par. 6. deciſ. 275. n. 1.*

PARS

PARS QVINTA DE CITATIONIBVS EXECVTIVIS.

Pro executione rei iudicatæ.

Formula Prima.

Ad docendum de appellatione.

Citetur N. ad docendum de appellatione, eiuſque legitima proſecutione, primò pro prima dilatione, inſtan. N. Deinde fiunt aliæ tres, ſecundo pro ſecunda, tertio pro tertia, & quarto pro quarta, & ſuperabundanti dilatione.

Auditores tamen Rotæ poſſunt præfigere terminum, ad docendum de appellatione, & eius legitima proſecutione, ad effectum procedendi ad executionem ſententiæ, latæ in cauſa appellabili, in qua condemnatus non appellauit, vt ſanciuit *Paul. V. in reformat. Tribunalis Vrbis, tit. de Auditorio Rotæ, verſ. necnon poſſit Auditor.*

Alijs etiam Iudicibus ſolet Signatura Iuſtitiæ, pro executione rei iudicatæ committere; vt præfixo vnico breui, & peremptorio termino ad docendum de appellatione, ac eius legitima proſecutione, quo elapſo, & nihil, quod releuet docto, omnes, & ſingulas expenſas in cauſa factas taxet, & moderetur; & tàm pro illis, quàm pro contentis in ſententia, & re iudicata, mandatum executiuum, ſeu litteras executoriales decernat, & relaxet. *Veſtr. lib. 5. cap. 10. & lib. 8. cap. vlt. n. 8.*

Citetur N. Neceſſaria eſt hæc citatio, vt conſtet Iudici de re iudicata, & poſſit ad illius executionem procedere. *Seraph. deciſ. 565. n. 5.*

Ad docendum de legitima appellatione. Scilicet, quod appellauerit in ſcriptis, & coram Iudice, vel coram honeſta perſona, quando non potuiſſet haberi Iudicis copia. *Bellam. deciſ. 381.* etiam ſi non rediјſſet pluries ad Iudicem, iuxta dicta per *Caſſad. deciſ. 8. de appellat.* & quod appellauerit

intra

intra decem dies. *Auth. hodie, C. de appellationibus*.

Eiuſque legitima proſecutione. Scilicet, quod appellans, quando habuit Apoſtolos reuerentiales, commiſerit cauſam intra 15. dies.

Vel quod in primo fatali aliquam habuerit diligentiam, & in ſecundo fatali, vel alijs terminis prorogatis, cauſam proſecutus fuerit, & finiuerit, vel impeditus fuerit, & per ſe non ſteterit; alias ob non proſecutionem appellatio deſeritur, & ſententia tranſit in iudicatum. *l. 2. cum auth. ſequenti. C. de tempor. appellat. cap. perſonas 4. cap. cùm ſit Romana 5. & cap. ex ratione 8. de appellat. Clement. ſicut, de appellat.*

Primo pro prima, ſecundo pro ſecunda, tertio pro tertia, quarto pro quarta, & ſuperabundanti dilatione.

Iſti termini ſeruandi ſunt, ſeu dandæ ſunt iſtæ quatuor dilationes, vt contumacia non docentis de appellatione, & proſecutione, magis conuincatur. *Veſtr. lib. 5. cap. 10. & lib. 8. cap. vlt. n. 8.* & important ſolemnitatem peremptorij, de quo latè dixi in *tract. de citat. tom. 1. cap. 7. verſ. de citatione conuentionali monitoria, & peremptoria à n. 379. vſq. 408.* & vt quis fiat contumax, neceſſe eſt, vt citetur tribus edictis, vel vno pro tribus. *l. contumacia, verſ. contumax, ff. de re iudic.*

Et pro peremptorio licet ſufficerent tres citationes; tamen additur quarta citatio pro ſuperabundanti; abundantia autem ponitur pro cautela, vt per *gloſſ. in l. ſi pupilli, §. item ſi procuratori*, in verbo, *quia ex abundanti, ff. de neg. geſt.* & verba quarto pro quarta, & ſuperabundanti dilatione, intelliguntur ideſt ad cautelam. *Mandoſ. de commiſſ. forma 23. commiſſionis executorialis*, in verbo *executoriales*, verſ. *addo*.

Et peremptorij ſolemnitas inuenta eſt, non ad ſolemnizandum iudicium, ſed ad conuincendam contumaciam, & malitiam non comparentis. *l. ad peremptorium*, vbi not. *Doct. ff. de Iud. Vant. de nullit. ex defectu citat. nu.* 105. & dixi in d. *tract. de citat. tom. 3. cap. 15. num. 212. vſque* 220.

Alia de hac materia vide in d. *tract. tom. 3. cap. 15. ſub verſ. de actibus, qui fiunt poſt iudicium, ad deuolutionem cauſæ, an requirant partis citationem, num.* 239. & ſub verſ. *de actibus, qui fiunt poſt iudicium ad executionem rei iudicatæ, num.* 298.

Forma

Forma commiſsionis executorialis, & eius explicatio.

Executorialis commiſſio hæc forma concipitur. Exponitur factum, ſcilicet qualiter fuit lata ſententia inter partes, ad fauorem oratoris, quæ tranſiuit in iudicatum, vel ob non interpoſitam, vel ob non proſecutam appellationem, vel ob ſtatutum de duabus conformibus, vel ob clauſulam appellatione remota, vel propter tres conformes prout in facto contigit: dein ſubiungitur in hæc, vel ſimilia verba.

Verum, quia Pater ſancte parum eſſet ſententias, & rem indicatam habere; niſi eſſent, qui illas executioni demandarent. Res iudicata habet executionem paratam. *l.2. C. de execut. rei iudicat.* ſed fruſtratoria eſſet, ſine executione. *cap. cùm aliquibus, de ſent. & re iudicat.* & executor eſt ille, qui rei iudicatæ vigorem ad effectum adducit. *l. executorem, C. de execut. rei iudic.* & nõ conuenit, vt executio retardetur. *cap. quod ad conſultationem, de ſentent. & re iudic.*

Ideo ſupplicat humiliter S. V. quatenus dignetur eidem committere, & mandare. Idem Iudex, qui tulit ſententiam, quæ fecit tranſitum in iudicatum, illam ſi ſit Iudex ordinarius, poteſt abſque alia commiſſione exequi. d. *cap. quod ad conſultationem, de ſententia, & re iudic. l. cùm quædam puella, ff. de iuriſd. omn. Iud.* ſecus autem ſi ſit delegatus, quia eius ſententia debet mandari executioni per delegantem. *l. à diuo Pio, in princip. ff. de re iud.*

Sed ſi ſit delegatus à Principe, poteſt exequi. *Alexand. in d. l. à diuo Pio*, cum alijs per *Marant. de ord. Iud. par.4. diſtinct.5.* verſ. *an ſit ordinarium, vel delegatum, n.45.*

Auditor Cameræ iuxta ſuas facultates, cognoſcit cauſas, tàm ordinarias, quàm delegatas; & ita tanquam ordinarius, & non videtur neceſſaria huiuſmodi commiſſio executorialis coram eo, licet aliqui ſoleant illã impetrare, vt per *Sal. ſt. Tiber. in praxi lib.2. cap.21. n.4. & 6.*

Auditores Rotæ olim non poterant exequi eorũ ſententias, abſque ſpeciali commiſſione Papæ. *Rot. in antiq. deciſ. 39. de ſent. & re iud.* reddit rationem *Caſſad. deciſ. 13. de reſcript. n.4.* tàm propter præſentiam Papæ, ad quem facilis eſt recurſus, quàm propter regulam Cancellariæ, qua cauebatur litteras executoriales aliter expediri non poſſe, quàm ſub plumbo, quæ indiget ſpeciali derogatione.

Sed

Sed hodie Auditor Rotæ ſine noua commiſſione, poteſt præfigere terminum ad docendum de attentatis, & nullitatibus, & cauſis reſtitutionis in integrum, & ad docendum de appellatione, & eius legitima proſecutione; & alia facere, vſque ad finalem ſententiarum ſuarum executionem incluſiuè, quæ de iure ordinarij facere poſſunt, vt in *Conſtitut. Paul. V. ſuper reformat. Tribun. Vrb. tit. de Auditorio Rotæ*, verſ. *poſſit etiam Auditor*, & verſ. ſeq.

In Rota ſæpius etiam impetratur commiſſio executorialis, qua Signatura reſcribit, vel eidem, vel alteri in caſu, quo controuertatur res iudicata; & apponit clauſulam, quatenus ſit locus executioni, exequatur; ſin minus cauſam appellationis cognoſcat.

Vt præfixo prædicto aduerſario breui, & peremptorio termino, loco quatuor terminorum de ſtylo Palatij ſeruari ſolitorū, ad docendum de appellatione, eiuſque legitima proſecutione.

Præfixio iſtius termini ſubrogatur in locum quatuor terminorum, de quibus ſupra diximus. *Veſtr. lib. 8. cap. vltimo, nu. 8. Rota poſt Poſthium, de manut. deciſ. 22. n. 7.* & conſueuit ſeruari ad ſecundam diem, cum intimatione, vt per *Mandoſ. forma 13. commiſſ. executorialis*, verſ. *ſeruatis 4. terminis. Saluſt. Tiber. in ſua praxi A. C. lib. 2. cap. 21. n. 5.*

Necnon de cauſis reſtitutionis in integrum. Quæ ſunt læſio, & iniuſtitia ſententiarum, & bonum ius condemnati, & petentis reſtitutionem. *Seraph. deciſ. 634. n. 1. Gregor. deciſ. 459. num. 1. & 2.* & ibi *adden. n. 11.* & dixi latè in *tract. de citat. tom. 3. cap. 12. n. 67.*

Item & nullitas, quia ſententia nullā nunquam tranſit in iudicatū. *Cæſar de Graſſis deciſ. 2. n. 7. & 8. de ſolut. Rota in recent. par. 2. deciſ. 307. n. 1. circa fin. Duran. deciſ. 70. n. 2.*

Sed an nullitas proponi poſſit contra tres conformes, *text.* eſt in *Clem. vt calumnijs, de re iudic.* quod nemo admittitur ad agendum de nullitate contra tres, niſi plenariæ fuerint executioni mandatæ, declara tamen, vt per *Veſtr. lib. 8. cap. 1. n. 7.* & per *adden. ibidem n. 27. & 28.*

Quo elapſo, & nihil quod releuet docto. Is, qui non probat in termino, cenſetur, vel probare non poſſe, vel nolle, & facultati probandi renunciaſſe. *Mandoſ. forma 21. commiſſionis præfixionis termini*, in verbo, *& nihil, quod releuet probato.*

Conſtito de re iudicata, ſeu quod alias ſit locus executioni.

De

De re iudicata conſtare dicitur, quando conſtat de tribus conformibus. *Clement.* I. *de ſent. & re iudicat.* quod ſcilicet tres ſententiæ ſint condemnatoriæ, vel in eadem, vel in minori ſumma ſint conformes. *Afflict. deciſ.362. per tot. Mandoſ. in form.24. commiſſ. mandati execut. loco executorial. in ver. conſtito, de tribus.* quod autem alias ſit locus executioni, dicitur conſtare, vel quando conſtat de ſtatuto prohibente appellationem, vel quando conſtat de reſcripto, cum clauſula appellatione remota, vel de non interpoſita appellatione, vel non proſecuta.

Exequatur, omneſque, & ſingulas expenſas legitimè in cauſa factas, taxet, & moderetur. Exequatur idest rem iudicatam perficiat, & executioni mandet. *l. executorem, C. de execut. rei iud.* verum, quia executio à Iudice aliter fit, quàm à nuncio.

Ideo petitur Iudici committi taxationem expenſarum, & illarum moderationẽ, & pro illis, & contentis in ſententia relaxationẽ mandati.

Et niſi in hac commiſſione executoriali daretur facultas taxandi, & moderandi omnes, & ſingulas expenſas; poſſet dubitari an Iudex poſſet taxare, & moderari expenſas factas, coram alio Iudice. *Rot. in antiq. deciſ.44. de ſententia, & re iud. Creſcent. deciſ.11. de reſcript.*

Legitimè factas. Condemnatio enim in expenſis intelligi debet de legitimis. *cap. exceptionem, de except.* ibi *in expenſis eſt legitimis condemnandus*; & de iuſtis, & moderatis. *cap. dilecti, de for. compet.* ibi *cum iuſtis, & moderatis expenſis.*

Taxet. Ideſt diligenter examinet, ad *text. in §. oportet, in authent. de Iud.* ibi *opportet autem expenſarum rationem Iudices omninò examinare.*

Et moderetur. Ideſt temperet, ſeu ad debitam quantitatem reducat. *l. inter quos, §. fin. ff. de damn. infect.* ibi *ratio eius impenſa, quæ modum probabilem non excedat*, & in *l. ex damni infecti, ff. eodem*, ibi *non oportet infinitam, vel immoderatam æſtimationem fieri*, & inferius, *honeſtus modus ſeruandus eſt, non immoderata cuiuſque luxuria ſubſequenda*; ideſt prodigalitas, vt ibidem explicat *gloſſ.* in verbo *luxuria*.

Et tàm pro illis, quàm pro contentis in ſententia, & re iudicata, mandatum executiuum decernat, & relaxet.

Mandatum executiuum compellit ad ſatisfaciendum illico; ſed illud Iudex non poteſt decernere, nec aliquem cogere extra ſuum territoriũ; in ſuo enim territorio eſt competens; ſed extra illud, non. *l. fin. ff. de iuriſd. omn. Iudic.*

Ac litteras executoriales. Litteræ executoriales non compellunt; ſed monent, vt pareatur: & ideo decernuntur extra Statum Eccleſiaſticum, vt ſic requirantur Iudices alterius territorij; vt moneant ad parendũ. facit *text. in l. 1. ff. de requir. reis*, ibi *ſed & litteras ad Magiſtratus, vbi conſiſtunt, mittere, vt per eos poſſit innoteſcere, requirendos reos eſſe annotatos*.

Rota loco litterarum requiſitorialium, dat litteras executoriales, vide, quæ dixi in *tract. de citat. tom. 3. cap. 15. num. 323.*

Ad abundantiorem autem cautelam, petitur in hac commiſſione executoriali, vt committatur vtraque facultas, decernendi ſcilicet, & relaxandi mandatum executiuum, ſcilicet in Statu Eccleſiaſtico, & decernendi litteras executoriales, ſcilicet extra Statum, quando extra illum res iudicata ſit exequenda; nè alias ſecundum facti cõtingentiam Iudex facultatem diminutam haberet.

Vno, & eodem contextu. Vt ſic Iudex non teneatur ſeruare quatuor terminos diſtinctè, ad docendum de appellatione.

Vnica citatione præcedente. Et ita tollitur quæſtio, an executio rei iudicatæ fieri poſſit abſque citatione: cùm enim debeat Iudici conſtare de re iudicata, citatio debet præcedere. *Mandoſ. in for. 23. commiſſionis executorialis, in ver. citatione præcedente.*

Vnica audientia. Vt ſic pro peremptorio, ſufficiat vnus pro tribus. *gloſſ. in cap. de illicita*, in verbo *peremptorio 24. quæſt. 3.*

Sub ſuo ſigillo. Inter antiquas regulas Cancellariæ legebatur, quod litteræ executoriales, alias quàm ſub plumbo expeditæ, non valerent, cuius regulæ meminerunt *Veſtr. lib. 8. cap. vlt. nu. 11. & Mandoſ. form. 24. commiſſ. mandati execut. loco execut.* in verbo *mandata huiuſmodi*, & ideo inoleuit ſtylus huiuſmodi, petendi facultatem decernendi executoriales, ſub ſuo ſigillo, ad tollendam omnem prætenſionem Officialium Cancellariæ. vt per *Veſtr. vbi ſupra*.

Ac ſub cenſuris, & pœnis, & clauſulis ſolitis, & conſuetis contra d. aduerſarium omneſque alios, &c. decernat, & relaxet. Clauſulæ ſolitæ debent apponi, imò ſi omittantur habentur pro expreſſis. *l. fin.* iuncta *gloſſ. fin. C. de fideiuſſ.*

Cenſuræ Eccleſiaſticæ appellatione comprehenditur excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictum. *cap. querenti 20. de verb. ſignif. vbi Abb. notat*, quod non continetur depoſitio, vel degradatio: & quod ex his

pœnis

pœnis Iudex debet eligere eam, quæ magis timetur, imò poteſt illis omiſſis imponere aliam arbitrariam, vt latius per *eum n.* 3. *& ſeqq.*

Contumaceſque, & inobedientes, pœnas, & cenſuras prædictas incurriſſe declaret, aggrauet, reaggrauet, interdicat. Auxiliumque brachij ſecularis inuocet, & alia faciat, in præmiſſis neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna.

Contumaces, & inobedientes. Ideſt, qui contradicunt de facto. *Franc. in cap.* 1. *in fine, de conceſſ. præben. in* 6. *Cardinal. in Clem.* 2. §. *contradictores, de relig. dom. Rebuff. in praxi in for. nouæ prouiſ.* in verbo *cõtradictores*, nota igitur, quod vt quis cenſeri poſſit contumax, & inobediens, in non parendo litteris executorialibus, & poſſit declarari tanquam talis; neceſſe eſt vt illi, non autem procuratori fuerint intimatæ, ſeu denunciatæ ſufficienter litteræ executoriales; cùm agatur de pœnis, & cenſuris. *Put. deciſ.* 332. *nu.* 2. *lib.* 1. *Mohed. deciſ.* 7. *vt lit. pendent.* & non ſufficit ſcientia præſumpta decreti executorialium. *Caput. deciſ.* 334. *par.* 1.

Neque ſufficit intimatio facta domi, niſi conſtaret de impedimento facto per partem, nè ſibi fieret intimatio perſonaliter. *Rot. in nou. dec.* 11. *de dolo, & contum.* vel quod alias dolosè latitaret. *Creſcent. deciſ.* 18. *n.* 1. *de ſent. & re iud.* vide plenius in *tract. de citat. tom.* 2. *cap.* 11. *nu.* 329. *& ſeq.* & qualiter debeant intimari executoriales dictum eſt *tom.* 1. *de citat. cap.* 6. *n.* 84. *& ſeqq.*

Pœnas, & cenſuras prædictas incurriſſe declaret.

Hæc eſt forma ſententiæ declaratoriæ, quæ fertur contra non parentes litteris Apoſtolicis, vel monitorialibus Auditoris Cameræ, vel executorialibus, qua declarantur, non parentes damnabiliter incurriſſe in pœnas, & cenſuras, in litteris contentas.

Aggrauet. Augeri debet pœna, quando creſcit contumacia. *L. quicumque, in princip. C. de ſeru. fugit. cap. quia ſanctitas,* 50. *diſtinct. gloſſ. in cap.* 2. in verbo *depoſitionis, de teſt. cogen.* is igitur, qui declaratus fuit excommunicatus, ſi non pareat, debet aggrauari maiori pœna, hoc eſt ſuſpendi ab officijs, & beneficijs, *cap. ex tuæ deuotionis,* §. *fin. de cleric. non reſiden. cap. paſtoralis,* §. *nos itaque, de appellat.*

Reaggrauet. Hoc eſt ſi in non parendo perſeueret, debet plus grauari, per priuationem humani commercij, excommunicando ſcilicet eos, qui victui neceſſaria illi ſubminiſtrabunt. *Mandoſ. de cõmiſſ.* 2. *for. cõmiſſ. cauſæ ſuper benef.* in verbo *aggrauandi, reaggrauandi.*

Interdicat. Interdictum apponitur reſpectu Vniuerſitatis, Collegij, Ciuitatis, & Populi, & aliorum, quæ ſi non pareant, nõ excommunicantur; ſed eis interdicuntur diuina. *cap. non eſt nobis, de ſponſ. cap. quod in te, de pœnit. & remiſſ. Mandoſ. de commiſſ. dicta form.2.* verſ. *interdicendi, & for.25. commiſſ. interdict. ampliat.*

Auxiliumque brachij ſecularis inuocet. Delegatus, ſine Signatura, illud inuocare nequit. *Mandoſ. d. for.2.* verſ. *auxilium brachij ſecularis implorandi, ac niſi in ſubſidium. cap. cùm non ab homine, de Iud.* & de hoc auxilio implorando plura dixi in *tract. de citat. tom.1. cap 5. n.1. vſque 12.*

Et alia faciat in præmiſſis neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna. Quando Iudici mandatur, vt aliquid faciat, intelligitur, vt quod per ſe facere non poteſt, per alterum fieri mandet. *cap. nos quidam, de teſtam. Mand. d. for.2. commiſſ. cauſ. ſuper benefic.* verſ. *cæteraque faciendi*.

Cum poteſtate citandi, et inhibendi prædictum aduerſarium, omneſq. alios, &c. necnon litteras executoriales, vt præmittitur decernendas, intimandi, & exequendi, etiam per edictũ, conſtito ſummariè, & extraiudicialiter, de non tuto acceſſu.

Clauſula cum poteſtate citandi, & inhibendi, quos, quibus, vbi quãdo, & toties quoties, æquiparatur clauſulæ omneſque alios, &c. cuius vigore, qui ſint citandi, & quot, & à quo, & quando ſint ſpecificandi, vide in *tract. de citat. tom.2. cap.9.* verſ. *de exprimendo nomine eius, qui citandus eſt, n.206. & num.230. & ſequen.*

De intimatione executorialium Rotæ, plenè dixi in *tract. de citat. tom.1. cap.6. n.80. vſque 92.* & de executione per edictum, latè dixi in d. *tom.1. cap.7. num.274.* verſ. *de citat. per edictum ob non tutum acceſſum, & tom.3. cap.12. n.195.* verſ. *de execut. citat. per edictum ob non tut. acceſſ. & qua form. committatur, & num.340. de relat. citat. factæ per edictum ad loca publica*.

Præmiſſis, necnon conſtit. & ordinat. Apoſtolicis, ſtylo Palatij, ceteriſque contrarijs, non obſtan. quibuſcũque ſtatum, &c. pro plenè, & ſufficienter expreſſis haben. Hæc eſt clauſula derogatoria, quæ apponitur in fine cuiuslibet commiſſionis, ad tollendum omnia obſtantia, de qua vide *Mandoſ. de commiſſ. for.1.* verſ. *præmiſſis, ac conſtitut.*

For-

Formula Secunda.

Ad dicendum contra Commiſsionem executorialem, & viden. præfigi terminum.

Citetur N. ad dicendum contra commiſſionē executorialem, in actis pręſentatam, & iuxta illius formam viden. ſibi pręfigi terminum, loco quatuor terminorum ſeruari ſolitorum ad p. d. inſtan.

Citetur N. ad dicendum contra cōmiſſionem. Hæc verba explicata ſunt ſupra in tertia parte formula prima.

Executorialem. Hoc verbum non videtur neceſſariū, cum ex actis conſtare poſſit qualis ſit commiſſio; ſed apponitur pro faciliori intelligentia citandorum.

In actis pręſentatam. Vide, quæ dicta ſunt ſupra in explicatione iſtorum verborū in tertia parte formula 1.

Et iuxta illius formam videndum pręfigi terminum.

Vide ſuperius dicta in eadem formula 1. verſ. vt præfixo breui, & peremptorio termino.

Decretum fit ad ſecundam cum intimatione.

Formula Tertia.

Ad videndum taxari, & moderari expenſas.

Citetur N. ad videndum taxari, & moderari expenſas in cauſa factas, illaſque taxatas, & moderatas ſoluendum, alias viden. tàm pro illis, quàm pro contentis in ſententia, & re iudicata, decerni, & relaxari mandatum executiuum; & aliud quodcumque mandatum deſuper neceſſarium, & opportunum, ad p. d. inſtan.

Citetur N. ad videndum taxari, &c. Si eadem die, qua fuit lata ſententia, taxarẽtur expenſæ, hæc citatio non eſſet neceſſaria, ad viden. taxari; ſed quia Iudex ſemper in ſententia ſibi reſeruat taxationem, ad *l. terminato, C. de fruct. & lit. expenſis*, ideo neceſſaria eſt hæc citatio. *Grauat. ad Veſtr. lib.8. cap. vlt. n.35.* nota ergo, quod ſi res iudicata eſt exequenda in Statu Eccleſiaſtico, fit hæc citatio, cuius verba ſunt explicata ſuperius, in explicatione commiſſionis executorialis, in verbo exequatur, omneſque, & ſingulas expenſas, cum ſeqq. vſque ad verſ. ac litteras executoriales, & eandem citationem ponit *Veſtr. d. lib.8. cap. vlt. n.14.*

Mandatum executiuum. Cum mãdato executiuo capiuntur bona, vel perſona, & ita cogitur victus expenſas taxatas, & moderatas ſoluere victori.

Nota etiam, quod de ſtylo defertur iuramentum petenti taxationem expenſarum, qui dat earumdem liſtam, ſine quo iuramento taxatio eſſet nulla. *cap. cùm veniſſent de eo, qui mitt. in poſſeſſ. auth. poſt iuſiurandũ, & auth. nouo iure,* & ibi *Bart. & alij, C. de Iud. Maran. in praxi 6. parte,* in verbo *executio, n. 21. Veſtr. lib.8. cap. vlt. nu. 15.* vbi ait, quod licet non præſtetur iuramentum apparenter; tamen Notarij, in extenſione huius termini taxationis expenſarum, ſemper illud extendunt, tanquam præſtari ſolitum, quod ſi Notarius non extendiſſet, non cenſeretur præſtitum, & taxatio corrueret, vt per eum.

Et aliud quodcumque deſuper neceſſarium, et oportunũ, &c.

Vel de manutenendo, ſi iudicium fuit actum in remedio retinendæ, vel mandatum dē immittendo, ſi fuit pro adipiſcenda poſſeſſione iudicatum, vel mandatum de reintegrando ſi fuit pronunciatum in remedio recuperandæ. *§. ſequens, inſtit. de interdictis.*

Decretum. *D. N. Procurator petijt, & obtinuit, vt ſupra, niſi ad p. d.*

Formula Quarta.

Ad videndum decerni, & relaxari litteras executoriales.

Citetur N. ad videndum in executione rei iudicatę, decerni, & relaxari litteras executoriales, in forma, ad p. d. inſtan.

Cite-

Citetur N. ad videnᷣ. Si exequenda eſt res iudicata extra Statum Eccleſiaſticum, tunc non petitur mandatum executiuum quo reus cogatur, ſed petuntur litteræ executoriales, quibus reus moneatur ad parendum rei iudicatæ, & Rotæ executorialibus; & ſunt loco litterarum requiſitorialium, de quibus ſcripſit *Rebuff. in comment. tom. 2. fol. 97. tit.* de litteris requiſitorijs, ſeu rogatorijs.

In executionem rei iudicatæ. Non enim dantur executoriales, niſi ad inſtantiam illius, qui rem iudicatam obtinuit, & qui de ea docet, alias non. *Veſtr. in praxi lib. 8. cap. vlt. n. 6. Caualer. deciſ. 218. n. 1.*

Decerni, & relaxari litteras executoriales in forma.

De relaxatione executorialium dixi ſuperius in formula cõmiſſionis executorialis, in verbo, ac litteras executoriales. Executorialium vero formam ponit *Veſtr. in praxi lib. 8. cap. vlt. n. 16.*

Hæc citatio ad videndum decerni, & relaxari executoriales eſt omnino neceſſaria ſicut eſt neceſſaria ad videndum decerni, & relaxari mãdatum executiuum. *Veſtr. d. lib. 8. cap. vlt. n. 14.*

Sed an requiratur ſeruatio quatuor terminorum ad docendum de appellatione, de qua ſuperius diximus in hac quinta parte form. 1. dic breuiter, quod quando ordinarius exequitur ſuam rem iudicatam; tunc dicti quatuor termini debent ſeruari, ad docendum de appellatione primo pro prima, ſecundo pro ſecunda, tertio pro tertia, quarto pro quarta, & ſuperabundanti dilatione, vt ſuperius dictũ eſt in hac quinta parte form. 1. quando vero delegatus exequitur, ſi in commiſſione adeſt clauſula, vt præfixo breui, & peremptorio termino, loco quatuor terminorum ſeruari ſolitorum; tunc ſeruatur forma commiſſionis, vnico termino, qui ſeruatur ad ſecundam, vt ſupra in forma commiſſionis executorialis, verſ. vt præfixo breui, &c. & ſequen. & ita veniunt intelligendæ *deciſ. Gregor. 43. n. 13. & deciſ. 320. nu. 4. tom. 2. in addit. ad 4. par.* dum dicunt, quod executoriales non requirunt ſeruationem terminorum ſubſtantialium.

Hic notandum eſt, quod executor executorialium Rotæ, nihil aliud agere debet, niſi eaſdem litteras condemnato intimare, & monere illũ, vt illis pareat *Buratt. deciſ. 95. n. 5.* ſed ſi poſſeſſio eſſet vacans, poſſet exequi, & actorem immittere. *Duran. deciſ. 408. n. 2.* ſin autem poſſeſſor contradiceret, & parere nollet, non poſſet executor illum excommunicare, nec cognoſcere ſuper eius exceptionibus. *Rot. in recentiſſ. par. 2. deciſ. 342. n. 1.* ſed intimatio debet reproduci in Rota, quæ ſeruatis quatuor terminis ad docendum de paritione, procedit ad declaratoriam.

Gaſſad. deciſ.6. [illegible] de cauſ. poſſ. & propriet. Buratt. d. deciſ. 95. n.5. alias ſi executor procederet ad executionem, quicquid fieret, reuocaretur per Rotam, vti attentatum. *Rot. in recentiſſ. d. deciſ. 342. nu.1. par. 2.* & poſſeſſio capta poſt intimationem executorialium, nō ſeruatis quatuor terminis ad docendum paruiſſe, eſſet attentata. *Creſcent. deciſ. 2. vt lit. pend. Gregor. deciſ. 43. n.14.*

Dubium oritur ex tenore executorialium, quibus committitur executoribus, non ſolum vt executoriales reo intiment, verum etiam, vt eundem non parentem declarent excommunicatum, & ſi ſuſtinuerit eundem aggrauent, & reaggrauent, & vt citius ad obedientiam redeat, tres lapides verſus domos habitationum ſuarum projiciant, in ſignum maledictionis æternæ, quam Deus dedit Coræ, Dathan, & Abiron, quos terra ſuſtinere non potuit; ſed iuſto Dei iudicio illos abſorbuit, vt in infernum deſcenderent viuentes, quod legitur *Deuter. lib.1. cap.16. propè fin.* nihil autem in executorialibus legitur Auditori reſeruatum, exceptumuè à facultatibus executoris.

Ad tollendam hanc dubitationem, dicit *Veſtr. lib.8. cap.8. n.16.* quod mos inoleuit in Palatio, vt executores in partibus dumtaxat litteras executoriales condemnato, ac intruſis intiment, & primam partem ipſarū litterarum dumtaxat, videlicet, & ante dictæ monitionis canonicæ ad parendum rei iudicatæ infra 30. dierum terminum exequantur.

Et vbi litteræ executoriales fuerint legitimè intimatæ, non procedatur ad vlteriorem executionem coram dictis executoribus; ſed habita relatione legitimæ intimationis earundem litterarum, reproducantur litteræ vnà cum relatione intimationis, in Curia coram Auditore, Iudice executionis, ad effectum procedendi ad vlteriorem executionē hæc ille; ſed ſi hoc eſſet, fortè melius, videretur, quod deberent Notarij omittere ſecundam partem, & ſolam primam ponere, nè ſic daretur occaſio executoribus attentandi vltra intimationem factam. Tu autem dic, quod qui poſſidet, debet dumtaxat moneri, quia poſſeſſor, qui contradicendo vtitur iure ſuo, non facit iniuriam. *cap. cùm Eccleſia de elect. Cardinal. in Clement.2. §. contradictores, de relig. dom.* nec cenſetur indebitè contradicere. *cap. final. de præben. & cap. ſuper litteris, in fin. de reſcript.* facit *tex. in l. ſi debitor, ff. de pet. hæred.* & executor non habet facultatem, niſi contra rebelles, & indebitè reſiſtentes. *Franc. in cap. 1. in princ. ſub n.6.* verſ. *vel poterit, de conceſſ. præb. lib.6.* & clauſula cōtradictores in litteris appoſita, intelligitur de illis, qui non poſſident; ſed de facto audent ſe litteris opponere, & contradicere; reſpectu quorū eſt neceſſaria facultas coercendi, & excommunicandi; ſed reſpectu illorū, qui poſſident, & contradicunt, non intrat niſi facultas monendi, vt pareant.

For-

Formula Quinta.

Ad docendum paruiſſe litteris executorialibus.

C*itetur D.N. ad docendum paruiſſe litteris executorialibus Rota ſibi intimatis; et in actis reproductis, primo pro prima, ſecundo pro ſecunda, tertio pro tertia, quarto pro quarta, et ſuperabundanti dilatione, ad p.d. inſtan.*

Citetur D. N. Hæc citatio eſt omnino neceſſaria, vt reus poſſit comparere, contradicere, & ſe defendere. *l. de vno quoque, ff. de re iud.* vbi, enim quis conuenitur pro executione executorialium, poteſt opponere, quod non conſtet de re iudicata, vtputà, quia ſententia, vel tanquam nulla, vel iniuſta, vel ob alias exceptiones, tranſire non potuerit in iudicatum, vel quia executoriales ſibi non fuerint legitimè intimatæ, vel quia ipſe illis ſufficienter paruiſſet.

Ad docendum paruiſſe. Paritio, vt plurimum conſiſtit in dimiſſione poſſeſſionis, & in reſtitutione fructuum. *Caualer. deciſ.* 483. *n.*10. & aliquando in refectione expenſarum, quando addita eſt clauſula, refectis expenſis. Quoad poſſeſſionē ſufficit præſtare patientiam, vt victor poſſideat. *Caual. deciſ.* 332. *n.*4. *Rot. diuerſ. deciſ.*166. *n.*3. *par.*7. & in *addit. ad* 4. *par. diuerſ. tom.* 2. *deciſ.*407. *n.*5.

Non autem requiritur, vt victus inducat victorem in poſſeſſionem, vel faciat alios actus, quibus haberet ſe pro ſpoliato; ſola enim patientiæ præſtatio operatur obedientiam, & ſufficientem paritionem mandato ſuperioris, & præſeruat eidem victo remedium manutentionis; quatenus ſibi competeret. *Rot. in recent. deciſ.*329. *n.*1. *par.*2.

Et ſola paritio verbalis ſufficit in incorporalibus. *Seraph. deciſ.*754. *n.*3. prout etiam ſufficit quando executoriales non continent aliquod præceptum de dando, vel faciendo. *Burat. deciſ.*933. *n.*1. vel vbi nihil eſt implendum. *Duran. deciſ.*311. *n.*2. *& deciſ.*403. *n.*2.

Atque pro paritione, ſufficit verbalis dimiſſio poſſeſſionis. *Rot. in recentiſſ. deciſ.*194. *n.*1. *par.*1.

Quoad fructus perceptos, ſi ſunt liquidi, requiritur actualis reſtitutio pro ſufficienti paritione: clauſula enim paritò, comprehendit etiam fructus. *Caual. deciſ.*477. *n.*4. ſi vero ſunt illiquidi, debent liquidari, & practica Rotæ eſt, quod victus impetret commiſſionem, vt præfigatur terminus aduerſario ad liquidandum, vt per *Seraph. deciſ.*655. *n.*4.

Sed

Sed vbi conſtet de nimia paupertate parere debentis; tunc ceſſat obligatio parendi. *Rot. in recentiſſ. deciſ.194. n.3. & 4. par.1.*

Et vbi parere debens ſit creditor liquidus, ſufficienter cenſetur litteris parere, per oblationem compenſationis; quia paria ſunt ſoluere, & compenſare. *l. ſi debitor, ff. qui pot. in pign. hab. l. ſi peculium, §. quod ſi hæredi, ff. de ſtat. lib. Rot. d. deciſ.194. n.2. par.1. in recentiſſ.*

Quoad expenſas, illas non comprehendit clauſula parito. *Rot. in recent. par.2. deciſ.209. n.2. Greg. deciſ.36. n.4.* ſed vbi adſit clauſula refectis expenſis, ſunt reficiendæ, quatenus ſint liquidæ; alias ſeruanda eſt prædicta practica Rotæ per *Seraphin.* poſita. *Rot. diuerſ. in addit. ad 4. par. nu.2. deciſ.123. n.9.*

Et generaliter quoad paritionem, nota, quod ea debet eſſe ſucceſſiua, & continuata, alias non ſufficit. *Buratt. deciſ.268. n.2.* & proteſtatio adiecta paritioni, ſi ſit contraria facto, nihil operatur; ſed ſi poteſt ſtare ſimul cum facto, & paritione, non impedit, quò minus ſit ſufficienter paritum. *Seraph. deciſ.754. n.5.* adde *Rot. in recentiſſ. par.2. deciſ.647.*

Litteris executorialibus Rotæ ſibi intimatis, et in actis reproductis. Litteræ executoriales, ſi non fuiſſent intimatæ principali, ſed eius procuratori; intimatio nõ valeret. *Rot. in antiq. deciſ.20. de dolo, & cont. Put. deciſ.332. n.2. lib.1. Mohed. deciſ.3. vt lit. pend.*

Etſi non fuiſſent reproductæ in actis, non poſſet Iudici conſtare de intimatione facta. *Bart. in l. multum intereſt, n.4. ff. de cond. & demonſtr. Rot. diuerſ. par.4. deciſ.3. n.3.* neque Iudex poſſet procedere. *Franc. in cap. cùm parati, n.42. de appellat. Rot. diuerſ. par.4. deciſ.3. n.3.*

Primo pro prima dilat. &c. Elapſis quatuor dilationibus, & nulla facta probatione, remanet probata negatiua paritionis. *Rot. diuerſ. par.5. deciſ.183. n.2.* & conuicta contumacia moniti, & intimati, & voluntaria eius inobedientia. *Rot. diuerſ. deciſ.254. n.4. & 5. par.6.*

Seruatis etenim quatuor terminis contra parere recuſantem, ferenda eſt declaratoria. *Duran. deciſ. 311. n.1. & deciſ.359. n.1.* ſicut è contrario, docto de paritione, contumacia excluditur. *Rot. diuerſ. deciſ.254. n.4. par.6.* & non datur declaratoria *Mart. Andr. deciſ.714. n.1.*

Formula Sexta.

Ad audiendum ſententiam declaratoriam.

Citetur D. N. ad videndum reiterari omnes, et ſingulos terminos ſubſtantiales, malè, nulliter, et inculcatè forſan tentos; in vim quarumcumque facultatum. abſolui à cenſuris ad effectum, &c. necnon concludendum, concludiq. videndum, & audiendum ſententiam declaratoriã, ad p.d.

Hæc citatio eſt ferè eadem cum citatione ad ſententiam diffinitiuã, præterquam in vltimis verbis, ad audiendum ſententiam declaratoriã; quæ hic veniunt declaranda, cùm cætera ſint ſatis explicata ſupra in 4. parte formula 1. vbi vide.

Et audiendum ſententiam declaratoriam. Quæ differt ab interlocutoria, & à diffinitiua: non enim componit quæſtionem, ſiue incidentem, ſiue emergentem, vt facit interlocutoria: neque diffinit negocium principale, adiudicando rem vni, & auferendo alteri, vt facit diffinitiua; ſed declarat factum, aliquem ſcilicet incidiſſe in pœnas, & cenſuras Eccleſiaſticas, & differt ab excommunicatione, quæ eſt pœna impoſita, vel à iure, ſeu canone pro delicto, vel ab homine pro contumacia, vel in nõ parendo, vel in non comparendo, præuia competenti monitione, iuxta *cap. ſacro, de ſent. excomm.* de qua re latius dictum eſt in *tract. de citat. tom. 3. cap. 15. à num. 220. vſque* 238.

Et ideo quidam non benè practici, conſueuerunt citare, ad audiendum ſententiam diffinitiuam; cùm debeat citari ad declaratoriam.

Poſt lectam prædictam citationem, Notarius in illius pede ita ſcribit.

D. N. petijt, & per Dominum obtinuit reiterari in forma, & instantem à cenſuris, ſi quibus innodatus exiſtit, ad effectum præſentium, abſolui. petens amplius, vt ſupra.

Ex tunc D. ſedens, &c. ſententiauit, & pronunciauit, prout in cedula, quam pramanibus habens, legit, ſubſcripſit, & mihi Notario tradidit, tenoris, &c. omni meliori modo, ſuper quibus.

Hæc

Hæc verba explicata ſunt ſupra quarta part. form. 1.

Tenor Sententiæ declaratoriæ, & eius explicatio.

PEr hanc noſtram declaratoriam ſententiam, quam de Dominorum coauditorum noſtrorum conſilio, & voto in his ſcriptis ferimus, dicimus, pronunciamus, ſententiamus, & declaramus N. niſi infra quindecim computandos à die intimationis huius noſtræ ſententiæ, ſeu inſtrumenti faciende eidem N. computandos realiter, & cum effectu paruerit litteris executorialibus, alias per nos contra eundem relaxatis, & eidem intimatis, & in actis reproductis pro parte, et ad inſtantiam N. de, et ſuper certis, &c. ex nunc, prout et tunc, excommunicationis, ac alias cenſuras, et pœnas in eiſdem litteris executorialibus contentas, ab illarum non paritionem incurriſſe, eundemque excommunicatum publicè denunciandum, et ab omnibus euitandum fore, et eſſe, prout denunciamus, ac euitari mandamus: litteraſque declaratorias deſuper opportunas decernendas fore, prout decernimus: dictumque N. in expenſis condemnandum fore, et eſſe, prout condemnamus; quarum taxationem nobis in poſterum reſeruamus, et prædicta, et omni, &c.

Per hanc noſtram declaratoriam ſententiam, quam, &c.

Sententia declaratoria in quibus differat ab interlocutoria, & à diffinitiua, & ab excommunicatione, & quare in ea omittenda ſit inuocati nominis Chriſti, dixi late in *tract. de citat. tom. 3. cap. 15. num. 220. vſque 233.*

In his ſcriptis ferimus. Quiſquis excommunicat, ſuſpendit, vel interdicit, debet ſuam ſententiam in ſcriptis proferre. *cap. 1. de ſentent. excomm. in 6.*

De-

Declaramus N. Declaratoria ſi fertur contra perſonam priuatam, exprimitur nomen, & cognomen; itaut certificetur qualis ſit. *l. ad recognoſcendos, C. de ingenuis. l. 1. in fin. ff. de dot. præleg.* Contra Epiſcopos, Archiepiſcopos, Patriarchas, & Cardinales, & cōtra Vniuerſitates, non fertur ſententia excommunicationis. *cap. ſanè, il 2. de off. deleg. cap. Romana, §. fin. de ſent. excomm. in 6.* ſed vel ſuſpenduntur, vel interdicuntur. *Clement. 1. de decim. Galleſ. de oblig. Camer. quæſt. 36. n. 20. & ſeq.*

Niſi infra quindecim. Rota in decernenda declaratoria, benignè agit cum conditione ſuſpenſiua, quam importat dictio niſi. *cap. præterea, 40. de appellat. Galleſ. vbi ſup. n. 19.*

Computandos à die intimationis. Terminus, ſeu dilatio non currit, niſi à die ſcientiæ. *Seraph. deciſ. 565. n. 7.* & ſic à die intimationis. *Put. deciſ. 174. lib. 1.* & quando decretum ſit cum intimatione, non afficit, quando intimatio non reperitur facta. *Gregor. deciſ. 31. n. 8.*

Realiter, et cum effectu paruerit. Quando ſufficienter cenſeatur paritum, dictum eſt in præcedenti formula, ad docendum paruiſſe, & hic ſatis ſit notare, quod non datur declaratoria, niſi propter contumaciam in non parendo, quæ ſatis probatur, dum pars citata non docet de paritione. *Rot. diuerſ. in addit. ad 4. partem tom. 3. deciſ. 631. n. 2.* ſed qui à ſe excludit ſuſpicionem contumaciæ, euitat declaratoriam. *Rot. diuerſ. par. 4. deciſ. 208. n. 19.*

Litteris executorialibus alias contra eundem decretis, et relaxatis. In quibus ſi non eſſent cenſuræ contentæ, ſeu comminatæ, non poſſet ferri declaratoria. *Rot. diuerſ. in addit. ad 4. part. tom. 2. deciſ. 290. n. 1. & 2.*

Et eidem intimatis. Executoriales intimari debent intruſo, & in actis reproduci, & ſeruatis quatuor terminis, & non docto de paritione, expeditur declaratoria, & ſi aliter caperetur poſſeſſio, eſſet attentata, quando ſcilicet poſſeſſio fuiſſet plena; ſecus ſi vacans, quia prædicta non requirerentur. *Duran. deciſ. 408. n. 1. & 2.*

Et hæc intimatio non ſufficit facta procuratori; quia cùm agatur de incurſu pœnarum, & cenſurarum, ſpecialiter fieri debet principali, ſecundum formam iuris perſonaliter; & ſi non reperiatur, domi, & in ſubſidium, conſtito de non tuto acceſſu, per edictum. *Rot. in antiq. deciſ. 20. de dolo, & cont. Put. deciſ. 332. n. 2. lib. 1. Mohed. deciſ. 7. vt lit. pend.* & plura de hac materia intimationis executorialium, & quomodo fieri debeat Vniuerſitati, dicta ſunt in *tract. de citat. tom. 1. cap. 6. à nu. 68. vſque 93.*

que 93. & in cap.7. à num.126. vſque 149. quibus adde, quod intimatio executorialium facta Patribus congregatis in refectorio ſufficit pro ferenda declaratoria. *Rot. diuerſ. in addit. ad 4. part. diuerſ. deciſ. 290. n.1. & 2. tom.2.*

Et in actis reproductis. Alias de eis non poſſet conſtare, nec Iudex procedere, ex dictis in *tract. de citat. tom.3. cap.12. ſub verſ. de reproduct. citat. n.409. cum duobus ſeqq.*

Pro parte, et ad inſtantiam N. Exprimendum eſt nomen, & cognomen inſtantis, vt conſtet qualis ſit. *l.1. ff. de lib. & poſth.* & de exprimendo nomine inſtantis, plura dixi in *tract. de citat. tom.2. cap.9. n.270. vſque* 395.

De, et ſuper certis. Exprimenda eſt cauſa, de qua agitur, quæ expreſſio poteſt fieri, vel in genere, vel in ſpecie, vel per relationem, vt in d. *cap.9. à num.*400. *vſque* 410.

Ex nunc prout ex tunc. Hæc clauſula operatur, vt vnum tempus videatur ineſſe alteri; videlicet præſens, in futuro, & è contra. *Felin. in cap. cauſam, n.6. de probat. Tiraq. de retract. conuent. §.1. gloſſ. vnic. n.86. Grat. diſcept. 239. n.18.*

Excommunicationis, ac alias cenſuras, et pœnas in executorialibus contentas, ob illarum non paritionem incurriſſe.

Si ſententia diffinitiua, Iudex cauſam exprimere non tenetur, qua motus fuerit. *cap. ſicut nobis, de re iud.* vbi vide *gloſſ.* in verbo *exprimatur*; ſed in ſententia excommunicationis requiritur, vt Iudex cauſam exprimat, & ſententiam per ſe recitet, & non per Notariũ, vt in *cap.1. de ſentent. excommun. lib.6.* & idem in ſententia declaratoria, & in litteris denunciationis, licet declarans, ſeu denuncians non dicatur excommunicare. *cap. paſtoralis, & cap. vt noſtrum, de appellat. Gem. in d. cap.1. num.4. 14. 15. & 17.* ideo pro expreſſione cauſæ, dicitur ob illarum nõ paritionem, & ſicut nullus eſt excommunicandus ſine cauſa. *cap. nemo 11. quæſt.1. cap. nemo Epiſcoporum 11. quæſt.3.* ita nullus eſt declarandus ſine contumacia. *gloſſ. in d. cap.1.* in verbo *cauſam*, & ibi *Gemin. & Franc. de ſent. excomm. lib.6.*

Eumdemque excommunicatum publicè denunciandum, et ab omnibus euitandum fore, et eſſe; prout denunciamus, ac euitari mandamus. Non eſt enim quis vitandus tanquam excommunicatus, donec conſtet ipſum in ſententiam hominis, vel canonis incidiſſe. *cap.1. de homicid. lib.6. Clem. præſenti, de cenſib.* & ibi *Authar. nu.5.* & ad hunc finem publicè denunciatur quis excom-

excommunicatus, vt maior ſit ipſius confuſio, quò ſua fuerit culpa patentior, vt dicitur in *Clement.*1.§.*& quia, de pœnis*.

Litteraſque declaratorias, deſuper opportunas decernendas fore; prout decernimus. Litteræ declaratoriæ decernuntur, hoc eſt Iudex mandat fieri litteras declaratorias, ſeu cedulones, in locis publicis affigendas ex qua publicatione, & affixione, nullum fit præiudicium excommunicato, cùm declaratio nihil noui inducat. *cap. paſtoralis, §. verum, de appellat.* & cedulones affiguntur, vt excommunicatus videns ſe ab alijs vitari, & aſpiciens confuſionem, erubeſcat, & conuertatur. *cap.*1. *de except. in* 6. atque, vt alij illum euitent. Vnde excommunicatio dicitur eſſe medicinalis, non mortalis; quia, qui illam profert rectè operatur: cùm intendat ad medelam, non ad mortem; & qui illam patitur, humiliter paret, & videns ſe vitari, confuſus facilius reuertitur. *cap. audi* 11. *quæſt.*3. *& cap. pia, de elect. lib.*6. *cap. cùm medicinalis*, & ibi *Franc. n.*1. *de ſent. excomm. lib.*6.

Eumdemque N. in expenſis in cauſa legitimè factis, condemnandum fore, et eſſe, prout condemnamus. quarum taxationem nobis in poſterum reſeruamus. De hac condemnatione in expenſis, dictum eſt ſupra *par.*3. in explicatione ſententiæ diffinitiuæ, in verbo partem, quæ victū in expenſis.

Duo ſe offerunt notanda, vnum quod executoriales relaxatæ ad fauorem beneficiati, proſunt ſucceſſori in beneficio, & ad eius inſtantiam poſſunt mandari executioni. *Rot. diuerſ. in addit. ad* 4. *part. tom.*2. *deciſ.*290. *num.*7. *&* 14.

Alterum, quod Rota non exequitur executoriales, etiam Rotales poſt lapſum 10. annorum, niſi guſtato de illarum iuſtitia. *Rot. diuerſ. par.*7. *deciſ.*1. *n.*6. vbi vide rationem.

Formula Septima.

Pro aggrauatoria, & reaggrauatoria.

Citetur N. ad videndum excommunicationem contra ſe fulminatam aggrauari, et reaggrauari, et interdici; litteraſq. aggrauatorias, et reaggrauatorias, et interdicti,

vſque

vſque ad inuocationem brachij ſecularis incluſiuè, decerni, et relaxari, ad p. d. inſtan.

Decretum. N. procurator petijt, et obtinuit, vt ſupra, niſi ad p. d.

Citetur N. Si non poteſt citari perſonaliter, quia latitet, nec domi, quia ſtet in loco non tuti acceſſus, debet citari per edictum in locis publicis affigendum, vt in *tract. de citat. tom. 3. cap. 12. num.* 159. 182. *&* 195.

Ad videndum excommunicationem contra ſe fulminatam aggrauari, et reaggrauari. Lata ſententia declaratoria, publicatiſque litteris deſuper relaxatis, & per Curſorem affixis in locis ſolitis, expectatur per decem dies ille, qui declaratus eſt, ſi velit parere, at ſi illis elapſis, indurato corde ſuſtineat ſententiam excommunicationis; cogendus eſt cum aggrauatorijs, iuxta ſtylum Curiæ. *Rot. in recent. par.* 1. *deciſ.* 657. *n.* 1. & in *addit. ad* 4. *par. tom.* 3. *deciſ.* 732. *n.* 1. *Veſtr. lib.* 8. *cap. vlt. n.* 19.

Litteraſque aggrauatorias, vſque ad inuocationem brachij ſecularis incluſiuè decerni, et relaxari, ad p. d.

Vno connextu reus citatur ad prædictos actus, & reproducta prius publicatione litterarum declaratoriarum, fit decretum, niſi ad p. d. *Galleſ. de oblig. Cam. quæſt.* 36. *n.* 55. & deſuper extenditur inſtrumentũ aggrauatoriæ, & reaggrauatoriæ, quod dirigitur alicui pro illius executione.

Aggrauatur excommunicatio, tunc, quando poſt alios decem dies velut loco monitionis canonicæ, de qua in *cap. ſacro, de ſent. excom.* Iudex Eccleſiaſticus facit publicari, ſeu denunciari in Eccleſijs excommunicatum, eundem, qui parere non vult, adhibito ſono campanæ, vt fiat actus publicus. *Doct. in cap.* 1. *de off. cuſt.* additiſque alijs ceremonijs, videlicet accenſis candelis, illiſque demum extinctis, & in terram proiectis, & tribus lapidibus etiam proiectis. *cap. vnde furtis, in extrauagant. com.* vt intelligatur qualis futurus ſit ſtatus excomunicati, qui ſeparatur à corpore Chriſti. *cap. nihil,* 11. *quæſt.* 3. & eiectus ab Eccleſia, Sathanæ traditur. *cap. abſit, & cap. omnis Chriſtianus eadem* 1. *quæſt.* 3.

Reaggrauatur excommunicatio poſt alios decem dies, tunc quando ab eodem Iudice Eccleſiaſtico monentur omnes, & ſinguli Chriſti fideles, præſertim familiares, & ſeruitores in virtute ſanctæ Obedientiæ, & ſub

Digitized by Google

& ſub pœna excommunicationis, quatenus infra ſex dies à communione, familiaritate, & ſeruitio prædicti aggrauati, præterquam in caſibus à iure permiſſis, penitus, & omnino deſiſtant, præuia enim monitione excommunicantur participantes cum excommunicatis. *cap. ſtatuimus, & cap. conſtitutionem, de ſent. excomm. lib.6.*

Interdicuntur illæ perſonæ, quæ non poſſunt excommunicari. quales ſunt Epiſcopi, Archiepiſcopi, Patriarchæ, & Cardinales. *cap. ſanè, il 2. de off. deleg. cap. veritatis, de dolo, & cont.* interdicuntur etiam Vniuerſitates, & Collegia, quæ prohibentur excommunicari: cùm alias in periculum animarum contingeret, innoxios excommunicationis ſententia irretiri. *cap. Romana, §. fin. de ſent. excomm. in 6.*

Tunc autem interdicitur, quando Iudex Eccleſiaſticus prohibet ingreſſum Eccleſiæ, celebrationem diuinorum, & adminiſtrationem Sacramentorum. *cap. non eſt nobis, de ſponſal. cap. quod te, de pœnit. & remiſſ. cap. Alma mater, de ſent. excomm. lib.6.*

Auxilium brachij ſecularis tunc inuocat Iudex Eccleſiaſticus contra non parentem, quando non habet vltra quid faciat. *cap. cùm non ab homine, de Iud.* & ad illud præſtandum cogit Iudices ſeculares ſub cenſuris Eccleſiaſticis. *cap. adminiſtratores, 23. quæſt.5.* in ſubſidium tamen ſi opus fuerit; vt in *Concil. Trident. ſeſſ.25. cap.5. de regul.* non eſt autem opus, quando executio fieri debet in Statu Eccleſiaſtico, vbi Iudices Eccleſiaſtici poſſunt abſque alio brachio ſeculari, cogere inobedientes, & parere recuſantes, vel per carcerationem, vel per capturam pignorum, & de hac materia locuti ſunt. *Veſtr. lib.8. cap. vlt. n.19. & 20. Galleſ. de obligat. Cameral. quæſt.36. n.48. vſque 57. Marcheſ. de commiſſ. par.1. cap.4. à num.202. vſque 255.*

Et loco executorialium plerumque relaxari ſolet, maximè in prophanis, mandatum executiuum. *Mandoſ. de commiſſ. form.24. Caſſad. deciſ.6. n.11. de cauſ. poſſ. & propriet. Seraph. deciſ. 878. n.1. Gregor. deciſ. 43. in fin. Rot. in Toletan. penſionis 16. Febr. 1618. coram Sanctiſſ. D.N. Innocentio X.* vbi fuit relaxatum mandatum executiuum pro terminis decurſis penſionis.

Formula Prima.

Ad totam cauſam.

ACTVRVS vigore obligationis Cameralis contra debitorem, extra Curiam exiſtentem, & in Curia Procuratorem non habẽtem, illum citare facit cum citatione impreſſa, quam paſſim tradunt Notarij, exequendam in loco domicilij, per publicum nuncium, domi dimiſſa copia, cuius executio, & relatio notatur à tergo, per publicum Notarium, & principalis, ſeu procurator illam reproducit in actis alicuius Notarij A. C. infra menſem tamen, quo elapſo remanet circumducta, iuxta reformat. *Paul. V. tit. de A. C.* verſ. *citationes autem extra Vrbem executæ*, &. citationes coram A. C. quando agitur de obligatione Camerali, ſufficit, vt ſint executæ domi ſolitæ habitationis; quia requirunt celerem expeditionem, vt dictum eſt in *tract. de citat. tom. 2. cap. 11. n. 341. & ſeq.*

Hæc citatio valida eſt; quia continet nomen Iudicis, actoris, & rei, cauſamque, & terminum, & locum, ac locum loci videlicet Notarij A.C. quo ſit comparendum, & prout in ea, quæ omnia requiruntur ad validitatem citationis. *Lanfranc. in cap. quoniam contra, de probat. tit. de citat. n.* 10. & latiſſimè diſcuſſum eſt in *tract. de citat. cap. 9. per tot. tom. 2.*

Non obſtat, quod huiuſmodi citatio fiat non præcedente Iudicis cõmiſſione, ad *text. in l. neminem, C. de exhiben. reis. cap. ex parte, de reſcr. Saluſt. Tiber. lib. 1. cap. vlt. n. 14.*

Quia hæc citatio nullam requirit cauſæ cognitionem; & propterea non requirit Iudicis decretum. *Saluſt. vbi ſupra*, ſed an, & quando decretum, ſeu commiſſio citationis requiratur, vel præſumatur, vide latè in *tract. de citat. cap. 11. n. 2. & n. 69.*

Atque, quod in iudicijs ſummarijs, & executiuis, & vbi proceditur ſummariè, & de plano, & ſine ſtrepitu, & figura iudicij, cenſetur remiſſa ſolemnitas iuris ciuilis. *Clement. ſæpè, de verb. ſign.* qualis eſt hæc cõmiſſionis Iudicis de citando. *Roman. conſ.* 497. & in d. *cap.* 11. *nu.* 168. & ſtante ſtylo, & conſuetudine, ita citandi in Tribunali A. C. non eſt locus dubitationi: iuxta ea, quæ dicta ſunt in d. *cap.* 11. *num.* 8. *&* 10.

Hæc citatio, quæ continet omnes actus fieri ſolitos, neceſſarios, & opportunos vſque ad totalem, & finalem executionem obligationis Cameralis, & cum expreſſione aliquorum actorum, vt in ea. eſt loco citationis, quæ generalis dicitur, & ſit contra abſentes; ita vt non comparens in termino, vlterius non ſit citandus; ſed nihilominus fiat proceſ-

ſus

Digitized by Google

ſus per contradictas, & edictum reſpectiuè, & ſi comparet, debeant vel contra eum, vel eius procuratorem fieri omnes, & ſingulæ citationes neceſſariæ, iuxta ea, quæ latè dicta ſunt in *tract.de cit. tom.1. cap.7. verſ. de citatione generali, nu.113. & ſeq. & cap.9.n.409.*

Reproducta hac citatione, ſi vel principalis, vel procurator comparet, fiunt infraſcriptæ citationes, vel domi, vel per contradictas, ſeu per edictum tempore feriarum.

Præmittenda eſt igitur hæc citatio, quia omnium actionum inſtituendarum initium ab ea parte ſumitur, qua prætor edixit de in ius vocando. *§. omnium, inſtit. de pœna temerè litig.*

Omittitur tamen, quando debitor eſt in Curia, vel habet in Curia procuratorem, etiam cum mandato generali, vel quando contraxit in Curia, & procuratorem non dimiſit.

Formula Secunda.

Ad dicendum contra iura.

Citetur D. N. ad dicendum contra iura producta, & repetita videndum iurare teſtes ſuper illorum recognitione, quatenus opus ſit, admitti, & mandari reſtitui dim. copia collationata, ad p. d.

Decretum.

Ad dicendum contra iura. Explicata eſt ſupra hæc citatio in ſecunda parte de Citationibus Probatorijs form. 1. fit neceſſariò hæc citatio in executiuis, quia non tantùm iuris ratio; ſed & ipſa æquitas perſuadent, vt petiturus pecuniam, afferat ſecum probationes, debitoremque conuincat. *l. vnica, C. de ſequeſtr. pecun.* & conuictus debitor ad ſolutionem vrgeri conuenit. *l. negantes debitores, C. de act. & obligat.* Iudicis tamen auctoritate; nam alias creditor vim faceret, & creditum amitteret, ſi propria, & non publica authoritate, quod ſibi deberi putat, vi extorqueret. *l. extat, ff. de eo, quod met. cauſ.* atque A. C. non procedit niſi probato credito. *Rot. poſt Zach. de obligat. Camer, deciſ. 62. n.2.*

Solent aliqui in hac citatione addere citationem extendi formam Cameræ, verum quia pendente termino ad dicendum contra, aliud decretum fieri non debet. *l. ſiue pars, C. de dilat.* ideo citatus ſolet contra iura opponere generalia contra, & proteſtari, pendente termino nihil

 fieri,

fieri; alias de nullitate. Ibidem quocirca ad euitandum circumductionem, melius eſt illam opponere in ſequenti forma.

Iura producta, & repetita. Productio debet eſſe realis, non autem verbalis.

Neque ſufficit iura exhiberi coram Notario, & teſtibus, niſi parte citata in actis facto producantur. *Pellit. in cap. quoniam contra, nu. 39. de probat. Rot. deciſ. 136. n. 5. poſt Zachiam, de obligat. Camer.*

Declara tamen, quod hæc citatio non requiritur, quando inſtrumentum obligationis eſt rogatum in eiſdem actis, vbi agitur.

Videndum iurare teſtes ſuper illorum recognitione, quatenus opus ſit. Non tamen eſt neceſſaria recognitio iurium; niſi quando pars opponit. *Rot. poſt tract. de obligat. Camer. deciſ. 130. n. 3. & 4.* plura de recognitione iurium dicta ſunt in *tract. de citat. tom. 3. cap. 13. à n. 267. vſque 346.*

Admitti, & mandari reſtitui dim. copia collationata.

Expoſita ſunt hæc verba ſupra in ſecunda parte, de Citat. Probat. form. 1. in fin.

Formula Tertia.

Ad videndum mandari extendi formam Cameræ, & decerni mandatum executiuum.

Citetur N. ad videndum mandari extendi formam Cameræ, in iuribus appoſitam iuxta ſtylum Curiæ; necnon ſoluendum, ſeu ſoluiſſe docendum, ſummam in iuribus contentam: alias videndum decerni mandatum executiuum ad p. d.

Videndum mandari extendi formam Cameræ in iuribus appoſitam iuxta ſtylum Curiæ. Hæc citatio eſt neceſſaria, quando fuit producta apocha, vel inſtrumentum rogatum per alium, quàm per Notarium cauſæ: quia tunc neceſſaria eſt extenſio formæ Cam. ad hoc, vt Iudex poſſit eſſe certus de ſua iuriſdictione. *Rot. poſt Zach. de obligat. Camer. deciſ. 39. n. 2.*

Et

Et quando fuiſſet omiſſa, mandatum remaneret nullum. *Rot. poſt Zach. de obligat. Camer. deciſ.* 24. *n.* 2. etiam ſi inter partes alias fuiſſet extenſa *num.* 3.

Declara tamen, quod extenſio non eſt neceſſaria, quando per debitorem fuit conſenſum in relaxationem mandati executiui. *Rota deciſ.* 35. *n.*2. *& deciſ.*63. *n.*1. *poſt d. tract. de oblig. Camer.*

Declara pariter, quod quando extenſio requiritur, ſufficit fuiſſe factum decretum mandari extendi: quia poſtea Notarius poteſt extendere in confectione regiſtri: quandoquidem Notarij A. C. ex ſtylo habent in eorum pulpitis hanc formam oblig. Camer. extenſam. *Rot. poſt d. tract. deciſ.*62. *n.*3. *& deciſ.*111. *n.*23.

Necnon ſoluendum, ſeu ſoluiſſe docendum ſummam in iuribus contentam. Solutione enim eius, quod debetur tollitur omnis obligatio. §.1. *inſtit. quib. mod. tol. obligat.* ſed cùm ſit, quid facti. *l. conſilio,* §. *fin. ff. de curat. furioſ. l. quingenta, ff. de ſolut.* debet ab allegante probari. *l. fin. C. de ſolut.* facta ſcilicet creditori, vel alteri eo mandante, vel ratum habente. *l. inuito, C. de ſolut.* & de eius voluntate. *l. intereſt, C. eodem.*

At ſi debitor doceret de ſolutione, facta perſonæ non legitimæ, non eſſet liberatus: nonnulla exempla ſubijcio. Soluens ei, qui nunquam fuit procurator, licet iuſto errore credatur eſſe, non conſequitur liberationem. *l. qui hominem,* §. *ſi nullo, ff. de ſolut.*

Item ſoluens falſo adminiſtratori, non liberatur; niſi pecunia vertatur in vtilitatem creditoris. *l. debitores, ff. de ſol.*

Item ſoluens procuratori reuocato, non conſequitur liberationem, ſi reuocatio ad eius notitiam deuenit: alias ſecus. *l. qui hominem,* §. *ſi Titium, ff. de ſolut.*

Item ſoluens tutori, qui non poteſt adminiſtrare, non liberatur. *l. quod ſi forte,* §. *ſunt quidam tutores, ff. de ſolut.*

Item ſolui non poteſt procuratori litis. *l. hoc iure, ff. de ſolut.*

Sed non poteſt adiectus liberare debitorem, niſi recipiendo. *l. quod ſtipulatus ita ſum, ff. de ſolut.* Hæredi autem ipſius adiecti, ſolui non poteſt. *l. ſi ſtipulatus ſum, ff. de ſolut.*

Soluens Prælato intruſo, ex contractu facto cum illo, liberatur. Secus ex contractu facto cum vero Prælato; niſi habeat iuſtam cauſam credendi eum Abbatem; puta quia habet confirmationem ſuperioris. *Bart. in l. ſi Vrbana, ff. de condit. indeb.* ſed in contrarium, vide *Iaſ. ibid.*

Soluens autem hæredi putatiuo, liberatur ob iuſtam cauſam ignorantiæ; quia non conſtat de vero hærede. *l. fin. ff. de tranſact. l. ſi giti-*

O 3 *uus.*

Digitized by Google

dat. l. cùm quis, ff. de ſolut. adde *Giurb. deciſ. 79. n. 20.* vbi latè ſe extendit: ſecus vero quando hæres putatiuus fuiſſet conſtitutus in mala fide, per iudicialem teſtamenti intimationem, pro parte veri hæredis ſibi factam, vel ex pendentia litis, vel ex fama, vt cenſuit *Rota* ex pluribus allegatis in *Cæſenaten. vocum Molendinorum coram R. p. d. Ghiſlerio, 21. Aprilis 1636.* quæ eſt *deciſ.* 122. *n.* 8. *& ſeq. par. 7. diuerſ.* & qui bis ſua culpa ſoluit, ſibi debet imputare, & non eſt iniquum, quando quis non ſoluit vero creditori, vel eius vero procuratori. *Rot. Ianuen. cauſarum & execut. deciſ. 30. n. 17. vſque ad fin.*

Et quia quandoque citrà malitiam, ex ignorantia contingit, vt petatur idem, quod ſolutum fuit, vtputà in hærede, ſeu ſucceſſore: quandoquidem apocha receptionis communiter remanet penes debitorem. *Corn. conſ. 277. n. 3. circa med.* verſ. *& quando citrà malitiam, lib. 4. Rota diuerſ. deciſ. 788. n. 14. par. 1.* ideo huiuſmodi perſonæ excuſarentur, ſi quod ſemel ſolutum fuit, iterum peterent.

Soluens de mandato Iudicis, licet regulariter conſequatur liberationem, tamen vt eam conſequatur, plura requiruntur: primò, vt probetur illum creditorem fuiſſe: ſecundò, vt debitor fuerit certioratus quò poſſet ſe defendere: tertiò, vt reſiſtentiam fecerit; alias enim præſumeretur ſpontanea ſolutio: quartò, vt de ſolutione conſtet aliter, quàm per ſolam confeſſionem, quæ ſola non ſufficeret in præiudicium tertij. ita declarauit *Rot. in Piſtorien. penſionis, 24. Nouembris 1607. coram Pænia,* allegat. *Barbat. conſ. 27. lib. 3. Deciam. conſ. 48. Cuman. conſ. 183. Gabriel. de ſolut. concluſ. 11. n. 20. & 27.* & de præcepto Iudicis quale eſſe debeat, vt liberet debitorem ſoluentem alteri, quàm creditori, vide *Afflict. deciſ. 150. num. 12. & 28. & Vrſill. ad eumdem ibidem n. 30. vſque ad fin.*

Alias viden. decerni mandatum executiuum ad p. d.

Ordo iudicij ordinarij eſt, vt prius feratur ſententia, antequam fiat executio. *l. 1. C. de execut. rei iudic. l. ſi cum nulla, ff. de re iud. Papien. in for. act. real.* in verbo *cōdemnetis, n. 1.* & ſic reus prius eſt condemnandus, deinde cogendus. *Bart. in d. l. 1. C. de execut. rei iud.*

Ordo autem iudicij executiui eſt, vt prius debitor conuincatur, quàm ad ſolutionem vrgeatur. *l. vnica, C. de prohib. ſequeſtr. pec. l. negantes debitores, C. de act. & obligat. Mant. deciſ. 194. n. 9.* vt ſcilicet prius Iudex præcipiat debitori, vt ſoluat, deinde illum ad ſoluendum compellat. *Rot. in recent. par. 1. deciſ. 45. n. 8. & 496. n. 2.*

Ideoque ſtylus A. C. eſt quando non eſt conſenſum in mandatum, vt quaſi loco condemnationis, & ſententiæ decernatur mandatum executi-

cutiuum hoc eſt, præcipiatur, vt ſoluat. *Rot. diuerſ. par. 5. deciſ. 395. n. 11.*

Decretum fit, *Niſi infra tres,* hoc eſt niſi infra tres dies ſoluerit, aut aliquid releuans allegauerit, in executiuis enim datur ſola dilatio ad ſoluendum, ſed modica. *l. ſi debitori meo, ff. de iud. Rot. in recent. par. 2. deciſ. 376. n. 1.* ſed an poſſit fieri hoc decretum, niſi infra decem, puto, quod ſic; quia dilationes ſunt arbitrariæ Iudici, & dilatio decem dierum cenſetur modica. *l. promiſſor, §. 1. ff. de conſtit. pec. gloſſ. in d. l. ſi debitori meo,* in verbo *modicum, ff. de iud.* ſed communiter in Tribunali A. C. fit prædictum decretum, decerni niſi infra tres. *Galleſ. de obligat. Camer. quæſt. 36. n. 19. Rot. poſt d. tract. deciſ. 103. n. 3.*

Formula Quarta.

Ad videndum relaxari mandatum executiuũ.

Citetur N. ad docendum de quacumque noua conuentione, ſolutione, alijſque præiudicialibus, necnon calculandum, quatenus, &c. & calculo facto ſoluendum, alias viden. relaxari mandatum, alias decretum, ad p. d. inſtan.

Quando obligatio Cameralis eſt contracta extra Curiam, & non eſt conſenſum in mandatum executiuum, tunc duo termini ſunt ſeruandi, ſeu duæ citationes faciendæ, vna ad videndum decerni mandatum, niſi infra tres, de qua modo diximus; altera ad videndum relaxari mãdatum, alias decretum de qua nunc dicturi ſumus; & tria ſunt præmittenda.

Vnum eſt, quod iſti duo termini ſunt diſtinctè ſeruandi, vnus poſt alium, alias quando, vt ſupra non ſit conſenſum in mandatum ſi ſeruarentur inſimul, & inculcatè, tunc mandatum eſſet nulliter relaxatum, & reuocandum. *Rot. poſt Zach. de obligat. Camer. deciſ* 103. *n.* 3. & ideo præmittitur citatio ad videndum decerni, & poſtea fit hæc ad videndũ relaxari, quando lapſi ſunt tres dies decreti.

Alterum eſt, quod ſi præuerteretur præpoſterareturue dictus ordo, & prius peteretur relaxari mandatum, quàm decerni, non valeret mandatum. *l. vt debitum, C. de hæredit. act. Pract. Papien. in form. act. real,* in verbo *condemnetis, n.* 2. nec applicaretur ratio *Kart.* relata ibidem per *Papien. n.* 2. quod præpoſterata petitio facta in libello ſuſtineretur ea ratione; quia mens loquentis potius, quàm ordo ſcribentis debet at-

tendi, quia in hoc caſu non concurrit ſola petitio actoris: ſed etiam decretum Iudicis, quod eſt præpoſterè factum contra formam iuris, quæ eſt vt prius debeat quis condemnari, quàm compelli, & contra ſtylum A.C. vt prius debeat decerni, quam relaxari mandatum, vnde non ſola mens petentis poteſt conſiderari, cum concurrat etiam factū Iudicis, qui præmiſiſſet currum ante boues.

Poſtremum eſt, quod Auditor Cameræ eſt ſolus executor obligationis Cameralis, & quod ideo coram alio Iudice citari non poteſt ad videndum decerni, & relaxari mandatum in executione obligationis Cameralis, quàm coram A.C. qui habet in ſuis facultatibus, vt ſolus procedere poſſit priuatiuè quoad alios Iudices, in obligat. in for. Cam. iuris guarantigiæ, Ripæ, & Ripettæ, & alijs in quibus abſque obligat. in for. Cam. debitores conſentiant in mandatum, vnica, vel ſine citatione, vt in eiſdem facultatibus A.C. §. 4. *&* 5. ibi excipiuntur cauſæ, quæ committantur alijs Iudicibus cum facultatibus A.C. & etiam cauſæ Ciuium Romanorum, vt in eis: alijs vero quibuſuis Iudicibus inhibetur, nè in executione huiuſmodi obligationis Cameralis ſe intromittant, vt in eis in §. 6. non tamen prohibetur agi coram alijs Iudicibus extra Curiam, dummodo agatur via ordinaria, non tamen executiua, & eo modo, quo agitur coram A.C. vide *Galleſ. quæſt. 7. & adden. ad illum*.

Ad docendum de quacumque noua conuentione. Noua enim conuentio, ſeu nouatio eſt prioris debiti in aliam obligationem transfuſio, atque translatio. *l. 1. ff. de nouat. & deleg.* & omnis obligatio poteſt nouari; ſi tamen hoc agatur. *l. 2. ff. eodem*, & nedum quis per ſe; ſed per alium ſua voluntate poteſt priorem obligationem nouare. *l. nouare poſſumus, ff. eodem*, & quando nouatur prima conuentio, habens obligationem Cameralem, ſi ea non repetatur in ſecunda, non amplius agi poteſt obligatione Camerali, tanquam nouata. *Greg. deciſ. 30. n. 5.*

Solutione. De quacumque enim ſolutione doceatur ſufficit, & nedum ſi ipſe debitor ſoluit; ſed ſi alius pro ipſo ſoluerit cùm ſolutione eius, quod debetur, tollatur omnis actio. *§. 1. inſtit. quib. mod. toll. obligat.* & quilibet debeat eſſe contentus vnica ſolutione. *l. bona fides, ff. de regul. iur. Bart. in l. 3. §. vbi duo, n. 3. ff. de duobus reis*, & nihil refert, an ſolutio fiat per debitorem, vel per eius fideiuſſorem, vel per alium eius nomine, & contemplatione. *cap. qui per alium, de regul. iur. lib. 6. Surd. deciſ. 118. n. 2.* & etiam ſi fiat à tertio: ſoluendo enim quiſque pro alio, licet inuito, & ignorante, liberat eum. *l. ſoluendo, ff. de neg. geſt. Surd. deciſ. 113. n. 2. l. ſolutionem. l. ſi pro me, & l. ſoluere, ff. de ſolut.* & ſufficit ſolutio, quocumque modo fuerit facta, etiam non interue-

teruueniente pecuniæ numeratione. *l. ſolutionis, ff. de ſolut. l. liberationis, & l. ſolutionis, ff. de verb. ſignific.* & etiam ſacta per acceptilationem, quæ dicitur ficta ſolutio. *l. ſi ex pluribus, ff. de acceptilat. Benint. deciſ.* 81. *n.*8. & 9. atque tranſactio facta inter creditorem, & fideiuſſorem operatur, vt ea ſtante non poſſit creditor agere contra principalem debitorem; ſed eadem tranſactio etiam proſit debitori. *l. & poſt rem,* §. 1. *ff. de tranſact. Benint. d. deciſ.* 81. *n.* 10. *& ſeq. Rot. in Anconitana Pecuniaria* 14. *Maij* 1607. *coram Sanctiſſ. D. N. Innocentio X. tunc Rotæ Auditore.*

Et nota, quod citatus ad docendum de quacumque ſolutione, non intelligitur, vt neceſſario debeat docere de numeratione pecuniæ; ſed de quacumque liberatione, ſeu remiſſione debiti quomodolibet facta. *l. ſolutionis, ff. de ſolut.* & de quacumque ſatisfactione. *l. ſi rem alienam,* §. *omnis pecuniæ, ff. de pignor. act.* ibi ſatisfactum autem accipiemus quoadmodum voluit creditor, licet non fuerit ſolutum.

Solutio probatur, vel per inſtrumentum, vel per ſcripturas priuatas, & quietantias, vel per teſtes: in exercendis enim litibus eandem vim obtinent, tàm fides inſtrumentorum, quàm depoſitiones teſtium. *l. in exercendis, C. de fide inſtrum.* & dictum eſt ſupra *par.* 2. *for.* 1.

Item probatur per confeſſionem creditoris de recepto. *l. pecuniæ, C. de ſolut. l. quidam, ff. de conſtit. pecun. l. vltima, ff. de inſtit. act.*

Item præſumptiuè probatur ſolutio, vtputà, quando producitur Chirographum, vel cancellatum, vel laceratum; tunc enim præſumitur facta ſolutio. *l. ſi Chirographum, ff. de probat.* poteſt tamen probare creditor in contrarium ab alio deletum ſine voluntate ſua, vt notat ibidem *gloſſa,* in verbo *oſtenderit.*

Sic etiam ſi apocha reddita fuerit debitori, non probatur ſolutio: niſi debitor probet duobus teſtibus, ſibi redditam fuiſſe de voluntate creditoris. *l. quod debitori,* & ibi *gloſſ. C. de ſolut.* at ex ſola tarditate creditoris in petendo, non poteſt præſumi ſolutio; quia ſciebat ius ſuũ ſaluum fore. *l. ſicut,* §. *non videtur, ff. quibus mod. pign. vel hypothec. ſolu.* alias præſcriptio eſſet ſuperflua, & fruſtratoria. *Rot. diuerſ. deciſ.* 788. *num.* 4. & 12. *par.* 1.

Necnon calculandum, quatenus calculare intendat.

Scilicet ſuper datis, & acceptis; ſed vbi computa ſunt confuſa, & intricata, eligendi ſunt periti, & calculatores. *l. ſi cui libertas,* & ibi *Bart. in ſumm. ff. de cond. & dem.* & pro eorum electione citanda eſt pars, vt ſupra *par.* 2. *forma* 25.

Et calculo facto ſoluendum. Antea enim debitor improbus videri non poteſt, qui ignorat quantum

tum ſoluere debeat. *l. non poteſt videri improbus, ff. de regul. iur.*
Alias videndum relaxari mandatum executiuum, alias

decretum, ad p. d. Computatio enim à calculatoribus facta, non ſufficit ad condemnandum, vel abſoluendum; niſi ſubſequatur Iudicis comprobatio, & decretum. *l. 2. C. de iur. fiſci lib. 10.*

Mandatum executiuum dicitur, quo Iudex committit executori, vt perſonam debitoris capiat, vel tot de bonis illius.

Nota, quod mandatum tunc decernitur, quando Iudex ordinat illud per Notarium fieri, & tunc relaxatur, quando Iudex mandat illud per Notarium expediri, & tradi executori: relaxare enim ſignificat remittere, quod tenſum erat, & laxum facere, ſeu ſoluere.

Tunc autem nuncius exequitur, ſeu birruarius, quando perſonam debitoris capit, vel bona, & vt verſu dicam,

,, *Hic exequendi ordo eſt, primò tenditur arcus.*
,, *Tenſus laxatur, miſſa ſagitta ferit.*

Decretum fit. *Niſi ad p. d. non iurato de calumnia, & iurato de calumnia, niſi infra quindecim, cum intimatione. Intimatio fit qualiter D. relaxauit mandatum, & alias prout in actis.*

Reus ſi vult hunc terminum 15. dierum iuxta formam decreti, debet allegare præiudicialia in partibus, & iurare de calumnia: quicumque enim vult dilationem ad probandum, non poteſt illam obtinere; niſi iuramentum de calumnia præſtiterit, quod non cauſa differendi huiuſmodi propoſuit allegationem, vt dicitur in *l. 1. C. de iur. iuran. propt. cal. dando;* hæc dilatio datur illis, qui contraxerunt extra Curiã, vt poſſint habere inſtrumenta, & probationes de partibus; illis vero, qui contraxerunt in Vrbe, non datur; quia facili negocio poſſunt habere probationes in promptu. Elapſo dicto termino, ſi reus nihil releuans deduxerit, mandatum expeditur, & tranſmittitur ad partes, exequendum iuxta ſtylum loci, & locorum ſtatuta.

For-

Digitized by Google

Formula Quinta.

Ad tenendum portam apertam.

Citetur N. exaduerſo principalis, ad tenendum portam apertam, ita vt exequi poſsit mandatum contra eum relaxatum: alias videndum mandari aperiri per vim, ad p. d. inſtan.

Decretum. *Niſi ad p. d. cum intimatione.*

Citetur N. exaduerſo principalis. Non autem citatur procurator; quia tenere apertam portam ſui principalis, non eſt in eius facultate. *l. impoſſibilium, ff. de reg. iur.*

Ad tenendum portam apertam. Domus cuique tutiſſimum eſt refugium, & receptaculũ. *l. pleriique, ff. de in ius voc.* & qui habitatore inuito ingrederetur, faceret iniuriam. *l. lex Cornelia, ff. de iniur. gloſſ. in Clement. cauſam, de elect.* in verbo *in domo*, qui vero ingreditur domum apertam nemine prohibente, iniuriam non facit. *l. ſatis, ff. de in ius voc.*

Ita vt exequi poſſit mandatum contra eum relaxatum.

Intereſt enim reipublicæ, vt Iudicis mandatum executioni mandetur. *l. executorem, C. de execut. rei iud.* in executione autem facienda, ad quid Iudex debeat aduertere, dixi in *tract. de citat. tom. 3. cap. 15. n. 336.*

Alias videndum mandari aperiri per vim. Iudici enim reſiſti non poteſt. *gloſſ. in l. vt vim, ff. de iuſtit. & iur.* & Iudex poteſt inobedientes ſua authoritate coercere. *l. 1. & 2. ff. ſi quis ius dicenti non obtemperauerit,* executor tamen debet talem licentiam, ſeu mandatum oſtendere. *Bald. in cap. cum parati, n. 8. de appellat.* & in *l. conſentaneum, n. 8. C. quo mod. & quando Iudex.*

For-

Formula Sexta.

Ad videndum mandari conſignari pignora.

Citetur N. ad videndum mandari conſignari pecunias, ſeu pignora in executione capta, D. inſtanti pro concurrenti quantitate ſui crediti; quatenus vero bona, Curſori ad eff: ctum ſubhaſtandi: & ſubhaſtari mandari, mandatumque de ſubhaſtando, & aliud quodcumque deſuper neceſſarium, & opportunum decerni, & relaxari ad p. d. inſtan.

Decretum. *Niſi per tot. quoad pecunias, quoad pignora, niſi ad p. d. cum intimatione.*

Citetur N. ad videndum mandari conſignari. Hæc citatio eſt omnino neceſſaria; quia debitor ante conſignationem pignorum, & antequam fierent aliæ expenſæ ſubhaſtationis, poſſet ſoluere, & ab illis ſe eximere, ad hunc enim effectum fiunt citationes, vt citati poſſint contradicere, & ſe defendere, & etiam parere, & quod hæc citatio in Curia ſit neceſſaria, dicit *Galleſ. de obligat. Camer. quæſt.* 37. *nu.* 31. *Saluſt. Tiber. in praxi cap.* 40. *n.* 1. *lib.* 1. & dixi in *tract. de citat. tom.* 3. *cap.* 15. *num.* 343. *& ſeq.*

Pecunias, &c. pro quantitate ſui crediti. Quando enim vigore mandati debitor numerauit pecunias executori; tunc nihil aliud ſupereſt, niſi vt illæ cõſignentur creditori authoritate Iudicis, qui poteſt executori præcipere, non autem creditor poteſt illum ad ſibi tradendum compellere; cùm nemo poſſit propria authoritate ſibi ius dicere. *l. vnic. C. ne quis in ſua cauſa iudic.*

Quatenus vero bona Curſori ad effectum ſubhaſtandi, & ſubhaſtari mandari. Non enim ad actum ſubhaſtationis deueniri poteſt, niſi præuio Iudicis mandato. *l.* 1. *&* 2. *C. ſi in cauſ. iud. pig. cap. ſit.*

Res autem debet eſſe publicè venalis per 20. dies, ſi ſit res Eccleſiæ, vel minoris, vel fiſci. *auth. hoc ius porrectum, C. de ſac. ſanct. Eccleſ. gloſſ.*

in l.1. in verbo *omni ordine, C. de fide inſtrum. & iur. haſt. fiſc. lib.*10. in alijs vero eſt arbitrarium, niſi aliter tempus eſſet limitatum à ſtatuto, vel conſuetudine. *Capic. deciſ.*36. *n.*4. *Roland. conſ.*33. *n.*14. *lib.*1. *Menoch. de arbitr. Iud. caſu* 129. *& per tot.* & quis ſit Curiæ vſus circa ſubhaſtationem, ponit *Galleſ. de obligat. Camer. quæſt.* 37. *nu.* 28. *vſque* 34. formam autem mandati de conſignando ponit *Saluſt. Tiber. in praxi lib.*1. *cap.*40. *n.*2. quo recepto Curſor facit diligentiam pro inueniendis emptoribus, & ſcribit ordinatè nomina oblatorum.

Formula Septima.

Ad videndum mandari deliberari pignora.

Citetur N. ad videndum mandari deliberari pignora ſubhaſtata plus, & vltimo offerenti, & mandatum de deliberando deſuper neceſſarium, & opportunum decerni, & concedi, & ſi quid reliquum erit ex precio, recipiendum, & faciendum debitam quietantiam, alioquin viden. illud deponi penes Notarium, vt ſtet ſuo periculo, ad p.d. inſtan.

Citetur N. ad viden. mandari deliberari pignora ſubhaſtata. Data per Curſorem cedula ſubhaſtationis, ſi non ſunt in actis plures oblationes, ad deliberationem deueniri non poteſt, facit *l. ordo, C. de execut. rei iud. & l. à Diuo Pio, §. ſi pignora,* vbi *Alex. nu.* 11. dicit, quod vendi debent plus offerenti, & ſic in concurſu plurium, & ibidem *Bal. notat, ſub n.*4. quod non eſt repentè procedendum ad venditionem, quando res ſubhaſtandæ ſunt: ſed pluries, & diu ſubhaſtandæ ſunt, ideſt preconizando, vt plus offerenti dentur, & in Curia ad minus requiruntur tres oblationes. *Saluſt. Tiber. in praxi lib.*1. *cap.* 40. *n.*12. *Grat. cap.*739. *n.*22.

Sed quando res diu ſtetit ſubhaſta, & vnus ſolus obtulit, quid agendum ſit, dicit *Bald. in d. l. ordo, C. de execut. rei iud. n.*6. quod iſtud diu non eſt determinatum; ſed reſidet in arbitrio Iudicis, quando ſcilicet ſit ſubhaſtatio ex interlocutoria, ſed ſi ex diffinitiua, datur tempus quatuor menſium, quod competit condemnatis. *l. intra dies, ff. de re iud. l.*1. *cum duabus ſeqq. C. de vſura rei iud.*

Quando igitur res ſtetit diu in ſubhaſtatione, & vel nullus, vel vnus tantum obtulit; & creditor eſt tam iniquus, quod vult potius, vt debitor

Digitized by Google

tor in carcere marceſcat, quàm accipere de bonis ſuis in ſolutum, ait *Bald. ibid. nu.9.* quod poteſt compelli per Iudicem, ita tamen vt ſit in electione creditoris, quæ bona velit accipere, & poſſit eligere etiam optima, & quod Iudex præuia ſubtili æſtimatione, illi debeat dare bona electa, eſt *text. in §. quod autem in authent. de fideiuſſ.* debitoribus grauatis iura ſubueniant aduerſus creditorum fallacias.

Et propterea deliberatio pignorum facta, vel quando non conſtat de debito, vel quando res non ſtetit diu in ſubhaſtatione, vel quando venditio fit iniuſto precio, etiam ſi facta ſit ad inſtantiam fiſci, eſt nulla *gloſſ. in l. 1. C. de fid. inſtrum. & iur. haſt. fiſcal.* in verbo *omni ordine, lib.* 10.

Item quando fuit facta pro maiori ſumma, eſt nulla in totum, vt in *Romana nullitatis ſubhaſtationis vineæ 6. Februarij* 1604. *coram Litta, apud Marcheſ. de commiſſ. par. 1. fol. 1245. n. 4.*

Item quando fuit facta, pendente termino 10. dierum in mobilibus, vel menſis in ſtabilibus, qui datur ad reluendum, vt inferius dicetur, eſt nulla. *l. ſiue pars, C. de dilat. Rot. in antiq. deciſ. 30. de dilat.*

Data autem nullitate ſubhaſtationis, intrat actio ſpolij, qua intentata, debitor recepturus eſt rem cum fructibus. d. *l. 1. C. de fid. inſtrum. & iur. haſt. fiſcal. lib.* 10.

Plus, & vltimo offerenti. Sed an, qui plus obtulit, ſit obligatus emere? ait *Bart.* in d. *l. licitatio, n. 4. ff. de publ. & vectigal.* quod eſt obligatus, etiam ſi videatur contraxiſſe cum incerta perſona: ſed creditori, qui fecit ſubhaſtari, parum prodeſſet oblatoris obligatio; quia ſi contra eum ageretur, idem poſſet euenire, quod in prima venditione, vt etiam oblator in ſecunda recuſaret, & ita ſi agendum eſſet contra illum, daretur proceſſus in infinitum. *l. à Diuo Pio, §. ſed ſi emptor*, & ibi *Caſtr. ff. de re iud.* & vt conſulatur creditori, non debet executor vendere, niſi pecunia præſente, & nulla data dilatione ad ſoluendum; alias venditio habetur pro non facta. *Caſtren. ibidem.*

Hinc cauti procuratores in Curia proteſtari conſueuerunt, quod non recipiantur oblationes, niſi cum præſentia pecuniæ, vel cum obligatione Camerali, & iuramento; & ita oblatores cogendi ſunt, & nequeunt pœnitere. *Saluſt. Tiber. in praxi lib. 1. cap. 41. n. 9. & 10. & n. 13.* vbi ponit formam mandati de delib.

Et mandatum de deliberando decerni, & concedi.

Et ſi quid reliquum erit ex precio recipiendum, &c.

Res maioris valoris regulariter non poteſt ſubhaſtari pro modico debito.

Digitized by Google

bito. *gloſſ. in l. quandiu, C. de diſtract. pign.* quando enim ſunt plures res pignoratæ, & ſufficit diſtractio vilioris, non eſt diſtrahenda res maioris valoris. *l. magis puto, §. item requirat, ff. de reb. eorum*. nam tantum dumtaxat eſt alienandum, quantum vrgens neceſſitas requirit. *Baldus conſ. 332. lib. 1. Menoch. de arbitr. Iud. caſu* 182. *n.* 32.

Sed quando non adeſſet, niſi res magni valoris, & indiuiſibilis ea debet ſubhaſtari, ita cenſuit *Rot. in Romana nullit. ſubhaſtat.* 27. *Iunij* 1616. *coram Pirouano*. tali igitur caſu, quo aliquid ſuperſit, vltra ſatisfactionē creditoris, ſit citatio ad recipiendum reſiduum, & faciendum quietantiam; alias videndum mandari deponi, vt ſupra *Galleſ. de obligat. Cam. quæſt.* 37. *n.* 31. *Saluſt. Tiber. lib.* 1. *cap.* 41. *n.* 13. *&* 14. ſed ſi aliquid deficeret pro integra ſatisfactione, non amitteret creditor facultatem diſtrahendi rem obligatam, vt dicitur in d. *l. quandiu, C. de diſtract. pign.* Imò creditor, ſi partem debiti recipiat ſimpliciter, & non dicat ſine præiudicio reſidui, poteſt nihilominus agere ad reſiduum, dummodo, quod prius accepit, non accepiſſet pro reſiduo. *Guid. Pap. deciſ.* 177. *per tot.*

Decretum de deliberando fit, niſi infra decem cum intimatione ſi ſunt mobilia, ſi vero ſunt ſtabilia, aut officia, vel loca montium, quæ non ſubhaſtantur, niſi præuia commiſſione manu Papæ ſignata, fit decretum, niſi infra menſem cum intimat. *Saluſt. Tiber. d. lib.* 1. *cap.* 41. *num.* 2.

Qui terminus, ſiue menſis, ſiue decem dierum, non incipit currere, niſi à die intimationis executæ, quæ debet reproduci antequam res deliberetur emptori. *Seraph. deciſ.* 1010. *n.* 9. ſufficeret tamen ſi alias conſtaret deueniſſe ad notitiam partis. *Seraph. d. deciſ.* 1010. *n.* 7.

Datur hæc dilatio ad effectum, vt debitor poſſit, vel ſoluere, vel reluere pignus, vel offerre meliorem emptorem.

Et terminus menſis intelligitur de triginta diebus. *Bart. in l. cùm biſſextus, ff. de verb. ſignif.* & ita ſeruatur in Tribunali A. C. *Saluſt. Tiber. in praxi lib.* 1. *cap.* 41. *n.* 5. & de computatione menſium, plura dicta ſunt in *tract. de citat. tom.* 2. *cap.* 10. *n.* 303. *cum ſeqq.*

Intra quem terminum 30. dierum, ſeu 10. ſi debitor ſoluat, res remanet in empta, perinde ac ſi ſubhaſtatio facta non fuiſſet. *Galleſ. de obligat. Camer. d. quæſt.* 37. *n.* 31. & ſi offerat meliorem emptorem, illi res deliberatur tanquam plus offerenti.

Fer-

Digitized by Google

Formula Octaua.

Ad videndum mandari adiudicari pignora.

Citetur N. ad videndum infraſcripto inſtanti in ſubſidium mandari adiudicari pignora in executionem capta, & ſubhaſtata, emptore non reperto, & aliud quodcumque decretum deſuper neceſſarium, & opportunum per D. fieri, & interponi, ad p. d. inſtan.

Citetur N. ad videndum infraſcripto inſtanti, &c.

Ideſt creditori, & licet alteri, quam creditori ſint vendenda pignora, tamen quando vel non reperitur oblator, vel qui non offerat iuſtum precium tunc in ſubſidium, ne res vendantur viliori precio debet creditor ſibi illa bona adiudicari facere per Iudicem, nam Iudex executor eſt ille, qui vendit pignus captum in cauſ. iudicati, & non pars. *l. 1. & 2. C. ſi in cauſ. iud.* & Iudex debet vendere iuſto precio, & adiudicare rem creditori, etiam inuito, pro precio æſtimando per peritos, conſideratis qualitatibus, & redditibus. *Afflict. deciſ.* 358. *n.* 5. *& 6.* dixi in *tract. de citat. tom. 3. cap.* 15. *n* 342.

Et aliud quodcumque decretum, &c. Videlicet pro eligendis peritis, & pro ſtabiliendo iuſto precio, iuxta ea quæ dicta ſunt in d. *cap.* 15. *d. n.* 342.

Hic tria nota, & primò, quod quando venditor vult vendere pignora conuentionalia, ſi eſt data licentia vendendi, vel nihil eſt dictum; poteſt vendere ſi fuit in mora, vel per lapſum diei, vel per interpellationem. *l. cùm ſoluendæ, ff. de diſtract. pign.* ſed ſi conuentum ſit ne vendatur; tunc requiritur trina denunciatio, vt ſoluat. *l. ſi conuenerit, ff. de pign. act. Neguſ. de pignor. 6. par. princip. membr.* 1. *n.* 1. *&* 4.

Et ideo de ſtylo Curiæ creditor citat debitorem:

Ad reluendum pignora, alias videndum mandari conſignari Curſori ad effectum ſubhaſtandi, & ſubhaſtari mandari, & ſit decretum, niſi ad p. d. ea debitor reluerit cum intimatione; deinde citatur, vel ad illorum deliberationem, vel dationem in ſolutum eo modo quo ſit de pignore iudiciali.

Vt per *Saluſt. in d. praxi lib.* 1. *cap.* 40. *n.* 19.

Secun-

Digitized by Google

Secundò nota, quod creditor, qui pro conſecutione ſui crediti,faciet ſe immitti in poſſeſſionem bonorum ſui debitoris, non facta ſubhaſtatione, & deliberatione, ſeu adiudicatione vt ſupra, non efficitur Dominus, nec poſſeſſor; ſed nudus detentor, & non facit fructus ſuos,ſed extenuant ſortem. *l. 1. & 2. C. de pignor. act. l. ſi dominium, C. de pignor. & hypoth.*

Tertiò nota, quod quando per ſubhaſtationem non inuenitur emptor, aut inuenitur; ſed non offert iuſtum precium,poteſt ipſe creditor tanquam tertius, & extraneus admitti ad offerendum, & licitandum, cui vendi poteſt ſi offerat iuſtum precium, non tamen cogi poteſt, vt offerat,at nemine offerente eidem creditori res adiudicatur præuia æſtimatione, pro precio per peritos ſtabilito. *l. fin. C. ſi in cauſ. iud. Galleſ. d. quæſt. 37. n. 30.*

Formula Nona.

Ad cauendum de ſoluendo in fine termini.

Citetur N. ad cauendum de ſoluendo in fine termini, per eum ſuſcepti; alias videndum mandari exequi mandatum contra ipſum relaxatum, non obſtan. termino per eum ſuſcepto, & alijs quibuſcumque ad p. d. inſtan.

Citetur N. ad cauendum, &c. Fit hæc citatio: quia quando à lege conceſſa eſt dilatio debitori, ipſe, petente creditore tenetur ſatiſdare de ſoluendo adueniente die. *l. vniuerſa, C. de prec. imp. offeren. Afflict. deciſ. 279. n. 4. Oſaſch. deciſ. 130. n. 14.* ſed qui poſſidet ſtabilia,ſatiſdare non cogitur. *l. ſciendum eſt, ff. qui ſatiſd. cog.* ſi verò ſumma eſt parua, aut alia ſubſit cauſa rationabilis, ſolet terminus 30. dierum moderari, ad 20. ſed non minus,quàm ad 10. dies. *Galleſ. de obligat. Camer. quæſt. 36. n. 36.* & fit citatio ad videndum moderari terminum,& Iudex moderatur,vt in reformat. Pij V. §. quod ſi priori petenti.

Dilatio ad ſoluendum datur debitori, à quouis Iudice de iure communi; ſed modica decem dierum. *Doct. in cap. quærenti, de off. delegat. Rota poſt Zach. de obligat. Camer. deciſ. 3. n. 3.*

Sed iure ſpeciali Auditor Cameræ priuatiuè quoad alios, dat terminum triginta dierum ad ſoluendum,non ſolum obligatis in forma Cameræ, ſed quibuſcumque debitoribus, & tàm contra mandata in eius

Digitized by Google

Tribunali relaxata, quàm in quouis alio. *Saluſt. in praxi lib.* 1. *cap.* 28. *de cenſuris, ſeu termino ad ſoluendum concedendo. Rot. in recent. par.* 1. *deciſ.* 383. *n.* 1.

Et datur etiam ei, qui conuentus eſt iudicio Saluiani, adeo vt eo pẽdente daretur immiſſio nulliter actori. *Rot. poſt Zach. de obligat. Cam. deciſ.* 2. *n.* 7. vbi dicitur, quod iſte terminus habetur pro conceſſo, eo ipſo, quod fuit petitus. Peti autem debet, & ſuſcipi ſine vlla conditione, & Notarius non poteſt illum recipere, niſi ſimpliciter, & reiecta quauis proteſtatione. *Saluſt. d. cap.* 28. *n.* 12. & qui ſuſcipit terminum in officio cauſæ, & in alio proteſtatur facere metu mandati: nihilominus cenſetur fateri debitum, & talis proteſtatio habetur pro clandeſtina, & nulla. *Rot. poſt Zach. de obligat. Cam. deciſ.* 55. *n.* 6.

Termini ſuſceptio approbat debitum, & inducit renunciationem cuiuslibet exceptionis, quæ ipſi debitori competeret, etiam compenſationis. *Buratt. deciſ.* 144. *n.* 6. *& deciſ.* 887. *n.* 6.

Poſſet tamen in contrarium probari terminum fuiſſe ſuſceptum per errorem, & falſam cauſam. *Duran. deciſ.* 373. *num.* 17. *&* 18.

Et qui ſuſcepit terminum 30. dierum ad ſoluendum, eo ſtatim elapſo poteſt capi, vel vrgeri per captionem pignorum; nec cenſeretur liberatus docens de ſolutione, quæ tamen non eſſet facta vero creditori. *Rot. in addit. ad* 4. *partem diuerſ. tom.* 3. *deciſ.* 624. *n.* 10. *& per tot.*

Formula Decima.

Ad videndum in Iuris ſubſidium ſe excommunicari.

Citetur N. ad dicendum contra iura producta, & repetita: videndum iurare teſtes ſuper illorum recognitione, quatenus opus ſit. admitti, & mandari reſtitui dimiſſa copia collationata, ac mandari extendi obligationem in dictis iuribus appoſitam, iuxta Stylum Curiæ: necnon videndum ſe in iuris ſubſidium excommunicari, ac litteras declaratorias in forma decerni, ad p. d. inſtan. &c.

Qui ſe obligat in forma Cameræ, ſupponit ſe iuriſdictioni vtriuſque Curiæ, Eccleſiaſticæ, & ſecularis; quæ diſtinctæ fuerunt per Chriſtum Dominum noſtrum. *cap. quoniam, diſtinct.* 10. *& cap. cùm ad verum, diſtinct.* 96.

Digitized by Google

ſtinct. 96. reſpectu Eccleſiaſticæ poteſtatis conſentit ſe poſſe moneri, & excõmunicari, aggrauari, reaggrauari, & ad brachium ſeculare deponi, reſpectu autem ſecularis, conſentit ſe poſſe capi, incarcerari, & detineri: vt legitur in eadem formula obligat. Camer. quæ eſt in vſu, regiſtrata per *Zach. in ſuis addit. ad Galleſ. de obligat. Cam. ſol. 3.*

Quapropter nemini durum videri debet, quod pro debito pecuniario Chriſtiani excommunicentur; quia excommunicatio fertur, vel à Canone propter delictum. *Biſign. deciſ. 9. de reſcript. Franc. in cap. Romana, §. caueant, n. 2. de ſentent. excommun. lib. 6.* vel ab homine propter contumaciam. *cap. 1. in fin. & cap. tuæ, in 2. reſponſ. vt lit. non cont. Doct. in cap. fraternitatis, de cler. excomm.* non eſt autem leuis contumacia debitoris, qui ſuo creditori non ſatisfacit: cùm pacta debeant cuſtodiri. *cap. 1. de pactis*, cùmque ſtudioſè agendum ſit, vt quæ promiſſa ſunt, opere compleantur. *cap. 3. de pactis*.

Et hæc cenſura, ità propria eſt poteſtatis Eccleſiaſticæ; itaut laici nequeant excommunicare. *cap. præter*, & ibi *gloſſ.* in verbo *diui, 32. diſtinct.* neque laicis Prælati Eccleſiaſtici poſſunt talem facultatem committere; quamuis Papa de plenitudine poteſtatis poſſit committere laico, vt valeat excommunicare. *cap. Mennam 2. quæſt. 5.*

Imò non ſunt homines, qui ligant, ſed Chriſtus, qui dedit hanc poteſtatem Eccleſiaſticis, & dominos fecit tanti honoris. *cap. nemo contemnat, 11. quæſt. 3.*

Sacrum Concilium Tridentinum *ſeſſ. 25. cap. 3. de reformat.* declarauit, quod quamuis excommunicationis gladius neruus ſit Eccleſiaſticæ diſciplinæ, & ad continendos in officio populos valde ſalutaris; ſobriè tamen, magnaque circumſpectione exercendus eſt; cùm experientia doceat ſi temerè, aut leuibus ex cauſis incutiatur, magis contemni, quàm formidari: & perniciem potius parere, quàm ſalutem. Ideoque mandauit Iudicibus Eccleſiaſticis, vt in cauſis iudicialibus abſtineant ſe, tàm in procedendo, quàm in definiendo à cenſuris Eccleſiaſticis, ſeu interdicto; ſed liceat eis in cauſis ciuilibus, ad forum Eccleſiaſticum quomodolibet pertinentibus, contra quoſcumque, etiam laicos, per mulctas pecuniarias, locis pijs applicandas, ſeu per captionem pignorũ, perſonarumque diſtrictionem, per ſuos proprios, aut alienos executores faciendam, ſiue etiam per priuationem beneficiorum, aliaque iuris remedia procedere, & cauſas definire. Quod ſi executio realis, vel perſonalis aduerſus reos hac ratione fieri non poterit, ſitque erga Iudicem contumacia; tunc eos etiam anathematis mucrone arbitrio ſuo, præter alias pœnas, ferire poterit.

Vigore obligationis Cameralis ſolus A. C. poteſt Eccleſiaſticas cen-

ſuras promulgare, vt cautum eſt in eius facultatibus §. 7.

Nouiſſimè Paul. V. ſtatuit, vt A. C. non deueniat ad relaxationem cenſurarum contra obligatos in forma Cameræ, niſi in ſubſidium, factis prius diligentijs de exequendo in locis deſtinatæ ſolutionis: vt in eius *Conſtitut. ſuper reformat. Tribun. tit. de Aud. Cam.* verſ. *minuſque ad dictarum*.

Præcipuus eſt locus deſtinatæ ſolutionis, & attendendus. *l. quæro, ff. de ſolut.* & contractum non vtique eo loco intelligitur, quo negocium geſtum ſit; ſed quo ſoluenda eſt pecunia. *l. 3. ff. de bon. auth. iud. poſſ.* & contraxiſſe vnuſquiſque in eo loco intelligitur, in quo vt ſolueret ſe obligauit. *l. contraxiſſe, ff. de act. & obligat.*

Et loco ſolutionis non conuento attendi deberet locus, vbi quis defendi debet, ideſt vbi domicilium habet, vt dicitur in *l. 1. & 2. ff. de bon. auth. Iud. poſſ.* & in *l. hæres abſens, §. fin. de Iud.* & ibi *gloſſ.* in verbo *debebit*, notat plures modos quibus quis ſortitur forum.

Sed quando inſtrumentum eſt factum in Curia, ſufficiunt diligentiæ factæ in Vrbe, tanquam in loco contractus. *Saluſt. Tiber. in praxi lib. 1. cap. 31. n. 8.*

Videretur tamen tutius, vt fierent etiam diligentiæ in loco domicilij, ad *text. in l. exigere, ff. de Iud.* vbi in dotis reſtitutione, attenditur potius locus domicilij viri, quàm vbi ſit factum inſtrumentum dotis.

Addo rationem: qui Romæ contrahit cum forenſe, aut ſcit, aut ſcire debet eius qualitatem, & conditionem, an, & vbi poſſideat, & an in Vrbe ſit permanſurus. *l. penult. ff. ad Maced. l. qui cum alio contrahit, ff. de regul. iur.* quo fit, vt vana, fruſtratoriaque ſit prædicta diligentia, niſi ad hoc fortè inſeruiret creditori indiſcreto, & rabido; vt contra nobilem, & diuitem, odio potius, & ira, affigeret cedulones.

Sed quid ſi factæ non ſint debitæ diligentiæ, dic, quod ſi cenſuræ ſunt nullæ ex aliquo defectu, vel iuriſdictionis, vel mandati, vel citationis, non ligant; & reuocantur. Si ſunt validæ, ſed iniuſtæ, ligant; & petenda eſt abſolutio, etiam poſtquam ſolutum fuerit debitum, elapſo tamen termino ad ſoluendum. *Galleſ. quæſt. 37. n. 18.*

Excõmunicatio relaxata pro ſumma indebita, non ſuſtinetur pro debita, cùm ſit indiuidua. *l. in hoc iudicio, ff. fam. herciſc. Galleſ. quæſt. 37. n. 36. Saluſt. Tiber. lib. 1. cap. 36. n. 3.*

Nulla eſſet pariter, ſi fuiſſet relaxata contra notorium pauperem, vtputà admiſſum ad *cap. Odoardus, & cap. peruenit*; quia tunc ceſſat cõtumacia, quæ eſt cauſa excommunicationis. *Mills in ſuo repert.* in verſ. *excommunicari non poteſt. Galleſ. quæſt. 36. n. 24.*

Relaxata vero contra pauperem, non tamen notorium, non eſſet nulla,

nulla, ſed probata paupertate, danda eſt abſolutio. *cap. peccatum, de reg. iur.* cum ibi not. *gloſſ. in Clem.* 2. *§*. 1. *de haret. Galleſ. d. quaeſt.* 36. *n.*24. *poſt med. Grat. diſcept. for. cap.*660. *n.*9.

Item ſi debitum fuiſſet ceſſum, & ceſſionarius extorſiſſet excommunicationem contra debitorem, antequam illi intimaſſet ceſſionem; excommunicatio eſſet nulla, cùm deſit contumacia. *Bald. in l. per diuerſa, n.*21. verſ. *aduerte, C. mand. Boer. quaeſt.*10. qui dicit idem in hærede antequam docuerit ſe eſſe hæredem.

Item excommunicatio eſſet nulla lata propter debitum contractum à ſuo procuratore; niſi antea eidem principali fuiſſet intimatum, qui tanquam ignorans non potuiſſet contumax cenſeri. *Caſſad. deciſ.*2. *n.*2. *de reſcript. Rota poſt Zach. de obligat. Cam. deciſ.*40. *num.*1. & 2.

Item nota, quod vbi ſunt duo obligati in forma Cameræ pro eodem debito, ſi contra vnum tantum poſſit deueniri ad executionem, ſiue realem, ſiue perſonalem, & contra alium ſint factæ diligentiæ, non tamen contra eum poſſunt relaxari cenſuræ; quia hoc remedium hodie ex diſpoſitione Sac. Conc. Trid. *ſeſſ.*25. *de reformat. cap.*3. eſt ſubſidiarium, cui locus eſſe non poteſt, quando alia via poteſt eſſe conſultum, per executionem contra coobligatum, & ita cenſuiſſe Sac. Conc. Congregationem retulit *Rot. in Mediolanen. afflictus coram Orano*, quæ eſt *deciſ.*118. *in fine poſt Zach. de obligat. Cam.* Hæc præmiſſa ſufficiant.

Citetur N. ad dicendum contra iura, &c. Fit hæc citatio, vel contra principalē, vel contra procuratorem, ad effectum, vt conſtet Iudici executionem fieri non potuiſſe, & in ſubſidium deueniendum eſſe ad excommunicationem, iuxta facultates prædictas A. C.

Quæ diligentiæ fiunt hoc modo. poſt expeditum legitimè mandatum executiuum, vigore obligationis Cameralis, illud traditur executori, qui facit diligentiam de exequendo, vel in loco deſtinatæ ſolutionis, vel in Vrbe prout dictum eſt, qui ſi non inueniat perſonam, nec bona; facit ſuam relationem à tergo dicti mandati in forma, qua citatione executa, & vna cum relatione reproducta, ſufficienter cenſetur conſtare de diligentijs, vt declarauit Sac. Congr. ſuper Conc. Creditur enim nuncio publico ratione officij, & iuramenti præſtiti, in pertinentibus ad eius officium abſque teſtibus. *gloſſ. in cap. cum parati*, in verbo *ſuus nuncius, de appellat.*

Viden. iurare teſtes ſuper illorum recognitione, quatenus opus ſit: admitti, & mandari reſtitui dimiſſa copia collationata.

Hæc verba explicata ſunt ſupra *par.*2. *form.*1.

Ac mandari extendi obligationem in dictis iuribus appoſitã, iuxta ſtylum Curiæ. Hæc extenſio non requiritur, quando agitur pro mandato executiuo, vbi fit conſenſum in mandatum executiuum, vt dictum eſt ſuperius hac 5. *par. pro execut. oligat. Cam. form.* 3.

Sed quando agitur pro excommunicatione ſubſidiaria, debet fieri, & prædicta verba ſunt in hac citatione omnino neceſſaria, ſi antea non fuiſſet extenſa, alias non conſtaret de facultate A. C. excommunicandi debitorem. *Saluſt. Tiber. in praxi lib.* 1. *cap.* 33. *n.* 2.

Necnon videndum ſe in iuris ſubſidium excommunicari.

De qua facultate ſubſidiaria ſatis ſuperius præmiſimus.

Ac litteras declaratorias in forma decerni, ad p. d. inſtan.

Litteræ declaratoriæ ſunt, quæ vulgo dicuntur Cedulones, quibus contumax declaratur excommunicatus, & talis declaratus, ob non ſolutionem, & hoc fit ad effectum, vt is confundatur, & conuertatur citius, vt dictum eſt *ſupra in hac par.* 5. *pro execut. rei iudicata, for.* 6. in verbo *litteraſque declaratorias*.

Decretum ita notatur:

R.^*u* *hoc eſt relatione citationis, quæ per Curſorem facta eſt in pede citationis reproductæ, comparuit D. N. & facto produxit fidem executoris, ſuper diligentijs, quod non potuit exequi mandatum, & petijt, & obtinuit, vt ſupra, ſi et in quantum, niſi infra tres.*

Tranſacto triduo fit ſequens citatio.

Citetur N. ad videndum relaxari litteras declaratorias, alias decretas, & quatenus opus ſit de nouo decerni, & relaxari ad p. d. inſtan.

Decretum N. petijt, & obtinuit, vt ſupra, niſi ad p. d. cum intimatione.

Intimatio fit N. exaduerſo principali, ſiue procuratori, qualiter D. relaxauit litteras declaratorias, & alias prout in actis.

Ela-

Elapſa prima die, & reproducta intimatione, expeditur declaratoria, & fiunt, & affiguntur in locis publicis cedulones, in forma ſolita.

Hic nota, quod ſi in termino compareat aliquis, pro debitore ſe offerens ſoluturum, impedire poteſt huiuſmodi publicationem excommunicationis, ex qua alias reſultaret iniuria. *Achil. deciſ.15. de ſentent. excomm.*

Si perſiſtit in excommunicatione, citatur hoc modo.

Ad videndum excommunicationem aggrauari, & reaggrauari, & litteras aggrauatorias, & reaggrauatorias deſuper neceſſarias, & opportunas, per D. decerni, & relaxari, ad p. d. inſtan.

De hac citatione dictum eſt *ſupra in hac parte 5. pro execut. rei iud. form.7. pro aggrauat. & reaggrau.* addo rationem: quando creſcit contumacia, pœna debet augeri. *l.quicunque, in princ. C. de ſeru. fugit. gloſſ. in cap.2.* in verbo *depoſitionis, de teſt. cogen.* & contumacia cumulat pœnam. *l. relegati, & l. capitalium, §. in exulibus, ff. de pœnis.*

Contra lacerantes, deturpanteſue cedulones affixos, proceditur tanquam contra contemptores Eccleſiaſticæ poteſtatis. *Genua in praxi Archiep. Cur. Neapol. cap.8. n.6.* ſic etiam contra corrumpentes, vel corrumpi facientes propoſita in albo Prætoris, datur actio popularis in quingentos aureos. *l. ſi quis id quod, ff. de iuriſd. omn. iud.*

Vlterius contra eos, qui perſeuerant in prædictis cenſuris, proceditur tanquam contra ſuſpectos de hæreſi, & ad priuationem beneficiorum, quibus nec ſuffragaretur clauſula teque abſoluentes. *Pariſ. de reſignat. lib.4. quæſt.3. n.53. vſque 59. d. cap.8. n.5.* formam autem procedendi contra inſordeſcentes, ponit *Marcheſ. de com. par.1. cap.5. n.222. cum ſeq. pag.216.*

Inſordeſcens in excommunicatione non dicitur, niſi per triennium continuum in excommunicatione perſiſterit. *Rota poſt conſ. Farinac. par.2. deciſ.196. n.5.* & perſeuerantia debet probari, cum contemptu clauium. *Seraph. deciſ.1285. n.5.* perſeuerantia autem, & contemptus ceſſat, ſi excommunicatus petijt abſolutionem, alioſue actus, ſeu ſigna pœnitentiæ fecerit. *Rota poſt conſ. Farin. par.2. deciſ.202. num.2. & 3.* & in *recentiſſ. deciſ.332. n.7. par.1. & deciſ.838. n.1. par.4. diuerſ.* & hic nota, quod quando agitur contra inſordeſcentem, tanquam contra ſuſpectum de hæreſi; tunc neceſſe eſt, quod poſt annum fuerit citatus ad ſe expurgandum, iuxta *tex. in cap. cùm contumacia, de hæret. in 6.* ſed ſi agitur contra excommunicatum ad priuationem beneficij; ſufficit ſola

P 4 per-

perſeuerantia in excommunicatione, abſque eo, quod fuerit citatus ad ſe expurgandum, vt per *Rot. poſt conſ. Fariu. deciſ.* 181. *n.9. par.2.*

Formula Vndecima.

Ad videndum reponi.

Citetur D. N. ad videndum infraſcriptum inſtantem reponi, à quocunque prætenſo decreto, alias contra eum facto, & aliud quodcunque decretum deſuper neceſſarium, & opportunum per D. fieri, & interponi, ad p.d. inſtan. N.

Decretum fit, niſi ad p. d. Si Iudex ſit certus de grauamine illato: ſi dubius, habetur terminus pro ſeruato, vt partes poſſint informare, in die informationis Notatij.

Citetur N. ad videndum reponi à quocunque prætenſo decreto. Iudex poteſt ſuam ſententiam interlocutoriam reuocare; ſed non diffinitiuã. *l. quod iuſſit, ff. de re iud.* fit hæc citatio: quia ſine cauſa reuocari non poteſt interlocutoria. *Bellam. deciſ.* 51. *n.2.* ſed poſt factam illius executionem, reuocari non poteſt, niſi partibus volẽtibus. *Bart. in l.* 1. *§. fin. n.4. ff. de præt. ſtipul. Franc. in cap. cùm ceſſante, n.*20. *de appellat.*

Quando autem grauatus appellat ab interlocutoria; Iudex poteſt illum abſque aliqua citatione partis reponere cum intimatione. *Buratt. deciſ.*627. *n.6.* & deinde poteſt ad vlteriora procedere, vt eſt *text.* in d. *cap. cùm ceſſante,* 60. *de appell.* at quando Iudex non vult reponere; poteſt is, qui appellauit, adire Signaturam Iuſtitiæ, quæ aliquando viſo grauamine, ſolet alteri reſcribere, cum clauſula præuia repoſitione, quæ tamen intelligitur prout de iure, non autem præcisè. *Gregor. deciſ.* 378. *per tot.* & ibi *adden. n.4.*

Formula Duodecima.

Ad videndum mandari ſuperſederi.

Citetur D. N. ad videndum mandari ſuperſederi in executione mandati contra infraſcriptum inſtantem

rela-

relaxati; in terminis in quibus reperitur, et litteras deſuper neceſſarias concedi ad hodie per totam inſtan. N.

Citetur D. N. ad videndum mandari ſuperſederi.

Superſederi, importat, vt rebus in eodem ſtatu permanentibus, ad vlteriora non procedatur; non autem, vt quæ geſta ſunt, reuocentur: decreta enim ſunt ſtrictè intelligenda. *l. 1. C. ſi plur. vn. ſent.*

Hæc citatio poſſet omitti, quando periculum eſſet in mora; & ſufficeret intimatio poſteà legitimè facta. *Greg. deciſ.* 505. *n.* 8.

In executione mandati contra infraſcriptum inſtantem relaxati. Iniuſtè ſcilicet, vel nulliter; tunc enim Iudex poteſt executionem ſuæ interlocutoriæ ſententiæ ſuſpendere. *l. quod iuſſit, ff. de re iud.* quando enim Iudex diffinitiuè pronunciauit, ſiue male, ſiue bene, functus eſt officio ſuo; ſed quando tulit interlocutoriam, non deſinit eſſe Iudex, & illam poteſt corrigere. *l. Iudex*, cum *gloſſ.* 1. *ff. de re iud.*

In terminis in quibus reperitur. Nam quando finita eſſet executio, non poſſet dari ſuperſeſſoria; ſed agendum eſſet pro reuocatione. *Caual. deciſ.* 319. *n.* 1. atque vt poſſit decerni ſuperſeſſoria, debet Iudici aliqualiter conſtare de iniuſtitia, vel nullitate. *Caput. deciſ.* 114. *par.* 3. *n.* 2. addo *Grat. lib.* 2. *diſcept. forenſ. cap.* 321. *n.* 2.

Et litteras deſuper neceſſarias concedi. Cum inhibitione ſcilicet de non procedendo ad vlteriora, de cuius inhibitionis viribus, vide, quæ dicta ſunt in *tract. de citat. tom.* 1. *cap.* 3. *à num.* 86. *vſque* 102. & non ſufficit ad cauſandum attentata ſolùm decretum ſuperſeſſoriæ, ſeu inhibitionis, niſi fuerit inhibitio executa, ſeu præſentata. *Lancell. de attent.* 2. *par. cap.* 20. *de attent. poſt inhibit. declarat.* 1. *n.* 1. *Caual. deciſ.* 499. *n.* 1. neque ſufficeret, quod principalis habuiſſet notitiam decreti ſuperſeſſoriæ, ſeu inhibitionis. *Seraph. deciſ.* 1046. *n.* 1.

Ad hodie per totam. Quando allegata iuſtitia non probatur, reuocanda eſt ſuperſeſſoria, etiam parte non citata, ſed cum ſola intimatione, vt dictum eſt in *tract. de citat. tom.* 3. *cap.* 15. *num.* 313. *vſque* 318.

Et nota, quod alia etiam ratione, quàm vel iniuſtitiæ, vel nullitatis, concedenda venit ſuperſeſſoria: videlicet ob recurſum ad Papam, ſeu ad Cardinalem Signaturæ Iuſtitiæ Præfectum, ſic de ſtylo Curiæ Iudex

in

in expeditione cauſæ ſuperſedere debet, quando illi præſentatur fides Referendarij aſſerentis, habere in manibus commiſſionem proponendam in proxima Signatura. *Rot. in recent. deciſ.* 135. *n.*4. *par.*1.

Formula Decimatertia.

Ad videndum reuocari mandatum.

Citetur D. N. ad videndum reuocari mandatum, alias contra infraſcriptum inſtantem nulliter, & indebitè, decretum & relaxatum, & cum omnibus inde ſecutis, attento quod, &c. & aliud quodcunque decretum deſuper neceſſarium, & opportunum per D. fieri, et interponi, ad p. d. inſtan. D. N.

Decretum. *Niſi ad p. d. cum intimatione.*

Citetur N. ad videndum. Hæc citatio eſt neceſſaria ratione præiudicij alterius partis, ad cuius fauorem fuit datum mandatum, quæ ideo citanda eſt, vt poſſit contradicere pro ſuſtinendo mandato. *l. de vnoquoque, ff. de re iud.*

Reuocari mandatum. Variatio quamuis ſit vitanda in Iudice, & perſona graui. *Clement. vnic. de renunciat.* tamen conſtito de errore, melius, ac minus verecundum eſt, ſeipſum corrigere, quam expectare ab alio corrigi. ad *text. in* §. 1. *in fine, in authent. de nuptijs.* Sic Pontifex monuit quoſdam Indices, in *cap. qualiter,* 17. *de accuſat.* ibi *Si contra præſcriptum ordinem tanquam homines exceſſiſtis: non pudeat vos errorem veſtrum corrigere, qui poſiti eſtis, vt aliorum corrigatis errores.*

Contra infraſcriptum inſtantem nulliter, et indebitè decretum, et relaxatum. Iudex quando tulit ſententiam diffinitiuam, & ſeruata fuerunt omnia, quæ erant: illam nec ipſe, nec ſucceſſor poteſt reuocare: alias decretum reuocationis corrueret, appellatione etiam non interpoſita: vt eſt *text. in l.* 1. *C. ſententiam reſcindi non poſſe.* Sed quatenus iniuſta eſſet, vel nulla, deberet iuris remedijs, appellationis ſcilicet, vel nullitatis, vel reſtitutionis in integrum retractari, vt per *gloſſ. & Bart. ibidem.*

Quan-

Quando vero Iudex talis ſententiam interlocutoriam, poteſt ipſe vel ſucceſſor detecto grauamine eam corrigere, & reuocare. *l. poſt ſententiam, C. de ſentent. & interlocut. omn. Iud.*

Nota tamen, quod pars poteſt petere reuocationem interlocutoriæ, vſque ad decem dies ad appellandum, & non vltra. *auth. hodie, C. de appellat. & auth. quæ ſupplicatio, C. de prec. imp. offer. Bart. in l. quod iuſſit, n. 11. ff. de re iud.* ſed Iudex reuocare poteſt interlocutoriã, etiam poſt decem dies; licet enim ea tranſeat in iudicatum quoad partem: non tamen tranſit quoad Iudicem. *cap. cùm ceſſante, de appellat. cap. 2. de procurat.* niſi fuiſſet executioni demandata; quia tunc reuocari non poteſt, niſi cauſa cognita, vel de voluntate partium. *Bart. in d. l. quod iuſſit, n. 11.* & ibi *Ripa n. 32.* & dictum eſt latius in *tract. de citat. tom. 3. cap. 12. num. 454. & ſeqq.* vbi vide.

Formula Decimaquarta.

Ad exhibendum quaſcunque inhibitiones.

Citetur N. ad exhibendum quaſcunque inhibitiones, dilationes, ſaluoſconductos, moratorias, non grauetur, quinquennales quas habet, & priuilegia, ac alia quæcunque impedimenta, ſi qua habet: illaſque, & illa iuſtificandum, alias videndum contra ipſum mandari exequi mandatum alias relaxatum, illis, et alijs quibuſcunque priuilegijs non obſtantibus, ad p. d. inſtan.

Decretum. *Niſi ad p. d. cum intimatione.*

Citetur N. ad exhibendum. Pro impedienda executione, ſolent debitores diuerſa parare impedimẽta: at creditores ad illa tollenda, citant, vt ſupra.

Quaſcunque inhibitiones, &c. Habet Auditor Cameræ in ſuis facultatibus, vt ſolus, & priuatiuè quoad alios, per ſe, & ſuos Locumtenentes, ad eius libitum deputandos, procedat in cauſis obligationis Cameralis, guarantigiæ, Ripæ, & Ripettæ, exceptis cauſis Ciuium Romanorum: vt in *eis* §. 2. & 3.

Et cautum eſt in *reformat. Paul. V. tit. de Iudicibus in cauſis Ciuilibus,* §. 11. quod Iudices non concedant inhibitiones, ſignificationes, aut non

non grauetur in vim cuiuſcunque commiſſionis, pro dilatione, vel alternatiua obtinenda impetratæ cum clauſula ſeruata forma motus proprij, niſi delato bireto viridi, & non aliter: & nihilominus quæcunque inhibitiones, & non grauetur, aliter quam ſupra conceſſa, non ſuffragentur, & ſint nullius roboris, & momenti, eiſque non obſtantibus executio quælibet realis, & perſonalis, contra debitores ſine bireto viridi repertos, fieri poſſit, & valeat.

Nec quiſquam Iudex, aut Magiſtratus, præter Auditorem Cameræ, audeat concedere terminũ, ſiue dilationẽ triginta dierum debitoribus.

Et ideo illis exhibitis Auditor Cameræ, ſeu eius Locumtenens mandat exequi, illis non obſtantibus quatenus de iure non videantur obſtare.

Formula Decimaquinta.

Ad exhibendum quaſcunque cartas dotales.

Citetur N. ad exhibendum quaſcunque litteras dotales, ſeu ſalua dotales, et alia iura, et illa, illaſque indicandum, alias videndum mandari exequi mandatũ contra N. relaxatum, non obſtantibus quibuſcunque, inſtan.

Decretum. *Niſi ad p. d. cum intimatione.*

Citetur D. N. ad exhibendum, &c. Oportet, vt Mariti creditoribus ſuis ſatisfaciant ex ſua ſubſtantia, non de dote mulieris; quam ipſa poſſidet ad ſuos victus, ſuaſque alimonias, qua ratione inter alia priuilegia dotis, hoc vnum eſt, vt pro ea vxor præferatur alijs crediroribus, etiam anterioribus, licet habeant hypothecam tacitam anteriorem; ſecus ſi expreſſam: vt eſt *text. in l. aſſiduis, C. qui pot. in pign. habean.* & quod potior ſit cauſa dotis, quàm Reipublicæ, cui poſtea idem maritus obnoxius factus eſt; dicitur in *l. dotis tue, C. de iur. dot.*

Quaſcunque litteras dotales, ſeu ſaluas dotales. Cum enim huiuſmodi inhibitiones dotales dentur abſque partis citatione, ex officio Iudicis, & ad publicam vtilitatem, nè vxores remaneant ſine dote, nam Reipub. intereſt mulieres dotes ſuas ſaluas habere. *l. 2. C. de iur. dot.* ideo petitur illarum exhibitio, vt tolli poſſit illarũ impedimentum, & Iudex iubet exhiberi. *l. 2. ff. ad exhiben. & l. 1. ff. eodem*, ex qua exhibitione conſtabit

Digitized by Google

bit à quo Iudice emanauerint: Iudex enim non poteſt inhibere, niſi ſit competens, & ſuperior. *l. fin. ff. de iuriſd. omn. iud. cap. cùm inferior, de maior. & obed.*

Et alia iura. Vputà inſtrumenta dotalia, ſeu capitula matrimonialia, ſcripturaſue dotales, quæ poſſint iuſtificare inhibitionem dotalem.

Illaſque, & illa indicandum. Ne vxores impenſis grauarentur cùm ſufficiat indicare, vt videri poſſint.

Alias videndum mandari exequi mandatum contra N. decretum, & relaxatum. Dum N. citatus non exhibet, nec indicat, proceditur contra eum tanquã contumacem, & contemptorem iuſſus Iudicis. *cap. 2. de dolo, & cont. l. de ætate, §. qui tacuit, ff. de inter. act.*

Non obſtantibus quibuſcunque. Inhibitionibus ſcilicet, ſeu litteris dotalibus, ſeu ſaluadotalibus. Illis autem exhibitis, vel indicatis Iudex videbit an obſtent.

Pro dote datur actio ex ſtipulatu, loco actionis rei vxoriæ, etiam ſi ſtipulatio non interuenerit. *l. 1. in princ. C. de rei vxor. act.* & pro dote vxoris omnia bona mariti ſunt tacitè hypothecata, d. *l. 1. §.* & vt plenius, & cùm d. actio ex ſtipulatu tranſmittatur ad hæredes, d. *l. 1. §. maneat*, rectè infertur, vt inhibitio dotalis poſſit obtineri, etiam per hæredem vxoris ad *text. in d. l. 1. §. illo proculdubio, C. de rei vxor. act.*

Quæ inhibitio ſaluat dotem, contra quoſcunque creditores mariti, etiam tempore anteriores, dummodo, vt ſuperius dictum eſt non habeant expreſſam hypothecam, d. *l. aſſiduis, C. qui pot. in pign. hab. Cappell. Tholoſ. deciſ.* 218.

Quando autem tacita hypotheca dotis incipiat, an à die contracti matrimonij, an vero à die ſolutionis: communis eſt, & æqua opinio. *Bart.* contra *gloſſ.* in d. *l. aſſiduis*, quod à die contracti matrimonij, vt per *Boer. deciſ.* 331. *n.* 1. *Neguſ. de pign.* 2. *par. memb.* 4. *n.* 14. & fuit dictũ in *Firmana prælationis dotis*, 21. *Maij* 1607. *coram Manzanedo.*

Noto modo quoſdam caſus, quibus dotalis inhibitio non poteſt creditores impedire, in bonis mariti.

Primus eſt, quando non probatur veniſſe caſum reſtitutionis dotis, vel per mortem viri. *l. 2. ff. ſol. matr.* vel per eius vergentiam ad inopiã. *l. ſi conſtante, ff. eodem. l. vbi adhuc, C. de iure dot.*

Secundus quando dos eſt parua, & plura ſunt mariti bona; quia licet dotis cauſa ſit valde priuilegiata, & præcipua, vt dicitur in *l. 1. ff. ſol.*

matr.

Digitized by Google

matr. non tamen æquum eſt, vt vxor deludat mariti creditores, pro ſua dote occupando omnia bona. *l. in fundo, §. conſtituimus, ff. de rei vend.* qua ratione ipſa debet eligere, in quibus bonis velit ſuam dotem, & reliqua alijs creditoribus dimittere ad *l. creditoris, ff. de distract. pign.* cum ibi not. per *Bart. Neguſ. de pign. 1. memb. 5. par. n. 33. Vrſill. ad Afflict. deciſ. 9. n. 4. & 5. Surd. deciſ. 44. n. 6.*

Tertius, quando vxor pro ſua dote habet aliqua bona ſpecialiter obligata; quia ſi ex illis poteſt ſibi ſatisfieri, non poteſt in alijs impedire cæteros creditores, nec alia eligere, ad *text. in l. 2. C. de pign. Surd. conſ. 495. n. 9. & deciſ. 44. n. 1.* vbi *n. 9.* vſque ad fin. *agit de varijs declarationibus, quæ afferuntur ad eandem l. 2.*

Quartus, quando creditum dotis non probatur, niſi ex confeſſione mariti de recepto: quia talis confeſſio ſaperet donationem prohibitam inter virum, & vxorem, & inſtrumentum confeſſionis dotis, præſumitur factum in fraudem creditorum, quando non conſtat de præcedenti promiſſione dotis, nec adſunt coniecturæ pro numeratione dotis. *Afflict. deciſ. 402. n. 2. Boer. deciſ. 330.* vbi ſub *n. 3.* concordando varias opiniones, diſtinguit *Mohed. deciſ. 2. de confeſſ. Gregor. deciſ. 67. n. 2.* vbi vide *adden. n. 14.* adde *Cappell. Tholoſ.* & ibi *adden. deciſ. 218. Rot. diuerſ. in addit. ad 4. par. tom. 3. deciſ. 634. n. 5. & in recentiſſ. par. 2. deciſ. 161. n. 2. & par. 1. deciſ. 387. n. 1.*

Quintus omiſſis alijs, quando creditor poſterior exequi feciſſet ſuum mandatum in certo fundo mariti, non poſſet vxor pro ſua dote anteriori retinere, vel eligere, nec impedire illius ſubhaſtationem. *l. quamuis, in princ. ff. de pign. act. l. à Diuo Pio, §. quod ſi res fuerit, ff. de re iud. Gratian. diſcept. 941. n. 3. Rot. diuerſ. par. 7. deciſ. 181. n. 4.* rationem vide ibi.

Formula Decimaſexta.

De ſuſpenſione petitorij.

COmparet D. N. principalis, citra, &c. ſeu D. N. eius procurator, & declarat, quod in cauſa, ſeu iudicio cum D. N. aduerſario intendit agere ſolo iudicio poſſeſſorio, & ſi quid factum fuerit, quod concernat petitorium, id ſolum factum fuiſſe ad effectum coadiuuandi, & colorandi ipſum iudicium poſſeſſorium; quod petitorium ex nunc ſuſpen-

ſpendit, & pro ſuſpenſo habuit, & habet, & quod per quemcunque actum faciendum in hac cauſa, non intendit recedere ab huiuſmodi ſuſpenſione, niſi de hoc expreßam fecerit mentionem, de quo expreſsè proteſtatur, præmiſſo, & omni alio meliori modo, &c.

Verba huius formulæ non indigent explicatione; ſed nonnulla veniunt breuiter notanda.

Noto itaque primo, quod iſta ſuſpenſio tota fundatur in iure communi: quoniam ordinarij iuris eſt, vt prius de poſſeſſione iudicetur, & demum proprietatis cauſa ab eodem Iudice iudicetur. *l. ordinarij, C. de rei vendic.* & ab eo, qui de poſſeſſione victus eſt, exigantur probationes de dominio. *l. incerti iuris, C. de interdic.* & qui vult rem petere, animaduertere debet, ſi aliquo interdicto, iudicioue poſſeſſorio nanciſci poſſit poſſeſſionem; quia expedit poſſidere potius, quàm ab alio poſſidente rem petere. *l. is, qui deſtinauit, ff. de re iud.*

Interdicta autem ſunt de iure prætorio, quæ hodie non proponuntur; ſed eorum loco ius ciuile introduxit vtilem actionem, ſcilicet in factum. *§. fin.* & ibi *gloſſ. & Doct. inſtit. de interdic.*

Reus igitur, & poſſeſſor, qui in primis, & ante omnia vult conſeruari in ſua poſſeſſione, vel quaſi; petitorium ſuſpendit: quæ ſuſpenſio eſt actus ſolius partis, non Iudicis; & procedit ex iuris priuilegio, etiam inuito Iudice, atque inuita altera parte. *cap. paſtoralis, de cauſ. poſſ. & propr. Bellam. deciſ. 664. in princ.* Lis enim non tollit poſſeſſionem, nec eius commodum. *cap. 1. vt lit. pendent. Caſſad. deciſ. 9. n. 14.* quod ſi petitorium non ſuſpenderetur, Iudex poſſet ſuper vtroque cognoſcere, cùm petitorium habeat in ventre poſſeſſorium. *Rot. in nou. deciſ. 9. n. 1. de cauſ. poſſ. & propr. Caſſad. deciſ. 9. eodem tit. n. 12. Caual. deciſ. 67. nu. 3.* imò non facta ſuſpenſione, poteſt Iudex etiam cumulato ab actore petitorio, & poſſeſſorio, pronunciare ſuper ſolo poſſeſſorio, ex communi opinione, vt per *Rotam diuerſ. deciſ. 34. n. 5. par. 2.*

Noto ſecundò, quod petitorium ſuſpendi poteſt, tàm in poſſeſſorio adipiſcendæ, quàm reintegrandæ. *Rot. poſt Pacificum, de Saluiano dec. 7.* per *cap. paſtoralis*, vbi *Imol. n. 6. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Rot. diuerſ. d. deciſ. 34. n. 5. in fin. par. 2.*

Prout etiam in poſſeſſorio retinendæ, ſuſpenſo enim petitorio, manutenendus eſt reus in ſua poſſeſſione. *Rot. diuerſ deciſ. 310. n. 4. par. 1.* & ſuſpenſio poteſt fieri in poſſeſſorio, in quacunque inſtantia. *Rot. in recent. par. 1. deciſ. 115. n. 5. Greg. deciſ. 307. n. 19.* & in cauſa appellationis

Rot.

Rot. in recentiſſ. par. 1. *deciſ.* 710. *n.* 6. & licet poſſeſſorium adipiſcendæ habeat admixtam cauſam proprietatis; tamen principaliter cauſa proprietatis in eo non cognoſcitur, nec deducitur ad effectum, vt ſuper eo pronuncietur. *Bellam. deciſ.* 99. *Gregor. deciſ.* 335. *n.* 7. & hæc ſuſpenſio debet fieri verbis claris, & expreſſis. *Veſtr. in praxi lib.* 4. *Seraph. deciſ.* 1433. *n.* 1. & in cauſa beneficiali ſuſpenſo petitorio, non eſt agendum de defectu tituli. *Rot. in recent. par.* 2. *deciſ.* 85. atque ad effectum poſſeſſionis poteſt in cauſa beneficiali, non obſtante ſuſpenſione, produci titulus. *Rot. diuerſ. par.* 1. *deciſ.* 241. *n.* 6.

Et non admittitur, quando eſt calumnioſa. *cap. paſtoralis*, verſ. *ſi vero, de cauſ. poſſ. & propr. Mohed. deciſ.* 14. *n.* 1. *de reſtit. ſpoliat.* at quando conſtat de bono iure in petitorio, & de malo iure ſuſpendentis, item quando eſt facta in actu prolationis ſententiæ, præſumitur calumnioſa. *Rot. diuerſ. par.* 2. *deciſ.* 563. *n.* 6. *par.* 1.

Noto tertiò, quod effectus huius ſuſpenſionis eſt vnicus, vt ſcilicet nihil fiat, quod petitorium reſpiciat; ſed iuriſdictio, & iudicium totum ſtet in ſuſpenſo. *Bellam. deciſ.* 535. *in fine.* Sitque Iudicis poteſtas ſuſpenſa quoad petitorium; & omnia illud concernentia, & eius acceſſoria. *Rot. in nou. deciſ.* 16. *n.* 2. *de reſtit. ſpoliat.* donec cognoſcatur in poſſeſſorio. *Coccin. deciſ.* 149. *n.* 4. & interim ſi teſtes reciperentur ſuper concernentibus petitorium, eſſent nulliter recepti. *Rot. in nou. deciſ.* 23. *in fin. de teſtibus, & deciſ.* 35. *n.* 6. *par.* 2. *diuerſ.* ſed an actor, qui ſuſpendit petitorium poſſit cogi per reum, & arreſtari in Curia, vt reſpondeat poſitionibus petitorium concernentibus. *Rot. in nou. deciſ.* 5. *de ſequeſtr. poſſ. & fruct. n.* 2. reſpondit affirmatiuè reddens rationem, ne pereant probationes, & *n.* 3. dicens, quod confeſſio illi non præiudicabit in poſſeſſorio, maximè ſi de hoc proteſtatus fuerit.

Noto quartò, quod à ſuſpenſione cenſetur receſſum, quando in proceſſu fecerunt ſeruati termini in petitorio ſeruari ſoliti, qualis eſt terminus ad articulandum ad 12. *Achil. deciſ.* 3. *de Iudic. Gregor. deciſ.* 131. *num.* 7. & 8. & quando fuit datus libellus in vtroque iudicio petitorio, & poſſeſſorio. *Rot. in nouis deciſ.* 6. *de cauſ. poſſ. & propriet.* Item quando fuit producta Gratia ſi neutri. *Rot. in recentiſſ. deciſ.* 426. *n.* 2. verſ. *Accedit. par.* 2. Item quando fuit obtenta, & producta cōmiſſio, quæ non ſit reſtricta ad ſolam commiſſionem poſſeſſorij, ſed ſe extendit etiam ad petitorium, per clauſulam quam, & quas. *Rot. in recentiſſ. deciſ.* 455. *n.* 2. *in fin. par.* 2. & per alias clauſulas, cum incidentibus, dependentibus, & annexis. *Mohed. deciſ.* 6. *poſt med.* verſ. *inſuper, de reſcript. Rot. in recentiſſ. d. deciſ.* 426. *n.* 2. *par.* 2.

Noto quintò, & vltimo, quod de iure non debeat admitti cumulatio peti-

petitorij cum poſſeſſorio, quando poſſeſſio eſt clara. *cap. fin. de ord. cogn. Rot. in recent. par. 2. deciſ. 698. n. 1.* ſed ſecus eſt quando poſſeſſio eſt turbida: quia tunc poſſunt cumulari. *Rot. diuerſ. deciſ. 120. nu. 1. par. 1. & deciſ. 542. n. 1. par. 2. recent. & in addit. ad 4. part. tom. 3. deciſ. 521. n. 7.*

PARS VI. ET VLT.

DE IVSTIFICAT. ET EXECVTIONE Litterarum Apoſtolicarum in Beneficialibus.

P*Rouiſus Apoſtolicus* poſtquam præſentauit litteras ſuæ prouiſionis, Auditori Cameræ, vel alteri executori in eis deputato, non poteſt illarum executionem obtinere, niſi poſtquam iuſtificauerit narrata in eis: reſcripta enim habent tacitam conditionem ſi preces veritate nitantur, *cap. 2. de reſcr.* vbi *Rip. n. 2. Io. And. in cap. 1. de lit. cont. Mohed. deciſ. 13. vt lit. perdent.*

Quæ verificatio narratorum cum poſſit fieri, vel per confeſſionem partis, vel per iura, vel per teſtes; ideo prouiſus Apoſtolicus, quando vult releuari confeſſione partis, dare poteſt poſitiones, & citare eo modo, quo dictum eſt ſupra *par. 2. de citat. probatorijs formula 20. ad dicendum contra poſitiones.* quando vult probare per inſtrumenta, ſeu iura, illa producere debet, & citare partem, vt ſupra *par. 2. de citat. probat. in*

Formula prima ad dicen. contra iura, At quãdo vult probare per teſtes, illos debet inducere, & articulos dare, & partem citare, vt ſupra eadem *ſecunda parte de citat. probat. form. 14. ad dicendum contra articulos.*

Sed quando prouiſus Apoſtolicus vult ſcire, quæ debeat probare, debet conſiderare quid narrauerit Papæ, & quem modum vacandi, & quam reſeruationem expreſſerit, & quæ clauſulæ ſint in litteris appoſitæ, nam vt conſtet de intentione Papæ, qui regulariter non vult prouidere, niſi de reſeruatis ſuæ collationi, ſolent in litteris apponi clauſulæ conſtito, &c. & clauſulæ dummodo, &c.

Omnia, quæ concludunt reſeruationem ſunt probanda; quia reſeruatio eſt fundamentum

Q

cum gratiæ. *Simonett. de reſeruat. quæſt. 61. Gregor. deciſ.* 314. *nu.* 5. & non iuſtificata reſeruatione gratia corruit, tanquam ſubreptitia. *l. vniuerſa, C. de diuerſ. reſcript. cap. 2. & cap. ſuper litteris 20. de reſcript. Gonzalez regul. 8. §. 4. proœm. n. 77. & ſeqq.*

Item debent verificari omnia, quæ continentur ſub clauſulis conſtito, & clauſulis dummodo; quia aliàs Papa non intendit facere gratiam.

Sic Papa apponendo clauſulam dummodo collatio ad nos hac vice pertineat, declarat non habere intentionem concurrendi cum Ordinario, nec illum præueniendi. *Rot. in recent. par. 1. deciſ. 444. in fin. & par. 2. deciſ. 777. n. 6.*

Sed quando Papa vult ordinarium præuenire, ponit clauſulam, dummodo à tempore datæ præſentium non ſit alicui ius quæſitum. *Buratt. deciſ.* 259. *n.* 1. vel poſt expreſſionem alicuius menſis ex reſeruatis, ponit clauſulam, ſeu alio veriori menſe, vt per *adden. ad Gregor. deciſ.* 314. *num.* 16.

Cætera pariter omnia, quæ in litteris ſunt narrata videlicet valor, & qualitas beneficij, & qualitates, ſiue defuncti, ſiue impetrantis, item valor obtentorum ſunt iuſtificanda; quia narratiua eſt pars gratiæ. *Caput. deciſ. 59. par. 2. Gonzal. d. reg. 8. in annot. n. 230. & ſeqq.*

Ea vero, quæ de ſtylo apponuntur in litteris per expeditores, non ſunt iuſtificanda, cum non cenſeantur pars gratiæ. *Rota in Hiſpalen beneficiorum* 14. *Aprilis coram Iuſto*, & in *Toletana beneficij de Tunquera* 16. *Iunij* 1605. *coram Litta.*

Et hic nota, quod quamuis gratia non ſit iuſtificata ex productis, non tamen dici poteſt non conſtare de non iure, quandiu poteſt doceri. *Bellam. deciſ.* 193. *n.* 1. *Rot. in Illerden. Canonicatus* 3. *Ianuarij* 1594. *coram Cardinali Pamphilio ſeniore*, impreſſa per *Garz. de benefic. par.* 5. *cap.* 1. *num.* 420.

Modo quoad iuſtificationem litterarum in forma Breuis, de capienda poſſeſſione nomine Cameræ, nota, quod Breuia Cameralia non dantur, niſi in beneficijs reſeruatis, vel affectis: quæ ab alio prouideri non poſſunt, quàm à Papa: & dantur donec expediantur litteræ. *Rot. diuerſ. par. 6. deciſ.* 71. *n.* 2. *Greg. deciſ.* 53. & ibi *adden. n.* 6.

Et non relaxantur niſi in odium intruſorum, qui ſe ingerunt in eis cum prouiſione ab alio habita, quàm à Papa, vel ab alio, qui ea dare poteſt. *Rot. in rec. deciſ.* 13. *de reſtit. ſpoliat. Buratt. deciſ.* 127. *n.* 3.

ideo

Ideo apponitur clauſula, amotis quibuſuis detentoribus; non tamen à nobis prouiſis, quæ comprehendit etiam prouiſos à prædeceſſoribus Pontificibus; & ſolum excludit prouiſos à Legatis, Nuncijs, & alijs inferioribus. *Rot. in Aquilana Canonicatus 6. Octobris* 1586 *coram Card. Blanchetto. Garz. de benef. par. 3. cap.1. n.632.* & quando non vult excludere prouiſos à Legatis, & Nuncijs, apponit clauſulam, non tamen à Sede Apoſtolica prouiſis. *Gonzalez reg.8. gloſſ.9. in annotat. n.*268.

At quando Papa vult, vt breue executioni mandetur etiam contra prouiſos à Nuncijs, Legatis, & Pontificibus prædeceſſoribus, apponit clauſulam non tamen à nobiſmetipſis prouiſis. *Gonzal. ibid. nu.*70. *& Garz. vbi ſup. num.*653.

Et vt magis conſtet de intentione Papæ, quod huiuſmodi Breuia non operentur, niſi in reſeruatis, apponitur clauſula, conſtito de obitu N. in poſſeſſione, & in menſe: vel conſtito, quod N. fuerit Protonotarius, & ſic de alijs reſeruationibus regularum; *Gonz. reg.*8. *gloſſ.*9. *in annot. n.*257.

Verificanda eſt omnino hæc clauſula, conſtito, &c. *Caual. deciſ.*597. *n.*2. & plenè, & concludenter *Rot. in addit. ad* 4. *par. tom.* 3. *deciſ.*665, *n.*1. ex quo ponitur ſub conditione. *Felin. in cap. ſi conſtiterit, nu.*5. *de accuſat.*

Imò breue, vt executioni demandetur, non requirit aliam iuſtificationem, quàm eorum, quæ continentur ſub clauſula conſtito. *Rot. in recent. deciſ.*580. *n.*5. *& deciſ.*691. *n.*1. *par.*2.

Dum tamen in primis conſtet de clericatu, vel ex litteris patentibus ordinarij, ſiue alterius, qui illum ordinauit. *gloſſ. in cap. inter quatuor,* in verbo *argumento, de cleric. peregr. Caual. deciſ.*483. *nu.*2. *& deciſ.*608. *n.*2. vel ex teſtibus deponentibus vidiſſe illum celebrare Miſſam. *Caual. deciſ.* 599. vel deponentibus de communi reputatione. *Rot. in ant. deciſ.*14. *de probat. Greg. deciſ.*78. *n.*6.

Tria continentur ſub dicta clauſula conſtito, & primò obitus, vt cōſtet de vacatione. *cap. ſuſceptum, de reſcr.* Beneficia Eccleſiaſtica fundata ſunt ex bonis, oblatis Eccleſiæ per Chriſti fideles, & penes Eccleſiam illorum proprietas, & dominium exiſtit, quæ nunquam moritur, beneficiorum autem vſusfructus acquiritur beneficiato, per cuius mortem finitur. *§. finitur, inſtit. de vſufruct.*

Sed beneficia non vacant per ſolum obitum, ſed etiam per tranſlationem, per incompatibilitatem, per reſignationem, & de pluribus modis vacandis, ſcripſerunt *Rebuff. in praxi tit. de requiſit. ad bon. collat. n.* 50. *Gonzalez regul.* 8. *gloſſ.*15. *à n.* 3.

vſque 136. Garz. de beneſ. par. 11. de mod. vacan. & amit. beneſic.

Secundo ſub dicta clauſula conſtito continetur obitus in menſe, vt conſtet de reſeruatione, qua ceſſante, vel concludenter non probata, non eſt locus executioni breuis. *Greg. deciſ.* 53. *n.*2. & ibi *adden. n.*3.

Hic ſciant Iuuenes, quod ſoli Eccleſiaſtici cōferunt beneficia Eccleſiaſtica, & ſi qui ſint Reges, vel Principes, qui de illis diſponant, id faciunt ex priuilegio Papæ. *Ioan. de Selua, de beneſ.* 5. *par. quæſt.*3. *An REX FRANCIÆ*. *Seraph. deciſ.*1381. *n.*2.

Inter collatores præcipuus eſt Papa: quia Chriſtus Dominus Noſter poteſtatem non dedit Apoſtolis; ſed Petro illorum Principi. *cap. Dominus noſter*, §. *hunc etiam* 19. *diſtinct.*

Epiſcopi verò loco Apoſtolorum vocati ſunt in partem ſolicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis. *cap. quamuis* 21. *diſt. cap decreto, & cap. qui ſe ſcit, in princ.* 2. *quæſt.*6. Et Romanus Pontifex habet eundem Principatum, quem Beatus Petrus Apoſtolus Domini voce, & tenuit, & ſemper tenebit. *cap. cuncta per mundum*, 9. *quæſt.*3. latè *Gonzalez reg.*8. §.1. *proem. n.*2.

Et ideo Papa, ſiue reſeruet ſibi collationem beneficiorum, ſiue in conferendis illis, præueniat ordinarios, ſiue cum illis concurrat, non facit illis iniuriam. *Gonz. d. regul.*8. §. 1. *proem.* 7. *n.*20. *vſque in finem*. Quæ autem, & qualia beneficia velint Summi Pontifices ſibi reſeruare, declarant per regulas Cancellariæ, quas quilibet poſt diem ſuæ electionis renouat, vt poſt alios meminit *Gonzalez d. regul.*8. §. 5. *proem. n.*42. & quod Ioann. XXII. fuerit earundem regularum author, refert *Gomeſ. in proem. regul. quæſt.* 1. *in princip.* & quod ligare, incipiant à die aſſumptionis, refert *Mand ſuper reg. in princip. n.* 7. & quod expirent cum conditore, idem *Mandoſ.* refert *in reg.* 1. *reſeruat. quæſt.*12. *n.*6.

Tertio ſub eadem clauſula conſtito, ponitur obitus in poſſeſſione; quia parum eſſet, quod quis obijſſet in menſe reſeruato, niſi obijſſet in poſſeſſione beneficij.

Obitus quando debet probari, ad ſolum effectum iuſtificationis gratiæ, quando ſcilicet in cauſa non eſt aliquis prouiſus ab ordinario, non requiritur plena probatio; ſed ſufficit ſemiplena, & per publicam vocem, & famam. *Gregor. deciſ.* 103. *n.*6. *Caual. deciſ.* 33. *n.*2.

Sed quando debet probari ad effectum reſeruationis, cùm agatur de excludendo prouiſo ab Ordinario; tunc requiritur plena probatio. *Put. deciſ.*266. *in fin. lib.* 3. *Rot. in Salamantina beneficij de Arapiles* 5. *Iunij* 1600.

coram

coram Penia, apud Marcheſ. de commiſſ. par. 1. *pag.* 349. *Coccin. deciſ.* 87. *nu.* 2. Plena, & ſufficiens probatio eſt, quando producitur partita libri mortuorum, de verbo ad verbum extracta. *Grammat. deciſ.* 81. *n.* 1. *Gregor. deciſ.* 78. *n.* 2. *Duran. deciſ.* 263. *n.* 20.

Item quando docetur de confeſſione aduerſarij, facta vel in ſupplicatione, quando venit ex eadem vacatione. *Bellam. deciſ.* 268. *Rot. in recent. par.* 1. *deciſ.* 101. *n.* 6. vel quando conſtat de confeſſione aduerſarij facta in concordia, etiam ſi non fuerit ſortita effectum, & Papa denegauerit beneplacitum, dixit *Rot. in Zamoren. beneficiorum* 20. *Decembris* 1604. *coram Cardinali Sacrato;* & confeſſio partis ſuperat omne genus probationis. *cap. per tuas, de probat. Rot. in nouis deciſ.* 10. *de reſtit. ſpoliat. Mant. deciſ.* 252. *n.* 3.

Item plena eſt probatio obitus ad effectum reſeruationis, quando teſtes vel deponunt vidiſſe mortuum, & ſepeliri. *Bart. in l.* 2. §. *ſi dubitetur, ſub n.* 1. *ff. quemad. teſtam. aper. Menoch. de adipiſc. remed.* 4. *nu.* 675. *Rot. in recent. par.* 1. *deciſ.* 101. *n.* 5. vel dicunt ſcire, quia vicini. *Gregor. deciſ.* 37. *n.* 2.

Obitus in poſſeſſione pariter probatur ex confeſſione aduerſarij. *l.* 1. *C. de confeſſ. Rot. in nou. deciſ.* 19. *de reſtit. ſpoliat. Mantic. d. deciſ.* 252. *n.* 3. quando ſcilicet aduerſarius venit ex eadem vacatione. *Bellam. deciſ.* 268. *Rot. in recent. par.* 1. *deciſ.* 101. *n.* 4.

Item probatur per teſtes, ſiue dicant N. poſſediſſe beneficiũ per plures annos pacificè, ſiue dicant ſemel poſſediſſe. *Gregor. deciſ.* 37. *nu.* 6. *& deciſ.* 166. *n.* 9.

Adde, quod litteræ Apoſtolicæ non ſunt exequendæ etiam in aliis quinque caſibus: primus, quando non ſunt iuſtificata omnia narrata: ſecundus, quando ſunt obreptitiæ, vel ſubreptitiæ, vel deficit intentio: tertius, quando ſunt vulneratæ: quartus, quando diſcordant à ſupplicatione: quintus, quando adeſt legitimus contradictor.

Quando litteræ non ſunt iuſtificatę quoad omnia narrata, & ſic quãtum ad primum, deneganda eſt immiſſio promiſſo Apoſtolico. *Doct. in cap.* 1. *de lit. cont. in* 6. *Caſ. de Graſſ. deciſ.* 2. *de prob. Rota diuerſ. deciſ.* 221. *n.* 3. *& ſequen. par.* 2. *& par.* 6. *deciſ.* 166. *& in recent. par.* 2. *deciſ* 251. *n.* 2.

Iuſtificandæ enim ſunt litteræ. *Io. Andr. in cap.* 1. *de lit. cont. Rot. diuerſ. deciſ.* 365. *par.* 4. & narratiua eſt pars gratiæ. *Caput. deciſ.* 39. *par.* 2.

Sed quid ſi narratiua contineret negatiuam? dic, quod etiam negatiua debet probari, quatenus eſſet fun-

damentum gratiæ. *l. in illa*, vbi *Bar. & Ripa, n.13. ff. de verb. obligat. Gabr. de probat. concluſ.6. n.1. & ſeq. Rot. diuerſ. par.1. deciſ. 775. n.5. & par.5. deciſ.27. n.21. & par.6. deciſ.651. n.5.*

Et generaliter negatiua debet probari ab eo, qui in ea ſe fundat, ſiue in agendo, ſiue in excipiendo. *Gabr. vbi ſupra. Rot. diuerſ. deciſ.184. n.42. par.5.* & in *recent. deciſ.130. n.2. & deciſ.422. n.2. par.2. Mantic. deciſ.230. num.5. & 6.*

Duobus modis negatiua poteſt probari, vel per teſtes, quando remouent actum à ſenſu, dicendo, vel quod non potuiſſet aliter fieri, vel eſſe non potuiſſet quin ipſi ſciuiſſent. *gloſſ. in §. hinc nobis*, in verbo, *& vidiſſe, in auth. de hæred. & Falcid. Bart. in l.1. §. hoc interdictum, n.8. ff. de itin. actuq. priu. Mart. Andr. deciſ.55. n.6. Rot. in recent. deciſ. 532. n.2. par.1.* & in *addit. ad 5. partem diuerſ. deciſ.570. n.6.*

Vel per diligentias. *Pacian. de probat. lib.1. cap.45. n.2. Mart. Andr. d. deciſ.55. n.7.* Quæ debent fieri cum requiſitis, de quibus per *Caput. deciſ.265. par.1.* & per *Rot. in recent. par.2. deciſ.323. nu.23.* & in *addit. ad 5. par. diuerſ. d. deciſ.51. n.7.*

Quid autem ſi litteræ contineant factum alienum? dic, quod ſi Papa ſe fundat in narratiua facti alieni, tunc debet iuſtificari: quia cenſetur narratiua partis, non Papæ, qui non præſumitur habere notitiam facti alieni, in quo tollerabilis eſt error. *l. fin. in fin. ff. pro ſuo. Rota diuerſ. deciſ. 154. n.4. par.2.*

Et gratia conceſſa, intelligitur ad ſupplicationem partis, & veris exiſtentibus narratis, niſi coniuncta ſit cum clauſula, quod de ſubreptione, vel obreptione dari non poſſit. *Rot. diuerſ. par.4. deciſ.* 88. *num.1.*

At quando Papa, non totaliter ſe fundat in narratiua, ſufficit illam iuſtificare de facto; ſecus ſi alias non conceſſiſſet; quia tunc debet iuſtificari etiam de iure. *Rot. in addit. ad 4. par. diuerſ. tom.2. deciſ. 161. num.14. & ſeq.*

Dicamus modo quid ſit, quando Papa concedit gratiam motu proprio.

Tunc gratia motu proprio dicitur conceſſa, quando Papa id expreſſit. *cap. ſi motu proprio, in fin. de præben. in 6.* quo ſtante, narratiua etiam facti alieni non eſt iuſtificanda; ſed motus proprius releuat ab onere probandi. *Seraph. deciſ.1484. n.10. & deciſ.1489. Rot. in recent. par.2. deciſ.656. nu.1. & 2.* etiam ſi adeſſet clauſula, vt accepimus. *Caſſad. deciſ.4. n.9. de probat. Seraph. deciſ.383. n.2.* & in *recent. par.2. d. deciſ.656. n.3. Duran. deciſ.154. n.3. & 4. lib.1.*

Falſitate tamen probata, Gratia redditur nulla, non obſtante

motu

motu proprio. *Felin. in cap. ad aures, n.9. de reſcript. & cap. cauſam quæ. il 2. de teſt. n.3. Seraph. deciſ.398. n.8.*

Sed ſi narratiua eſſet ſuperflua, itaut Papa ſine ea conceſſiſſet, non vitiaret gratiam. *Rot. in ant. deciſ. 70. de reſcript. Bellam. deciſ.4. Rot. diuerſ. par.6. deciſ.166. n.6.*

Quando litteræ continent narratiuam Papæ, non ſunt iuſtificandæ; quia illi credendum eſt. *Clement. vnic. de probat. Seraph. deciſ.330. n.2.* & eius atteſtatio de facto proprio non admittit probationem in contrarium. *Ioan. Andr. & alij in cap. ſi motu proprio, de præben. in 6. Seraph. deciſ.356. n.6.*

Narratiua Papæ cenſetur, & non eget iuſtificatione, quando eſt facta per verbum, vt aſſeritur: impetrans enim per illud verbum imperſonale, nihil concludit quod probandum ſit. *auth. ſi quando, C. de conſtit. pecun. Caſſad. deciſ.3. n.8. & 9. Rot. in ant. de reſcript. deciſ.60. & deciſ.371. n 12. par.5. diuerſ.*

Quando vero eſt facta per verbum, vt aſſeris, eſt narratiua impetrantis, & ab eo debet iuſtificari. *Rot. in ant. deciſ.77. de reſcript. & par. 5. diuerſ. deciſ.371. n.13.*

Sciendum tamen eſt, quod quando ſunt plures impetrantes, Cancellaria non apponit verbum, vt aſſeris; ſed verbum vt aſſeritur, quo caſu cùm narratiua ſit plurium, debet iuſtificari. *Coccin. deciſ.89. nu.4. Duran. deciſ.254. n.15. lib.2.*

Alio etiam caſu non ſunt iuſtificandæ litteræ Apoſtolicæ, quando in eis eſt appoſitum decretum, quod non poſſit dari de vitio obreptionis, & ſubreptionis, vel de defectu intentionis; nam paria ſunt narrata eſſe vera, vel de eorum falſitate dari non poſſe. *Dec. conſ.455. nu.1. & conſ.557. n.13. Martin. And. deciſ.62. n.6.*

Sic etiam quando litteræ continent clauſulam ſublata, cum decreto irritanti, non ſunt iuſtificandæ. *Seraph. deciſ.1043. n.5. Rot. in addit. ad 4. part. tom.2. deciſ.743. num.19. & 26.*

Quod ampliatur etiam ſi per aduerſarium fuiſſet impetrata commiſſio aperitionis oris; quia idem aduerſarius teneretur probare, & impugnare narratiuam. *Mareſc. variarum reſolut. lib.2. cap.37. n.69.*

Quantum ad ſecundum litteræ non ſunt exequendæ, quando ſunt ſubreptitiæ, obreptitiæ, & obſtat defectus intentionis.

Subreptio inducitur ex taciturnitate eorum, quæ potuiſſent retrahere Papam à concedendo; & dicta eſt ſubreptio, vel è verbo ſubrepo, vel ſubripio, quæ ſunt einſdem ſignificationis, propriè dicta de animalibus, quæ ſine pedibus ventre gradiuntur, & latenter adueniunt.

Q 4 Obre-

Obreptio inducitur ex falſi expreſſione, qui enim cum falſa narratiua, & falſo præſuppoſito gratiam obtinet, latenter, & occultè aduenit, & rapit.

Defectus intentionis inducitur ex verborum inuolucro; quoniam inuolucrum ſignificat id, quo quidpiam inuoluitur, aut integitur, ne videri poſſit. Sic is, qui aliquid cum narratiua inuoluta, & ſermone ambiguo obtinet gratiam, cenſetur præter intentionem concedentis obtinuiſſe.

Cæterum prædicta differentia eſt potius verbalis, & per Doctores nō attenditur, qui vt plurimum eadem nomina ſubreptionis obreptionis, & defectus intentionis confundunt, ſumentes vnum pro alio.

Quantum ad tertium, litteræ Apoſtolicæ non ſunt exequendæ, quando ſunt vulneratæ per ſententiam: vt quando fuiſſet pronunciatum, litteras non eſſe exequendas; quia tunc ceſſat via executiua, dummodo ſententia non eſſet nulla, vel notoriè iniuſta. *Caual. deciſ.*2. *nu.*7. *& deciſ.*148. *n.*2. & tunc proceditur ordinariè. *Caual. deciſ.*18. *n.*1.

Non tamen dicuntur vulneratæ, quando per ſententiam fuit dumtaxat annullatus proceſſus ſuper litterarum iuſtificatione factus, niſi etiā ipſæ litteræ fuerint annullatæ. *Caual. deciſ.*11. *n.*5.

Neque dicuntur vulneratæ, etiam ſi fuiſſet pronunciatum litteras nō eſſe exequendas; quia ſi poſtea iuſtificentur, ſunt exequendæ. *Caual. d. deciſ.*11. *n.*6.

Et hic nota, quod, quando primus executor pronunciat litteras non eſſe exequendas, non poteſt adiri ſecundus executor, quia eſt datus in caſu negligentiæ primi; ſed eſt appellandum ad Metropolitanum, & ad Papam omiſſo medio. *Greg. deciſ.*46. *n.*5. *&* 8. & ibi *adden. n.*10.

Quantum ad quartum, litteræ non ſunt exequendæ, quando diſcordant à ſupplicatione. Papa quando prouidet, & gratiam facit de beneficio, ſignat ſupplicationem impetrantis, & ex eadem ſupplicatione, & Signatura, extrahuntur litteræ Apoſtolicæ, ſicut ex protocollo Notarij conficitur inſtrumentum: & ſicut contractus vim non habet, niſi conficiatur inſtrumentum. *l. contractus, C. de fid. inſtrum.* ita Signatura Papæ exigit litterarum expeditionem, ſine qua gratia eſt informis; vnde emanauit regula de non Iud. iuxta formam ſupplicat. *Rebuff. in praxi benef. in* 3. *par. ſign.* in verbo *datum, n.*2. *& ſeq.*

Quando igitur litteræ diſcordant à ſupplicatione, remittendæ ſunt ad Cancellariam, vt reuideantur an ſint benè expeditæ, & corrigantur. *Rot. in Meleuitana penſionum* 28. *Nouembris*

bris 1597. apud *Marcheſ. de commiſſ. lib.* 1. *pag.* 520. *num.* 3.

Regulare eſt, quod ad ſupplicationem, ſemper recurratur tanquam ad matricem. *Bart. in l. Sempronius, ff. de legat.*2. & in *l. ſi librarius*, & ibi *Dec. n.*8. *ff. de r gul. iur. Rebuff. in praxi tit. de refor. Bullæ, n.*2. *Caput. deciſ.*75. *per tot. par.* 1.

Diſtingue tamen, quod ad effectum ſubreptionis, ſupplicatio eſt attendenda, non autem litteræ; quia ſupplicatio porrigitur per impetrantem, cui vitium ſubreptionis adſcribitur. adden. ad *Gregor. dec.* 108. *num.* 16.

Ad effectum vero iuſtificationis, attendendæ ſunt litteræ, cùm illæ ſint canonizandæ, & non ſupplicatio, ſtante d. *regul. de non ind. iuxt. form. ſupplic.* vt in d. *Meleuit. penſionis apud Marcheſ. lib.* 1. *pag.* 520. *Caſ. de Graſſ. deciſ.* 1. *de probat. per tot.*

Illæ autem, qui allegat Bullam diſcordare à ſupplicatione, tenetur probare, & producere ſupplicationem integram. ad *l.* 2. *ff. de probat. Mobedan. deciſ.*6. *de probat.*

Quantum ad quintum litteræ non ſunt exequendæ, quando ſe opponit contradictor, qualis eſt, qui oſtendit ſimilem, & parem titulum. *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen.* tunc enim impeditur proceſſus executiuus, & agendum eſt via ordinaria, & cognoſcendum, quis habeat meliora iura, & cuius titulus ſit attendendus. *Bart. in d. l. fin. ſub nu.* 21. verſ. *aut comparet aliquis*, & verſ. *ſecundo caſu. Seraph. deciſ.* 801. *nu.* 1. *Caual. deciſ.* 485. *n.* 1. *Buratt. deciſ.* 122. *n.*4.

Quoad iuſtificationem litterarum non nulla notanda ſuperſunt, vnum eſt, quod ſiue per errorem, ſiue per æquiuocationem in nomine beneficij, ſiue per falſam demonſtrationem non vitiatur gratia. *l. demonſtratio f lſa, ff. de cond. & demonſtr.* vbi *Bart. n.*5. ſed iuſtificata cenſetur, quando conſtat de corpore beneficij. *Put. deciſ.* 442. *nu.*5. *lib.* 1. fuit dictum in *Toletana Parochialis de Guelgamuros* 26. *Martij* 1607. *& text. eſt in l. ſi quidem in nomine, inſtit. de legat.* tradit *Crauett. conſ.* 104. *num.* 13.

Alterum eſt, quod litteræ Apoſtolicæ varijs formis expediuntur, videlicet in forma Rationi congruit in forma Gratioſa: in forma Dignũ. Gratiæ perinde, ſeu etiam valere. Gratiæ ſi neutri, ſi nulli, & Gratioſæ ſubrogationis, & Gratiæ reſeruationis penſionis. de quibus, omiſſis alijs, non nulla breuiter dicemus.

Signatura ſola ſufficit, quando non agitur de canonizanda gratia. *Rebuff. in praxi* 3. *part. ſignat.* in verbo *datum, n.*5. *& ſeq. Gomeſ. in regul. de non ind. iuxta form. ſupplicat. quæſt.* 5, *num.*4. & ibi *Mandoſ. quæſt.*

quæſt. 19. Seraphin. deciſ. 538. num. 4. Coccin. deciſ. 263. num. 6.

Sed quando agitur de gratia exequenda, neceſſaria eſt litterarum expeditio, per quam datur forma, & perfectio gratiæ. *Gom. in regul. de non iud. iuxta form. ſuppl. quæſt.* 1. verſ. *nam per expeditionem*, & ſine litteris, gratia non probatur. *Caſ. de Graſſis deciſ. 1. n. 1. & 7. de probat. Seraph. deciſ. 775. n. 3.*

Litteræ in forma rationi congruit expediuntur, quando Papa prædeceſſor ſignauit ſupplicationem, & obijt ante litterarum expeditionem. iuxta *regul. de litteris in forma rationi congruit expedien. Gonz. gloſſ. 12. n. 48.* & in illarum expeditione addere non poſſunt expeditores verba magni momenti, quæ non ſint in ſupplicatione, nec bis huiuſmodi litteras expedire. *Rebuff. in praxi tit. de gratia ratione congruit, nu. 20. & 22.* quæ litteræ non tribuunt ius de nouo. *Rebuff. ibidem nu. 19. Rot. in recent. par. 1. deciſ.* 158. *num.* 8.

Litteræ in forma gratioſa ſunt expeditæ, quando Papa ipſe prouidet, & in illis non committitur cognitio cauſæ; ſed nudum miniſterium tradendi poſſeſſionem; & quando fit expeditio per Cancellariam, fiunt duæ litteræ ſub eadem data, vna dicitur Bulla gratioſa, quæ habet cordas ſericas rubei, croceique coloris; altera dicitur Bulla executoria, quæ habet cordas canapis: quando vero expeditio fit per Cameram, poſſunt poni inſimul gratioſa, & executoria. *Hieron. Paul. in pract. Cancellariæ in notab. ſup. benef. reſeruat.* verſ. *nota, quod in litteris. Rebuff. in praxi in form. & declarat. nou. prouiſ. n. 4. Garz. de benef. par. 6. cap. 2. n. 1. & ſeqq.*

Litteræ in forma dignum ſunt expeditæ, quando Papa non prouidet; ſed mandat prouideri N. quatenus reperiatur idoneus, & duæ Bullæ expediuntur, & ambæ cum cordis canapis; prima regulariter committitur, vt ſi idoneum eſſe repererit, conferat eidem intra triginta dies poſt præſentationem litterarum, & hæc dicitur Bulla prouiſionis, altera eſt Bulla executoria, in qua committitur alicui ex vicinioribus Epiſcopis, ſeu officialibus, vt ſi Ordinarius intra triginta dies beneficium non contulerit, ipſe conferat, vt poſt alios refert *Garz. de benef. par. 6. cap. 2. n. 4.*

Et hæc gratia in forma dignum conceſſa, nullum tribuit ius in re; ſed ſolum importat mādatum de prouidendo, quatenus idoneus repertus fuerit. *Caſſad. deciſ. 1. n. 6. vt lit. pend. Rebuff. in praxi tit. de reſcr. in forma dign. nu. 2.* & ſtante clauſula apponi ſolita, ſi per diligentem examinationem idoneum eſſe repereris, ſequitur, quod ante purificationem d. conditionis

ido-

idoneitatis, nullum impetranti fuerit ius quæſitum, neque etiam ad rem. *Bellam. deciſ.667. Gabr. conſ.* 188. *num.*26. *lib.*1. poteſt enim euenire, vt in examine non approbetur. *Rot. in recent. par.*2. *deciſ.* 560. *n.*3. *in fin.* & antequam executioni ſit demandata, nihil ponit in eſſe. *Mandoſ. in regul. de ann. quæſt.*55. *n.*3. *Rot. in recent. par.*2. *deciſ.* 590. *num.*3.

Sed quando gratia in forma dignum fuit executioni demandata, dicitur gratia pura, & exiſtens in poſſeſſione eſt legitimus contradictor, quando habens prouiſionem gratioſam, petit immitti. *Coccin. deciſ.*347. *num.*3. & 4. *Rota in recent. deciſ.*523. *num.*3. *par.*2.

1 Et litteræ in forma dignum faciunt executorem mixtum propter clauſulam vocatis vocandis, & clauſulam amoto, & tenetur aſſumere partes Iudicis & ab eo datur appellatio. *Buratt. deciſ.*171. *n.*2. quod eſt verum, quando adeſt legitimus contradictor, & poſſeſſor, alias remaneret merus executor. *Rot. in addit. ad* 4. *part. diuerſ. deciſ.*333. *n.*2. *tom.* 2.

Et quid debeant verificare executores litterarum Apoſtolicarum, latè ponit *Garz. de beneſ.* 6. *part. cap.*2. *§.* 2.

Ex clauſulis primæ gratiæ prouiſionis deſumitur aliæ litteræ pro reualidatione illius, videlicet etiam, & perinde valere, de quibus gratijs plura dicit *Rebuff. in praxi par.* 2. *tit. de reſcripto etiam, & perinde valere, vbi n.*1. declarat, quod quando Papa aliquid reuocat, ſeu irritat; ſi poſtea idem ex aliqua cauſa decernat valere, ponitur clauſula etiam valere, & *num.*2. pariter declarat, quod ſi Papa non irritauit primam collationem; ſed ea eſſet inualida ex ſubreptione, vel alio caſu, datur reſcriptum perinde valere; quia poteſt ſtatuere, vt actus perinde valeat, ac ſi iure factus eſſet.

Quæ gratia etiam valere, non eſt noua gratia; ſed potius confirmatio primæ. *Rot. in recent. par.*1. *deciſ.*379. *n.*4.

Sic pariter gratia perinde valere, non eſt totaliter noua gratia; ſed quoddam adiunctũ primæ, & non requirit nouum conſenſum partis, & in hoc differt gratia Apoſtolica, à contractu, quia contractus recipit ſuam ſubſtantiam à conſenſu partium. *gloſſ. in l. contractus, in verbo tranſactionem, C. de fid. inſtrum.* & quando contractus corruit, tunc corruit etiam partium conſenſus; & ideo non poteſt reualidari contractus, niſi nouus partium conſenſus accedat. *Caput. deciſ.*211. *n.*1. *par.*1. *cum allegat. per eum.* Sed gratia Apoſtolica recipit ſuum eſſe, & ſuam ſubſtantiam à poteſtate, & voluntate Papæ; & ideo conſenſus partium, cùm ſemel interuenerit in conceſſione gratiæ, iterum non requiritur in eiuſdem gratiæ reualida-

tione;

tione; ſed ſemel præſtitus, præſumitur durare. *Rot. in recentiſſ. par.* 1. *deciſ.* 266. *n* 3. *& deciſ.* 159. *n.* 3. *par.* 6. *diuerſ.*

Nota tamen, quod hæc gratia perinde valere, obtenta lite pendente, non facta mentione litis. & niſi iuſtificetur etiam quoad alia narrata, non ſuffragatur. *Gregor. deciſ.* 13. *n.* 3. & cùm ſit gratia merè præiudicialis, non requirit derogationem regulæ de iure quæſ. non tollen. *Caſſad. deciſ.* 1. *n.* 2. *de priuil. Rot. diuerſ. par.* 6. *deciſ.* 114. *n.* 14.

Ex eiſdem clauſulis ſupplicationis conficiūtur aliæ litteræ, Gratiæ ſi neutri, ſi alteri, ſi nulli: de quibus reſcriptis ſcripſit etiam *Rebuff. in praxi par.* 1. *tit. de reſcript. ſi neutri ſi nulli, ſi alteri*, vbi *n.* 10. dicit, quod aliquando datur alteri colligiganti, quando alter nullum habet ius, & ipſe impetrans confitetur nullum ius habere, & *num.* 11. ait, quod quando duo litigant ſuper vno beneficio, nullum tamen ius in eo obtinent, tunc tertius illud poteſt impetrare, ſi neutri ius ſit quæſitum, alia vide ibidem per eum.

Aduerte primò, quia Gratia ſi neutri, quando deſumitur ex clauſulis generalibus ſupplicationis, litteræ expediuntur ſub eadem data, & omnia narrata in eadem gratia, ſunt iuſtificanda. *Seraph. deciſ.* 1470. *n.* 3.

Quando vero impetratur de per ſe, expediuntur ſub alia data, & non ſunt iuſtificanda narrata in prima gratia: cùm non ab illa; ſed ex alia impetratione dependeat gratia ſi neutri, & ſufficit iuſtificare narrata in ſua gratia, in qua quis ſe fundat, vt in *Feſulana præceptoria* 27. *Ianuarij* 1563. *coram Robuſterio, apud Garz. de beneſ.* 6. *par. cap.* 2. *n.* 215.

Aduerte ſecundo, quod gratia ſi neutri requirit litem, fine qua eſt ſicut piſcis ſine aqua. *Canal. deciſ.* 572. *n.* 8.

Et datur cum conditione, ſi per euentum litis huiuſmodi conſtiterit, neutrum in dicto beneficio ius habere, & idem beneficium vacare, & dummodo tempore datæ præſentium non ſit alicui ſpecialiter ius quæſitum. *Rebuff. in praxi d. tit. de reſcr. ſi neutri, n.* 2. & vt ait *n.* 6. hæc gratia non habet locum quando beneficium non erat litigioſum, vel lis erat extincta, ad effectum autem huius gratiæ non eſt neceſſaria vera lis, ſed ſufficit lis de facto. *Mant. deciſ.* 99. *n.* 4. ſed neque lis de facto ſufficeret, vel quando ſuper ea conſtaret de re iudicata, quæ litem extinguit. *Mant. ibidem n.* 2. vel quando conſtaret, quod qui cauſam cōmiſit, non expediuiſſet litteras ſuæ gratiæ, non enim valent commiſſiones cauſarū, niſi litteris gratiæ expeditis, vt in reg. 30. Cancellariæ, non valeant commiſſiones. Nota tamen, quod ſufficeret litteras fuiſſe productas in actis; quia in dubio præſumeretur eas fuiſſe expeditas debito tēpore. *Caſſad. deciſ.* 5. *n.* 4. *ſuper regulis*, *Mant. deciſ.* 50. *n.* 2.

Aduer-

Aduerte tertio, quod quia Gratia ſi neutri eſt noua gratia, noua prouiſio, & nouus titulus ex ea acquiritur; idcircò omnia, quæ poſſunt mouere Papam ad concedendum, vel denegandum, ſunt exprimenda, & iuſtificanda: & impetrans debet facere mentionem de qualitate beneficij, de vacatione, & de modo vacandi, & de reſeruatione. *Rot. in nou. deciſ.* 24. *de reſcript.*

Et hæc gratia ſi neutri non conceditur contra prouiſum Apoſtolicũ, vt refert *Coccin. deciſ.* 188. *n.* 4. ſed paſſim conceditur prouiſo Apoſtolico. *Rot. in recentiſſ. par.* 2. *deciſ.* 284. *n.* 2.

Hic addo, quod licet litteræ prouiſionis Apoſtolicæ requirant iuſtificationem, vt ſupra dictum eſt; tamen prouiſio, & gratia ordinarij nõ indiget iuſtificatione: quia cenſetur facta motu proprio. *Felin. in cap. ad aures, n.* 15. *de reſcript. Card. in Clem.* 2. *n.* 13. *de off. Ordin. Seraph. deciſ.* 1467. *n.* 1. *Rot. in recent. par.* 2. *deciſ.* 190.

Litteræ in forma ſubrogationis expediuntur, quando Papa vult collitigantem ſubrogare ad ius, quod ſuo aduerſario competebat, quæ ſubrogatio fit, ne detur nouus collitigans. *cap.* 2. *vt lit. pend. Seraph. deciſ.* 1165. *n.* 1. quando ſcilicet collitigans moritur, ſiue naturaliter, ſiue ciuiliter, per profeſſionem emiſſam in religione. *cap beneficium, de regul. in* 6. *Rot. in recent. deciſ.* 531. *n.* 1. *par.* 2. cum qua ſubrogatione Papa continuat, ſeu transfert poſſeſſionem in ſuperſtitem collitigantem, iuxta *reg.* 29. *de ſubrogan.* vbi *Mandoſ quæſt.* 2. *n.* 5. & per totam, *Mantic. deciſ.* 71. *n* 3 *Grgor deciſ.* 307. *num* 3. *&* 4.

Quæ poſſeſſio in alium tranſlata ſola Principis auctoritate, vel ex ſtatuto, vel conſuetudine, dicitur poſſeſſio ciuiliſſima, vt ſuperiùs dictum eſt *par.* 3 *pag* 129. verſ. *alia poſſeſſio*.

Duplici forma expediuntur litteræ ſubrogationis, vel in forma gratioſa, quando ſcilicet Papa in illis dicit ſubrogamus, & dicitur ſubrogatio gratioſa, vel in forma dignum, ſeu rigoroſa quando Papa ſubrogari mandat, & dicitur mandatum de ſubrogando; & vtraque deſumi poteſt, vel ex clauſulis generalibus primæ gratiæ, vel poteſt impetrari ad partes. *Caual. deciſ.* 559. *n.* 1.

Inter gratioſam ſubrogationem, & rigoroſam differentia eſt, quia gratioſè ſubrogatus, ſi poſſeſſio vacat, poteſt illam capere propria auctoritate, etiam lite pendente abſque vitio attentatorum, etiam ſi fuiſſet antea inhibitus. *Coccin. deciſ.* 72. *n.* 1. & per tot. & ſi eſt plena, non tenetur docere de iure defuncti; quia litteræ faciunt executorem merũ, & Papa ita mandat, cui eſt obediendum. Subrogatus autem rigoroſè, non poteſt à Iudice obtinere ſubrogationem, niſi prius diſcuſſo iure defuncti, & iuſtificatis narratis. *Mandoſ. de Signat. Gratiæ*, in verbo

ſubro-

ſubrogationes, verſ. *inter alias differentias*. *Rot. in recent. deciſ.* 378. *n.* 1. *&* *deciſ.*429. *n.*1. & Iudex, cui dirigitur ſubrogatio in forma dignum, fit mixtus executor, propter clauſulam vocató, & coram eo prius diſcutiendum eſt de iure eius, cui ſubrogatur. *Seraph. deciſ.* 1383. *n.* 3. *&* 4.

Subrogationem in locum defuncti petere debet collitigans; ſed intra quod tempus, fuit controuerſia inter antiquos auditores, & vt legitur apud *Put. deciſ.*14. *lib.*3. tres ex Dominis ſenſerunt petendam eſſe infrà menſem, à die obitus collitigantis, moti ex verbis *regulæ de ſubrogandis*, ibi *impetrationes infra menſem, ante conceſſionem huiuſmodi factæ, nullius ſint roboris*. Alij vero tres dicebant, quod non erat præfixum tempus collitiganti; niſi quando, eo negligente, tertius ſubrogationem impetraſſet; quo caſu, ſi collitigans infra menſem à die impetrationis tertij illam peteret; tunc eadem regula de ſubrogandis annullat illam tertij impetrationem: & ita menſis intelligitur præfixus, non à die obitus collitigantis, ſed à die impetrationis per tertium factæ, quæ opinio præualuit: vnde legitur apud eundem *Put. deciſ.*143. *lib.*3. quod Papa in d. regula voluit ipſum ſubrogandum in hoc præferre, vt eius ſubrogatio, quandocumque valeat, dum tamen veniat infra menſem, à die impetrationis tertij non collitigantis: & hoc idem Rota firmauit, & tenuit coram *Seraphino deciſ.*1165. *n.*2. & coram *Gregorio deciſ.*125. *n.*15. & coram *Coccino deciſ.*350. *n.*19. & in *recent. deciſ.*342. *n.*10. *par.*1. & in *recentiſſ. par.*2. *deciſ.*537. *n.*10.

Concedit Papa collitiganti hanc ſubrogationem, ad ſuccidendum litis anfractus, vt dicitur in principio d. reg. & nè detur nouus collitigans, vt in *cap.*2. *vt lit. pendent. in* 6.

Denegat autem illam in pluribus caſibus, in quibus ſi ſit fortè conceſſa, nihil operatur.

Primus eſt, quando in impetratione appoſita eſt clauſula, quod litteræ in forma gratioſæ ſubrogationis poſſint expediri, quia quando litteræ non ſunt expeditæ, ſubrogatio nihil tribuit. *Seraph. deciſ.*256. *n.*2.

Secundus, quando beneficium non vacat, vt quia per defunctum fuiſſet antea ceſſum ex cauſa concordiæ. *Caual. deciſ.*458. *n.*3. *Duran. deciſ.*423. *n.*4.

Tertius, quando conſtat beneficium non eſſe litigioſum, vel reſeruatum, vel affectum; quia tunc non intrat ſubrogatio in præiudicium ordinarij. *Coccin. deciſ.*431. *n.*5.

Habet locum ſubrogatio gratioſa in beneficio litigioſo: quia non fit præiudicium ordinario; illi enim ſunt ligatæ manus nè poſſit conferre de litigioſis, vt aliquando ſit litium finis. *cap.* 1. *vt lit. pend. in* 6. *&* *Clem.* 1. *eodem titul. Seraphin. deciſ.* 990. *num.*8.

Ad

Digitized by Google

Ad effectum autem ſubrogationis, lis debet eſſe ſuper titulo beneficij. *Caſſad. deciſ.6. n.2. de reſcript. & deciſ.4. vt lit. pend.* non autem dicitur lis ſuper titulo beneficij, quando eſt ſuper poſſeſſorio adipiſcendæ; niſi cauſa eſſet commiſſa cum clauſula, cum omnibus, & ſingulis incidentibus, dependentibus, &c. atque cum clauſula quam, & quas, &c. quæ comprehendunt etiam petitorium. *Bellam. deciſ.618. Caſſad. deciſ.9. n.13. de cauſ. poſſ. & propriet. Rot. in recent. deciſ. 342. num. 1. & 2. par.1.* At ſi cum ſola narratiua litis ſuper poſſeſſorio adipiſcendæ fuiſſet obtenta ſubrogatio vtique operaretur, quia ſufficit, quod lis verificetur eo modo, quo fuit narrata Papæ. *Sarnen. de trienn. quæſt. 11. n.13.* quamuis talis lis non faciat beneficium litigioſum, vt per *Caſſad. deciſ.4. vt lit. pend Seraph. deciſ 990 n.7.*

Habet etiam locum ſubrogatio, quando conſtat beneficium eſſe reſeruatum: cum in reſeruatis non fiat præiudicium ordinario. *Duran. deciſ.14. n.5.* dummodo reſeruatio ſit indubitata, clara, & notoria. *Duran. ibidem. Gregor. deciſ.58. n.1.* Item quando conſtat beneficium eſſe affectum: cum in affectis Papæ non ſe intromittant inferiores. *Rot. in recent. par. . deciſ.570. n.4.*

Quartus caſus eſt, quando petitur ab intruſo, cui non datur ſubrogatio ex verbis eiuſdem *regulæ de ſubrogan.* ibi *dummodo prædictus litigans in dicto beneficio intruſus non fuerit. Seraph. deciſ. 1165. n.4.*

Quintus caſus eſt, quando petitur à calumnioſo, & improbo litigatore, qui litem calumnioſam introduxerit. *Biſign. deciſ.2. de rer permut. Caſſad. deciſ.7. de dolo, & contum. & deciſ.5. n.3. vt lit. pend. Seraph. d. deciſ.1165. n.7. & ſequen. Rot. in recent. par.2. deciſ. 92. n.1. & deciſ.261. num.5.*

Sed ad quid datur hæc ſubrogatio? dic ad ius, & poſſeſſionem defuncti. *Caual. deciſ.477. n.2.* & etiam *ad proſecutionem brauis. Caual. deciſ. 639. n.3.* etiam ſi ſubrogatio deſumpta ſit ex clauſulis generalibus. *Caual. deciſ.458. n.5.*

Gratioſè ſubrogatus, licet non teneatur iuſtificare totam ſuam gratiam, neque ius defuncti. *Rot. in recent. par.2. deciſ. 343. n.20.* tamen ad effectum, vt debeat immitti, debet nonnulla probare.

Et primò clericatum ſuum, qui probatur, vel per litteras, vel per teſtes, vt dictum eſt ſuperius *hac par.5. pro executione litterarum Apoſtolicarum.*

Secundò obitum collitigantis in poſſeſſione, qui poteſt probari vel per confeſſionem aduerſarij, vel per teſtes iuxta ſuperius dicta *hac par.5. pro execut. litterarum Apoſtolicarum.*

Tertiò litem quæ poteſt probari ex proceſſu, commiſſione, citatione,

ne, & inhibitione. *Clement.* 2. vbi *Vital. n.7. vt lit. pendent. Rot. diuerſ. deciſ.42. n.2. par.2. & in recent. par.1. deciſ.321. n.2.*

Vnde communiter dicunt, ſubrogato immiſſionem dari, probato clericatu, obitu anteceſſoris in poſſeſſione, & reſeruatione, aut affectione, aut lite. *Caual. deciſ* 450. *&* 458. *n.1. &* 483. & in *recent. deciſ.* 7. *n.1. par.2. Duran. deciſ.* 391. *&* 406. *&* 407. *Garz. de benef.6. par. cap.4. in princ. num.4. &* 15. *Gregor. deciſ.* 32. *&* 103. *Rot. diuerſ. par.7. deciſ.7. num.* 8.

Reus tamen, & poſſeſſor ex pluribus poteſt gratioſè ſubrogatum repellere ab immiſſione petita.

Et primò ſi exhibet pro ſe alteram gratiam Apoſtolicam, quia quando datur concurſus alterius gratiæ Apoſtolicæ, tunc pro ſubrogatione non poteſt procedi via executiua, ſed ordinaria. *Seraph. deciſ.* 1157. *n.2. Mant. deciſ.71. n.7.*

Secundò, ſi reſeruationem, vel affectionem, vel litem aliquo modo reddit turbidam; quia hoc ſufficit poſſeſſori, ne detur immiſſio ſubrogato. *Duran. deciſ.14. n.5. &* 18.

Tertiò, quando aſſertam litem impugnaret, ſiue quia prima citatio emanata vigore commiſſionis, non fuiſſet intra annum in actis reproducta, & ita remanſiſſet circumducta. *Vant. de nullit. ex defectu citat. num.*111. *Rot. deciſ.* 14. *de dolo, & contum. & deciſ.*21. *de appellat. in nou.* ſiue quando acta non fuiſſent tranſportata. *Rot. diuerſ. par.* 7. *deciſ.*7. *n.*2. vel lis fuiſſet obtenta contra defunctum: iam effectum poſſeſſorē triennalem. *Mohed. deciſ.4. vt lit. pendent. Put. deciſ.* 421. *lib.2.* & contra triennalem lis valida moueri non poteſt ſtante *regula* 37. *de triennali.*

Quartò, & vltimo, quando poſſeſſor probaret litem extinctam, vel per deſertionem, vel per ſententiam, & rem iudicatam. Deſeritur enim lis per curſum decem annorum, vt non habeat locum gratioſa ſubrogatio, quando ſcilicet ex actis conſtat de non iure illius, qui litem non fuit proſecutus, vt per *Rotam in recentiſſ. deciſ.537. n.8. par.2.*

Per ſententiam etiam, quæ tranſiuit in iudicatum, latam ad fauorem poſſeſſoris, lis finitur; quia non requiritur alia executio, & dicitur lis finita ad effectum, vt beneficium non dicatur amplius litigioſum. *Rot. diuerſ. par.1. deciſ.768. n.7.* Sed quando eſt lata ad fauorem non poſſidentis, non dicitur lis finita, niſi ſecuta poſſeſſione, ſeu executione *d. deciſ.768. n.6. par.1. diuerſ.* & in *recent. par.1. deciſ.* 535. *n* 5.

Tandem in hac materia nota, quod ſubrogatio gratioſa habet locum, etiam in beneficijs litigioſis de iurepatronatus, vt latè per *Buratt. deciſ.* 927. *per totam.*

Expe-

Expediuntur etiam litteræ Apoſtolicæ ſuper reſeruatione penſionis, qua in re ſciendũ eſt, quod licet generale ſit, vt beneficia Eccleſiaſtica non debeant diuidi. *cap. vn. vt Eccleſ. benef. ſine dim. confer.* ſpeciale tamen eſt, vt poſſint diuidi ab habente poteſtatē, & ex cauſa. *cap. vacante, de præbend. & dignit.* *Romanus Pontifex*, qui pleniſſimam habet poteſtatem, & diſpoſitionem in beneficijs. *cap. 2. in princ. de præben. lib. 6. Clement. vnic. in fin. vt lit. pend.* conſueuit pinguia beneficia diuidere, & vni titulum conferre, & alteri penſionem reſeruare, quod videtur ad publicam vtilitatem ſpectare, vt ex pingui beneficio plures Clerici alantur. *Duran. deciſ. 67. n. 1.*

Quatuor cauſas impulſiuas reſeruandi penſiones enumerat *Paulus de Romano, de penſ. quæſt. 1. nu. 12.* quæ ſunt, litteratura, hoſpitalitas, proemium, amor: alias addit *Gig. de penſ. quæſt. 1. n. 4.* quæ ſunt, ratio meritorum, ratio reſignationis, vel ceſſionis, nè reſignans, vel cedens nimium diſpendium patiatur, & ratio concordiæ, pro bono pacis. adde *Mandoſ. de Signat. Grat.* in verbo *penſiones*, verſ. *aut datur penſio*.

Et caſu, quo non appareret de iuſta cauſa, tamen in Papa præſumeretur. *Gig. de penſ. quæſt. 6. n. 12.*

Decreuit ſacr. Conc. Trid. ſeſſ. 24. de reform. quod Cathedrales Eccleſiæ, quarum redditus ſummam ducatorum mille, & Parochiales, quæ ſummam ducatorum centum, ſecundum annuum valorem non excedunt, nullis penſionibus, aut reſeruationibus fructuum grauentur: & nè titularis vltra modum grauetur, apponuntur in reſeruatione variæ clauſulæ, ſeu conditiones, de quibus infra.

Vt penſio poſſit exigi, quatuor veniunt, per iuuenes præcipuè, obſeruanda. Primò, an penſionarius ſit capax penſionis. Secundò, an litteræ ſint expeditæ. Tertiò, an ſint iuſtificatæ. Quartò, an conſtet de quaſi poſſeſſione exigendi penſionem.

Quoad primum incapax penſionis quis eſſe poteſt propter ætatem, ordinem, matrimonium, profeſſionem, & conſecrationem.

Ratione ordinis, qui non eſt clericus, non eſt capax penſionis, niſi ſit diſpenſatus à Papa. *Mantic. deciſ. 111. nu. 4.* & qui clericus eſt, etiam ſi ſit illegitimus, capax eſt penſionis. *Coccin. deciſ. 31. n. 8. Rot. in recentiſſ. par. 2. deciſ. 12. n. 1.* & quando illegitimus non eſt diſpenſatus ad clericatum, tunc inhabilis eſt ad obtinendum penſionem. *Seraph. deciſ. 1264. n. 2.*

Ratione ætatis; Clericus poteſt obtinere beneficium ante decimũ quartum annum, ex diſpoſitione *Sac. Conc. Trid. ſeſſ.23. cap.6. de reformat.* ſed ad obtinendum penſionem, cùm ſit ius temporale, à beneficio ſeparatum, requiruntur ſolum ſeptem anni. *Bur rat. deciſ.53. n.4.* & ita declaraſſe ſacram Congregationem Concilij refert. *Gratian. diſcept. forenſ. cap.397. n.18.* in hac materia vide *Caputaq. deciſ.32. n.1. par.1.*

Ratione matrimonij, qui eſt coniugatus, inhabilis eſt ad penſionẽ obtinendam; contrahens enim matrimoniũ facit actum clericatui omnino contrarium: & ſi penſionem aliquam habeat, videtur illam habere pro derelicta, & vacat penſio per contractum matrimonij, etiam non ſecuta copula, & etiam ſi nulliter fuiſſet contractum, dummodo nullitas non eſſet ex defectu conſenſus. *Caual. deciſ.166. per totum*; hoc tamen intelligitur verum, quando indubitanter conſtat de matrimonio; ſecus autem quando ſententia ſuper matrimonio lata, eſſet ſuſpenſa per appellationem, ſeu etiam per reſtitutionem in integrum, cuius commiſſio omnia in priſtinum ſtatum reponit. *Caual. deciſ.180. num.2. & 3.* ex diſpenſatione tamen, ſeu indulto Apoſtolico poteſt contrahens matrimonium, ſiue cum Virgine, ſiue cum Vidua, penſionem retinere. *Rot. in recent. deciſ.367. n.1. par.1.* habens tamen indultum retinendi penſionem cum matrimonio, illam amittit contrahens ſecundum matrimonium, quia efficitur bigamus, & ſucceſſiuè omni priuilegio clericali nudatus. *cap.1. de bigamis, lib.6. Rot. in recentiſſ. deciſ.485. n.5. par.2.*

Ratione profeſſionis, quando penſionarius Religionem ingreſſus, profeſſionem emittit, fit incapax retinendi penſionem, eaque extinguitur. *Gabriel. conſ.187. n.11. Mart. Andr. deciſ.78. n.4.* ſed quia exceptio profeſſionis requirit altiorem indaginem, non poteſt penſionarius priuari ſua poſſeſſione, donec ſuper ea ſit iudicatum: cùm poſſit eſſe, vt habeat diſpenſationem, ita *Caput. deciſ.320. num.2. & 3. par.2.*

Ratione conſecrationis; quando penſionarius electus Epiſcopus, conſecratus eſt, vacat penſio, non data per Papam retentione. *Seraph. deciſ.91. & 110.*

Quoad ſecundum obſeruandum eſt, an litteræ reſeruationis penſionis ſint expeditæ, quia ante illarum expeditionem penſio exigi non poteſt: & ſi exacta fuerit, annullatur, ſtante decreto in ipſa reſeruatione appoſito. *Mantic. deciſ.286. n.1. & ſeqq. & deciſ.300. n.2. & n.5.* vbi ait, quod non poteſt allegari ignorantia decreti, neque excuſari, quod penſio recipi poſſit à ſponte ſoluente: quia

non

non poteſt fieri præiudicium ſucceſſori. & de eodem decreto eſt *deciſ. in Vertonen. penſionis coram Mellino*, apud *Marcheſ. par. 1. pag.* 610. adde *Gregor. deciſ.* 440. n. 1. & ibi *adden. n.* 8.

Quoad tertium vltra iuſtificationem eorum, quæ per partem ſunt narrata, obſeruandum eſt, quæ clauſulæ in litteris ſint appoſitæ, & à quo debeant iuſtificari, an à titulari, an vero à penſionario. Quandoquidem vt Epiſcopis, Parochiſque, & alijs prouiſis extet conſultum iuxta diſpoſitionem Concilij, in reſeruatione penſionis tres clauſulæ conſueuerunt apponi. Vna, dummodo remaneant mille pro Epiſcopo, altera dummodo remaneant centum pro Rectore, poſtrema, etiam ſi ſuper illius fructibus exiſtant aliæ penſiones, dummodo non excedant tertiam partem, ſeu dimidiam fructuum, quæ clauſulæ inter ſe habent aliquam differentiam.

Nam clauſula dummodo remaneant mille pro Epiſcopo, apponitur per Papam, qui dum reſeruat penſionem ſuper Epiſcopatu, præſumitur informatus de valore, propter proceſſum, qui fit ſuper ſtatu Epiſcopatus, & ſuper quantitate eius fructuum; qua ratione cenſetur voluiſſe derogare Concilio; ex quo ſciuit valorem; & dum reſeruauit penſionem, etiam ſi adeſſent aliæ penſiones, & addendo clauſulam dummodo remaneant mille, non intellexit comprehendere penſionem, quam tunc reſeruabat, ſed alias, quatenus adeſſent. Ideo hoc caſu dicta clauſula non venit per penſionarium iuſtificanda, vt per *Caual. deciſ.* 181. *la* 1. *in Cremonen. penſionis, n.* 2.

Altera clauſula dummodo remaneant centum pro Rectore, apponitur in reſeruatione penſionis ſuper Parochiali, cuius fructus Papa præſumitur ignoraſſe, & ſe voluiſſe conformare cum diſpoſitione Concilij, vt reſeruatio ſit conditionalis, & non valeat, niſi remaneant centum, *Caual. d. deciſ.* 181. *n.* 3.

At clauſula etiam ſi ſuper illius fructibus exiſtant aliæ penſiones, dummodo non excedant tertiam partem, ſiue dimidiam fructuum, non facit penſionem conditionalem, nec obligat penſionarium ad illius iuſtificationem; ſed reſeruatio cenſetur pura, quia clauſula dummodo non eſt appoſita in reſeruatione, ſed poſt reſeruationem, quatenus exiſterent aliæ penſiones, quod Papa ignorabat, & ita declarauit *Rota in Carpentoraten. penſionis coram Cardinali Lancelloto iuniore*, quæ eſt *deciſ.* 611. *par.* 4. *diuerſ.* verſ. *non obſtat præcipuum fundamentum*, & ſecuta eſt coram *Caual. in Cremonen. penſionis deciſ.* 148. *num.* 4. *&* 5. *& deciſ.* 227. *n.* 2. vbi ait d. clauſulam non facere conditionem, niſi probaret titularis, quod tempore reſeruationis adfuiſſent aliæ penſiones, & idem dicit in *deciſ.* 251. *n.* 1. *&* 262. *n.* 2.

Penſio igitur ſi ſit reſeruata purè abſque conditione, ſufficit, vt penſionarius probet ſolum clericatum. *Gig. de penſ. quæſt.13. n.3. Mart. Andr. deciſ.57. n.1.* & ſi titularis conſenſit penſioni, & multo magis ſi ſe obligauit in forma Cameræ illam ſoluere, poteſt abſque alia iuſtificatione agere pro executione litterarum penſionis. *Seraph. deciſ.1017. n.3. Mart. Andr. deciſ.62. n.1.*

21 Si vero eſt reſeruata cum conditione, dummodo remaneant mille, vel centum, tunc penſionarius non poteſt obtinere executionem; niſi doceat remanere mille, vel centum, quia clauſula dummodo importat conditionem, quæ nihil ponit in eſſe, & debet probari. *Rot. in recentiſſ. par.1. deciſ.640. n.2. & par.2. deciſ.511. n.1.*

Sed quid ſi titularis conſenſiſſet reſeruationi penſionis, non ne talis conſenſus eum releuaret ab onere probandi? dic, quod non, quia cõſentiens reſeruationi penſionis, cenſetur conſentire ſub eadem conditione, ſub qua reſeruata eſt penſio. *Rota in recentiſſ. deciſ. 429. num.4. par.1. Seraph. deciſ.1122. Rot. in recent. deciſ.547. n.3. & 4. par.1.*

Quoad quartum ſi penſionarius ſit in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem? Dic, quod quando agit in poſſeſſorio iudicio, ſiue contra eum, qui conſenſit, ſiue contra ſucceſſorem, qui non conſenſit, non habet neceſſe probare niſi ſuam poſſeſſionem, quæ illum releuat ab onere probandi. *Rot. in recent. d. deciſ. 547. n.4. & deciſ.562. n.1. par.1.* & in *recentiſſ. par.2. deciſ.457. num.2.*

Quando vero agit in petitorio: quia ſcilicet titularis dicit, quod non remanent mille, vel centum; tunc penſionarius debet probare, quod remaneant, cùm enim agatur ſuper proprietate iuris percipiendi, debet exprimi cauſa ab eo, qui aſſerit ſibi deberi penſionem, nec quaſi poſſeſſio eum releuat, ita *Muns. deciſ.196. n.2. & 3. & 4. Coccin. deciſ.40. num.6. & 7.*

Et quia controuerſum eſt an iſta dictio dummodo faciat conditionem, vel modum, vt per *Tiraq. de vtroque retract. §.8. gloſſ.8.* diſputato dubio in vna *Paduana penſionis coram Rubeo. Rota cenſuit,* quod ſiue faciat conditionem, ſiue modum; nihilominus litteræ penſionis, quæ habent dictam clauſulam dummodo, ſunt iuſtificandæ in petitorio per penſionarium, vt in d. *deciſ. Paduana penſionis apud Marcheſ. par.1. fol. 516.* & apud *Garz. de benef. par.1. cap.5. n.460.*

Et iuſtificatæ cenſentur ex obſeruantia, & poſſeſſione 30. annorum, quæ liberat penſionarium ab onere iuſtificandi in petitorio. *Buratt. deciſ.296. n.3.* alias non; quia eſt neceſſaria poſſeſſio 30. annorum, vt in *Lauden. penſionis coram Penia apud Marcheſ. par.1. fol. 560.* & in

cauſa

cauſa *Salamant. penſionis 26. Maij 1593.* apud *Garz. de benef. par. 1. cap. 5. num. 460.*

Ex quibus autem penſionarius conſtitutus cenſeatur in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem, ad effectum manutentionis? dic, quando titularis non ſoluit ſponte; ſed vigore monitorij, tunc penſionarius non conſtituitur in quaſi poſſeſſione. *Put. deciſ. 281. lib. 2. Rot. in recentiſſ. par. 1. deciſ. 429. n. 5.* & multò magis ſi ſoluens proteſtetur ſe ſoluere metu cenſurarum. *Achil. deciſ. 11. de penſ. Seraph. deciſ. 1017. n. 6.* Item nec cedula depoſiti, quando eſt conditionalis, & non eſt purificata, neque confeſſio procuratoris, quando per principalem eſt reuocata, poſſunt inducere quaſi poſſeſſionem penſionarij. *Caput. deciſ. 333. par. 2.* Item, quia libri Mercatorum pro tertio, contra tertium non probant, ex illorum partitis non probatur quaſi poſſeſſio. Prout nec probatur ex inſtrumento ſolutionis, quod ſe refert ad depoſitum factum metu mandati executiui. *Caput. deciſ. 334. nu. 3. & 4. par. 2.*

Item quando ſolutio eſt facta per alium, quàm per titularem; ſi non conſtat de mandato, tamen illud præſumitur, cùm non ſit veriſimile, quod quis velit iactare ſuas pecunias. *Rot. in antiq. deciſ. 2. de cauſ. poſſeſſ. & propr.* & ſoluens præſumitur ſoluere de mandato, ſaltem concurrentibus adminiculis. *Greg. deciſ. 275. nu. 3.* ſic ſolutio penſionis facta vel ab œconomo, vel à ſequeſtratario fructuũ, licet non conſtituat penſionarium in quaſi poſſeſſione, facit tamen indicium, quod per prius eſſet in quaſi poſſeſſione. *Greg. ibidem n. 8. & 9.*

Sed quando cenſeatur ſufficienter conſtare de quaſi poſſeſſione exigendi? dic, quod ea probatur ex inſtrumento ſolutionis. *Rota in recent. deciſ. 387. nu. 2. par. 2.* ſed quietantiæ factæ per ipſum penſionarium, non ſufficiunt, niſi probetur aliunde ſcientia titularis, de cuius pecunijs aſſeritur facta ſolutio. *Rot. par. 1. in recentiſſ. deciſ. 255. n. 3.*

Ad conſtituendum penſionarium in quaſi poſſeſſione, ſufficit vnica ſolutio facta per titularẽ ſeu per eius procuratorem, etiam facta pro reſiduo. *Duran. deciſ. 73. num. 2. & 3.* & etiam ſi ſit facta ſiue pro vno termino, ſiue etiam pro parte vnius termini. *Rot. in recentiſſ. par. 1. deciſ. 460. n. 6. Duran. deciſ. 324. n. 3.* & penſionario dandum eſt mandatum, vigore confeſſionis factæ de recepto per titularem mortuum, etiam contra ſucceſſorem, qui nunquam ſoluit. *Rot. in recentiſſ. par. 1. deciſ. 193. n. 3.* Non autem poſſeſſio transferentis ſufficit translatario, ad effectum manutentionis; ſed ſolum ad effectum iuſtificationis gratiæ, vt ex longiſſima poſſeſſione

R 3 tranſ-

transferentis præſumatur iuſtificatio narratorum in reſeruatione, vt in *Brixien. penſionis* 17. *Maij* 1594. apud *Marcheſ. par.* 1. *fol.* 561. & quod penſionario agenti in poſſeſſorio non ſit neceſſaria productio tituli, dixit *Rot. in recentiſſ. par.* 1. *d. deciſ.* 191. *num.* 8. *&* 9. *&* 14. atque penſionarius debet manuteneri, etiam ſi opponatur de *Conſtit. Sixti V. ſuper delatione habitus*; quia licet habeat decretum irritans, tamen reſpicit petitorium, vt fuit dictum in *Foroliuien. penſionis* 24. *Aprilis* 1592. *coram Penia*.

Hactenus dictum eſt de litteris Apoſtolicis ad beneficia iuſtificandis, reliquum eſt dicere de illis exequendis.

Litteræ in primis ſunt præſentandæ Iudici, vt illas recipiat, & exequatur; alias geſta ante illarum præſentationem, non valerent. *Creſcent. deciſ.* 2. *de off. delegat. & deciſ.* 13. *de conceſſ. preb.* quamuis enim litterarum executor à die datæ, iuriſdictionem acquirat; non tamen poteſt illam ante præſentationem, & acceptationem exercere. *cap. ſuper eo, ll* 2. *de appellat. in fin. Garz. de benef. par.* 6. *cap.* 2. *n.* 7. *Achill. deciſ.* 2. *de off. delegat. n.* 1. *& ſequen.* Deinde ponderanda ſunt earum verba, an faciant executorem merũ an mixtum. *Anchar. conſ.* 84. *in princ. Gregor. deciſ.* 413. *n.* 2.

Merus eſt ille, cui committitur nudum factum executionis, mixtus autem cui committitur cauſæ cognitio, & executio, qui non poteſt exequi, niſi præuia cauſæ cognitione, & litterarum iuſtificatione. *Rot. in recentiſſ. par.* 1. *deciſ.* 234. *n.* 2. litteræ expeditæ in forma gratioſa, & illæ, quæ habent clauſulam conſcientiam tuam oneramus, faciunt executorem merum, vt exequatur abſque alia cauſæ cognitione.

Litteræ vero illæ, quæ committunt cauſæ cognitionem, & etiam executionem, faciunt executorem mixtum, ita dictum, quia participat cum Iudice, ratione cauſæ cognitionis, & cum executore ratione executionis. *Felin. in cap. ſi confiterit, n.* 5. *verſ. ſed nunquid iſta clauſula, de accuſat.* litteræ expeditæ in forma dignum, faciunt executorem mixtũ, quia tunc Papa non prouidet; ſed prouideri mandat, & ipſe tenetur aſſumere partes Iudicis. *Felin. in cap. fin. de præſumpt. Seraph. deciſ.* 817. *n.* 8. *Rota in recent. deciſ.* 701. *n.* 2. *par.* 2.

Apponuntur in litteris variæ clauſulæ, ſeu conditiones, quæ faciunt mixtum executorem, quarum aliæ præſeruant ius alterius, aliæ verificationem narratorum, aliæ executionem gratiæ, & aliæ poſſeſſoris amotionẽ, vt latè dictũ eſt in *tract. de citat. tom.* 1. *cap.* 2. *à n.* 34. *vſq.* 56. *& ſeq.*

Hic breuiter agendo diſtinguo; aut poſſeſſio beneficij eſt vacans, aut plena, ſi plena, aut poſſeſſor

eſt

eſt intruſus, aut eſt contradictor legitimus.

Si poſſeſſio eſt vacans, non eſt opus facto Iudicis, cuius poteſtas eſt contra contradictores, ſcilicet contra illos, qui contradicunt de facto, & non de iure. *Achil. deciſ. 4. n. 11. de ſent. excom. Seraph. deciſ.* 1056. *num.* 4.

Si poſſeſſio eſt plena, & adeſt intruſus ſine pari titulo, debet adiri executor: cùm nemini liceat ſibi ius dicere, qui executor eſt merus, & ad executionem procedere debet.

Si vero adeſt legitimus contradictor cũ pari titulo, executor eſt mixtus, qui aſſumit partes Iudicis.

Executori duo committuntur in litteris, vnum, vt prouiſum inducat in poſſeſſionem, amoto detentore: alterum vt contradictores de facto declaret in cenſuras incidiſſe.

Et executor duo pariter facit in ſuo monitorio. Vnum monet detentorem, vt poſſeſſionem dimittat: alterum vt pareat litteris Apoſtolicis in monitorio inſertis, & etiam cenſuras comminatur.

Quo executo, ſeu intimato, & reproducto, idem executor duo ſimiliter facit, aut procedit ad immiſſionem, aut ad declaratoriam.

Procedendo ad immiſſionem citatur pars ad terminos ſubſtantiales; & illi ſeruantur, qui ſunt ſoliti ſeruari in poſſeſſorio, qui ſunt octo, ad dicendum contra commiſſionem, qui extra Romam, & vbi non adeſt commiſſio omittitur, & libellandum ad p. d. articulandum ad 8. dicendum contra articulos, producendum omnia, & dicendum contra producta ad ſecundam, necnon declarandum, & iurandum de calumnia in terminis ſubſtancialibus, ad p.d. vt ſupra in *formula poſita pag.* 139. *& ibidem declarata, vſque per tot. pag.* 147.

Ad quorum reiterationem ſucceſſiuè pars citatur, ſimulque ad ſententiam diffinitiuam, qua pronunciatur prouiſum immittendum fore, & eſſe in poſſeſſionem beneficij, & Reum ab ea amouendum, & mandatum de immittendo decernitur, & relaxatur.

Procedendo autem ad declaratoriam citata parte ſeruātur quatuor termini, ſeruari ſoliti ad docendum paruiſſe litteris Apoſtolicis, necnon monitorialibus, ſibi intimatis, & in actis reproductis, primo pro prima dilatione, ſecundo pro ſecunda, tertio pro tertia, quarto pro quarta, & ſuperabundanti dilatione, & ſic ad ſimilitudinem alterius formulæ ad docendum paruiſſe litteris executorialibus ſupra poſitæ, & declaratæ. *pag.* 201. *&* 202. mutatis ſcilicet mutandis.

Quibus quatuor terminis elapſis,citatur pars ad audiendum ſententiam declaratoriam, vt in formula ſextâ ſupra poſita, & explicata *par.* 5. *pro executione rei iud.pag.*203. qua citatione reproducta, fertur ſententia declaratoria, cuius tenor poſitus eſt *ſupra pagina* 204. & explicatus *pag.*205. *vſque* 207.

Cui ſententiæ reus ſi non pareat, citatur pro aggrauatoria, & reaggrauatoria, vt in formula ſupra poſita *pag.*207.*in fin.* quæ declaratur ſupra *pag.* 208. *&* 209.

Hic quoque breuiter addenda ſunt nonnulla de executore mero, & de mixto. Executor merus habet nudum miniſterium exequendi. *Caput. deciſ.* 180. *nu.* 4. *par.*3. cui,cùm non ſit data iuriſdictio cognoſcendi; ſed exequẽdi,poteſt incontinenti dare immiſſionem. *Rot. in addit. ad* 4. *par. deciſ.*353. *n.*10. *tom.*2. non autem poteſt abſoluere, ſed tenetur exequi. *Rot. in addit. ad* 4. *par. deciſ.*8. *n.*7. *&* 8. *tom.*2.

Sed quando alius exiſtit in poſſeſſione, debet illum citare. *Rot. in recentiſſ. par.*1. *deciſ.* 187. *n.*1. *in fin.* & audire ſuas exceptiones. *Rot.in recent. par.*2. *deciſ.*64. *n.*2. non tamen deſinit eſſe merus, nec ab eo appellatur, dum non cognoſcit ſuper proprietate tituli, licet reijciat ſuas exceptiones. *Caual. deciſ.* 359. *n.* 10. maximè quandò eſſent friuolæ; quia intraret clauſula contra contradictores de facto,&c.de qua ſupra.

A mero tamen executore appellatur, vel ratione exceſſus; *cap. non ſolum, de appellat. cap. ſuper litteris, de reſcr. Coccin. deciſ.* 144. *n.*12. vel quando ſe fecit mixtum executorem,admittendo comparentem pro legitimo contradictore, decernendo illi copiam petitorum, & præfigendo terminum ad probandum. *Rot. deciſ.*400. *nu.*1. *&* 2. *in addit. ad* 4. *par. tom.*2.

Mixtus executor aſſumit partes Iudicis, & eſt Iudex in cognoſcendo, & executor in exequendo; non tamen exequitur, niſi poſt cauſæ cognitionem, & litterarum iuſtificationem, & ab eo appellatur, non tanquam ab executore; ſed tanquam à Iudice ſi grauauit in cognitione cauſæ, ex allegat. in *tract. de citat. tom.* 1. *cap.*2. *n.*24.

Exiſtente poſſeſſore executor aſſumit partes Iudicis. *Greg. deciſ.*69. *n.*5. remanet tamen iudicium executiuum ſtante poſſeſſoris oppoſitione. *Gregor. deciſ.*335. *n.*17. & nulliter procedit, poſſeſſore legitimè nõ citato. *Felin. in cap. dudum, n.*23. *de præſumpt. Seraph. deciſ.* 1446. *n.*5. ſed an, & quando executores gratiarum poſſint aſſumere partes Iudicis, & procedere parte citata, vel non citata,dixi in d. *tract. tom.*1. *cap.*8. *num.*315. vbi vide vſque ad *num.*330.

Poſſeſſor non debet ſine cauſæ cognitione ſua poſſeſſione priuari.

cap. in litteris, de reſtit. ſpoliat. cap. licet Epiſcopus, de præben. in 6. Mant. deciſ. 324. n. 3. & ad verbum mixti executoris non tenetur quis dimittere ius ſuum; qui executor, poſt appellationem ſi procedat ad immiſſionem, attentat *Seraph. deciſ. 1045. n. 3. & 1056. n. 3.*

Sed ſecus eſt, quando executor eſt deputatus, vt ſine vitio ſpolij, & attentatorum, immittat prouiſum in poſſeſſionem eiecto detentore: quia eiectus etiam de facto, & ſine citatione, vigore huiuſmodi Breuis cum dicta clauſula, & Papa mandante, qui eſt in beneficialibus abſolutus dominus, & quæ de facto facta ſunt, poteſt etiam de facto reuocare, non poteſt agere in ſpolio contra immiſſum. *Caput. deciſ. 189. per tot. par. 3.*

Quod tamen intellige verum, quatenus Breue ſit iuſtificatum; nam ſi non eſt iuſtificatum, poteſt eiectus agere ſpolio, ex deductis in d. *tract. tom. 1. cap. 2. n. 55. per tot.* vbi à *n. 27. vſque 55.* latè poſui, quæ clauſulæ litterarum ſint iuſtificandæ; & quæ faciant executorem merum, & quæ mixtum, quorum repetitio hic eſſet ſuperflua.

Et quia antequam ad cenſuras deueniri poſſit, præcedere debet monitio. *cap. ſacro, de ſent. excomm.* ideo tam merus, quam mixtus executor, monitorium decernit, cum clauſula iuſtificatiua, non autem merus procedit ex abrupto, attenta mente Papæ, qui non intendit lædere ius alterius, & non concedit gratiam, niſi quatenus preces veritate nitantur, iuxta ea, quæ latè diximus in *tract. de citat. tom. 1. cap. 2. n. 5. cum ſequen.*

Monitorium executum, & reproductum, quando fuit negatum, indiget reintegratione, vt poſſit procedi ad declaratoriam. *Rot. diuerſ. deciſ. 260. n. 2. par. 3. lib. 3. Achil. deciſ. 5. de ſent. excom.* vbi nihilominus dicitur, pro reintegratione ſufficere ſeruatos fuiſſe quatuor terminos contra monitum, & negantem, ad decenudum paruiſſe. inſuper coram A. C. practica introduxit, vt qualibet audientia, quilibet Notarius offerat Iudici ſuum Broliardum, in quo idem Iudex manu propria ſcribit, inter cætera, decretum reintegrationis monitorij, vt videre eſt apud *Saluſt. Tiber. in praxi lib. 1. cap. 4. in fin.*

In exequendo huiuſmodi monitorio exequutor in partibus, ſiue ſit Iudex, ſiue Notarius, ſiue Nuncius, poteſt ſolùm præſentare, & intimare parti originale illius cum dimiſſione copiæ perſonaliter, iuxta formam traditam in *Clement. cauſam, de elect.* nam in cauſa graui citatio debet perſonaliter fieri. *l. ignorare, C. de reſtit. in integ.* quia requiritur ſcientia vera, non autem ſufficit præſumpta.

Et malè faceret, ſi actorem immitteret in poſſeſſionem, & reum eijceret,

ceret, quia illi non datur talis facultas, & debet reſpicere clauſulam iuſtificatiuam; non autem alia verba præceptiua amoueatis, quæ per clauſulam iuſtificatiuam reſoluuntur in citationem, vt deduxi in *tract. de citat. tom.1. cap.2. n.90. vſque 94.*

At ſi monitus dimittat poſſeſſionem in vim monitorij ſi non habuiſſet ſe pro ſpoliato, id poſſet reuocari tanquam attentatum lite pendente. *Rot. in nou. deciſ.6. vt lit. pend. Coccin. deciſ.*492. *n.*8. monitorium enim obtentum ſtatim tanquam citatio inducit litis pendentiam, & quicquid fit ea pendente, debet reuocari tanquam attentatum. d. *Clem.* 2. & ibi *gloſſ.* in verbo *plenè, vt lite pend. Seraph. deciſ.*1044. *n.*2.

Executores vti meri, conſueuerunt ex abrupto fulminare cenſuras, & dare proceſſus, vt inquiunt, fulminatos, quibus mandant Iudicibus in partibus, vt prouiſos immittant, & detentores excommunicent, quos proceſſus in Curia conficiunt Notarij publici Archiuij. *Achil. deciſ.2. n.9. de off. deleg.* vt ſatis notum eſt, ſed virtus iſtorum proceſſuum ceſſat, quando litteræ habent aliquam conditionem, quæ non fuit verificata, vnde fuit dictum in *Tiraſonen. Cappellæ 7. Maij 1607. coram Sanctiſs. D. N.* quod poſſeſſio, quæ fuit capta, nemine in poſſeſſione exiſtente, in vim proceſſus fulminati, abſque aliqua verificatione clauſulæ litterarum, verificato prius iurepatronatus coram Ordinario, remanſerat nulla, & reuocanda, & ceſſabat virtus proceſſus fulminati.

Prout etiam ceſſat alio exiſtente in poſſeſſione, qui non citatus, & non adhibita cauſæ cognitione, non poteſt eijci, etiam ſtante clauſula amoto quolibet illicito detentore, quæ facit executorem mixtum. *Rot. in recentiſſ. par.1. deciſ.*341. *n.*3. *&* 451. *n.*2. *Caualer. deciſ.* 211. *n.*2. *& deciſ.* 478. *n.*3. qui tenetur adhibere cauſæ cognitionem ſuper veritate narratorum. *Rot. in addit. ad 4. par. deciſ.* 244. *n.*7. *tom.*2. & ab eo appellatur ab intimatione proceſſus fulminati. *Maut. deciſ.*324. *n.*4.

Plures executores quando ſunt dati in litteris, ſi vnus præuenit, alij non ſe intromittunt; niſi quando ille, vel infirmitate, vel alia iuſta cauſa impediretur, aut ſi nollet, vel malitioſè procedere recuſaret, *text. eſt in cap. cùm plures, de off. deleg. lib.6.*

Præueniſſe autem vnus dicitur, quando ei fuit præſentatum Breue, & ipſe relaxauit monitorium. *Bur. ut. deciſ.*803. *n.*2. Negligens vero dicitur executor aditus, qui ſine cauſa executionem differt, ſed quando grauat, non poteſt grauatus alium adire, ſed à grauamine debet appellare. *Rot. in recent. par.1. deciſ.*273. *n.*1. *&* 2.

Si altera pars proteſtatur, vt coram omnibus executoribus proceda-

cedatur, tunc proceſſus coram vno factus, eſt nullus. *Caput. deciſ. 73. n. 2. & n. 3.* vbi dicit Rotam ita limitaſſe d. *cap. cùm plures*.

De Breuis iuſtificatione, ſatis ſupra diximus, nunc dicemus de illius executione compendiariò tamen cùm res ſit valdè trita.

Præſentatur Breue Auditori Cameræ clauſū, vel alteri executori, cui dirigitur, quo aperto inducuntur teſtes pro iuſtificatione clauſulæ conſtito, & de mandato Iudicis examinantur per Notarium, præuia citatione contra ſua intereſſe putantes, quoniam incerti ſunt contradictores; deinde decernitur monitorium ad inſtantiam D. Commiſſarij, quando datum eſt Breue de capienda poſſeſſione nomine Cameræ, prouiſo reſtituenda poſt litteras expeditas, & exhibitas: qui D. Commiſſarius, vel eundem prouiſum, vel alium, procuratorem, qui eius nomine iudicium agat, & terminos ſeruet, ſubſtituit. Reproducitur Monitorium perſonaliter executum, & ſiue pars, ſiue eius procurator, ſi comparuit, citatur: ſin minus, proceditur per Contradictas.

Et prima citatio fit ad d. cen. contra litteras Apoſtolicas, in forma Breuis expeditas, ac monitoriales, pro illarum executione decretas, executas, & reproductas, iuraque producta, & res petita: videndum iurare teſtes ſuper illorū recognitione, quatenus opus ſit, admitti, & mandari reſtitui dim. cop. collat. ad p. d. inſtante Reuerendiſs. D. N. Commiſſario generali Reu. Cam. Apoſtolicæ, ſiue, &c. & illius adhærente.

Et ſucceſſiuè exhibentur articuli, pro verificatione Breuis, & clauſulæ conſtito, & teſtes examinantur citata parte, & finito proceſſu.

Seruantur quatuor termini ſubſtantiales, ad docendum ſe paruiſſe litteris Apoſtolicis in forma Breuis expeditis, vnà cum monitorialibus in illarum executionem decretis, & in actis iudicialiter productis primo pro prima, ſecundo pro ſecunda, tertio pro tertia, quarto pro quarta, & ſuperabundanti dilatione, quæ formula ſupra poſita eſt, & declarata *pag.* 201. & 202.

Et ita ſeruatis iſtis quatuor terminis vno poſt alium, & facto iurium productorum recognitione, quæ fieri debet, citatur pars perſonaliter ad ſententiam hoc modo.

Citetur N. ad videndum reiterari omnes ſingulos terminos ſubſtantiales, malè nulliter, & inculcatè forſan tentos, in vim quarumcunque facultatum, deferri iuramentum in ſupplementum plenæ probationis, quatenus opus ſit: abſolui à cenſuris ad effectum, &c. nec non concludendum, concludique videndum,

& au-

Digitized by Google

& audiendum ſententiam declaratoriam ad p. d. vt in formula, quam poſui, & explicaui ſupra *pag.* 205. quam etiam poſuit *Tiber. in praxi lib. 3. cap. 7. de proceſſu execut. litterarum in forma Breuis, n.* 18.

Iſte modus capiendi poſſeſſionem nomine Cameræ, inuentus fuit in odium eorum, qui audent ſe intrudere in beneficijs Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, vel affectis, & ad conſulendum prouiſis Apoſtolicis, vt dum ipſi curant litteras expediri facere, alius ſe non intrudat in poſſeſſione; ſed illam capiat Commiſſarius Cameræ, quam poſtea litteris confectis, & exhibitis, reſtituat prouiſo Apoſtolico. *Gonz. reg.* 8 *gloſſ.* 34. *n.* 113. *& ſeqq.*

Qui intruſus erat, ſtatim intelligitur priuatus ſua detentione, eo ipſo, quod nomine Cameræ fuit capta poſſeſſio, abſque aliqua eiectione. *Rot. diuerſ. deciſ.* 802. *n.* 6. *& ſeq. par.* 1. *& deciſ.* 187. *n.* 2. *& deciſ.* 381. *n.* 1. *par.* 4. & prouiſus, facta ſibi ceſſione per commiſſarium, conſtituitur reus, & non cogitur ad iuſtificationem gratiæ, vt in *Salamantina beneficij* 26. *Iunij* 1598. *coram Litta*, perinde ac ſi fuiſſet capta, non per Commiſſarium; ſed per ipſum prouiſū, qui propterea debet manuteneri, conſtito de poſſeſſione Cameræ, ex inſtrumēto publico. *Gonz. vbi ſupra n.* 118. An autem, & quando à dicti Breuis executione detur appellatio, latè ponit *Gonz. d. reg.* 8. *gloſſ.* 9. *in annot. num.* 245. cum pluribus ſequentibus.

Quando prouiſus ab initio vult litteras expedire, non datur breue Camerale, ſed breue ad fauorem litterarum expeditarum, vt ipſemet prouiſus immittatur, & ideo inſtantia, proceſſus, & acta pro illius executione de quibus ſupra, non fiunt nomine Cameræ; ſed proprio nomine eiuſdem prouiſi, ſiue illius procuratoris. *Gonz. d. reg.* 8. *gloſſ.* 55. *n.* 117.

Et quamuis in Iudicio executionis breuis ad fauorem litterarum ſint producendæ litteræ prouiſionis, tamen narrata in litteris non ſunt iuſtificanda; ſed illa dumtaxat, quæ continentur in monitorio, ſub clauſula conſtito, ratio eſt: quia non agitur pro canonizandis litteris prouiſionis; ſed pro executione breuis in fauorem litterarum, in quo narrantur prouiſio, & litterarum expeditio, quæ narratiua ſatis iuſtificatur ex actuali illarum productione. *Saluſt. Tiber. in lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 16. *&* 17.

Poſtquam diximus de iuſtificatione litterarum reſeruationis penſionis, & ſubrogationis gratioſæ. Supereſt dicendum de illarum executione: verum quoniam *Saluſt. Tiber. in praxi*, plura ſcripſit *lib.* 3. *cap.* 1. de modo procedendi in vim litterarum reſeruationis penſionis contra illum, qui conſenſit, & in *cap.* 2. de modo pro-

procedendi vigore litterarum reſeruationis penſionis, contra ſucceſſorem in beneficio, & *cap.* 3. de forma proceſſus pro conſecutione penſionis vigore poſſeſſionis exigendæ, & *cap.* 4. de modo procedendi ad aſſecutionem penſionis reſeruatæ cum clauſula vigore litterarum, & *cap.* 5. de declaratione ſuper executione litterarum penſionis, & in *cap.* 6. de translatione penſionis atque poſt illum *Garz. de benef. prima part. cap.* 5. § 4. latè dixit quomodo in cauſis penſionum ſit procedendum, vbi etiam plures addidit Rotæ deciſiones.

Ideo cum noſtrum ſit iunioribus breuiter indicare, quæ agenda ſunt, ſat erit, vt diſtinguamus tres caſus, Aut penſionarius habet conſenſum, & obligationem Cameralem prouiſi, de ſoluenda penſione reſeruata, prout fieri conſueuit: Aut eſt in quaſi poſſeſſione exigendi: Aut ſolas habet litteras reſeruationis penſionis.

Primo caſu agitur vigore obligationis Cameralis, & citata parte, debent produci litteræ clericatus: cùm non ſit capax penſionis, qui non eſt clericus. Item inſtrumentum conſenſus, & obligationis Cameralis, vt poſſit conſtare de iuriſdictione A. C. & de bono iure agentis, & vt poſſit cognoſci an ille, qui conſenſit, & ſe obligauit haberet ius in beneficio, & illi potuerit ſuo conſenſu præiudicare. Item litteræ reſeruationis ſunt producendæ, illis enim non expeditis penſio exigi non poteſt, & etiam, quia conſenſus, & obligatio intelliguntur iuxta formam illarum, & impletis illarum conditionibus, deinde citatur ad ſoluendum, & pro mandato.

Secundo caſu, ſi penſionarius eſt in quaſi poſſeſſione exigendi, ſiue contra prouiſum, ſiue contra ſucceſſorem agitur in ſummariſſimo pro manutentione, debet tamen doceri de exactione penſionis, vel per inſtrumenta, vel per apocas, illis ſcilicet productis, & recognitis. *Rot. in recent. part.* 1. *deciſ.* 182. *n.* ... *par.* 2. *deciſ.* 387. *n.* 2.

Hic tria veniunt notanda vnum eſt, quod ſi penſionarius exegit duntaxat à defuncto, acturus cõtra ſucceſſorem, debet contra illum producere litteras reſeruationis, vt conſtet ſuper quo beneficio penſio fuerit reſeruata, & an reus conuentus illud poſſideat: cùm penſio non debeatur, niſi de fructibus.

Alterum eſt, quod ad obuiandum malitiæ titularium, qui ad eludẽdum penſionarios poſſent differre capere poſſeſſionem beneficij, & ſe excuſare à ſolutione penſionis, quæ ex fructibus beneficij debetur, cõſueuit in reſeruatione penſionum apponi clauſula habita, vel non habita poſſeſſione. Sed vbi ceſſat fraus, & docetur per titularem de diligentijs factis, & quod non potuit poſſeſſionem adipiſci, virtus d. clauſulæ, ac etiam obligationis, & iuramenti titularis non extenditur vltra

duos

duos, vel tres annos, & ſtantibus diligentijs datur abſolutio à ſolutione penſionis. *Seraph. deciſ. 66. n. 1. & per tot.*

Poſtremum eſt, quod ſtante quaſi poſſeſſione, non retardatur ſolutio, quamuis non ſit iuſtificata clauſula, dummodo remaneant vel centum pro Rectore, vel mille pro Epiſcopo. *Mant. deciſ. 356. n. 1. Rot. in recent. par. 1. deciſ. 547. n. 4.*

Tertio caſu, ſi penſionarius habet ſolas litteras penſionis debet adire Iudicem, exhibere litteras, obtinere monitorium, cum comminatione cenſurarum, illudque executum reproducere citata parte, vnà cum litteris, & cum alijs iuribus pro illarum iuſtificatione, & ſeruare quatuor terminos ad docendum paruiſſe, & inſtare pro declaratoria.

F I N I S.

IN-

INDEX
MATERIARVM,
Quæ in Opuſculo continentur.

A

ACTA iudicij non valent, niſi altera parte inſtante. pag. 8. in fin.

Actus iudiciales requirunt Iudicis decretum, & partis citationem. pag. 6. in princip.

Actus faciendus, quando alicui committitur, intelliguntur commiſſa omnia, ſine quibus actus explicari non poteſt. pag. 92. in princ.

Adiudicatio pignoris ipſi creditori, quando fieri poſſit. pag. 224. per tot.

Admiſſio ad cauſam fieri debet in ſtatu, & terminis, docto incontinenti, etiam apparenter de intereſſe. pag. 20. 21. & 22.

Admiſſio iurium eſt neceſſaria, vt fiant de actis. pag. 49. verſ. admitti.

Admiſſio ſi, & in quantum, circumducit decretum. pag. 50. verſ. prædicta autem.

Affixio ad valuas maioris Eccleſiæ, fit tanquam in loco publico. pag. 69. in princip.

Aggrauare, & reaggrauare, quid importet. pag. 195. verſ. aggrauet, & reaggrauet.

Agrimenſorem, quando Iudex vult mittere, debet illum deputare parte citata. pag. 97. verſ. ſic etiam quando.

Alimenta, & ſumptus litis, qui, & quando petere poſſint; & quo iure petantur, & quæ exceptiones non admittantur. pag. 23. vſque 26.

Apoſtoli quomodo, & quando ſint petendi, & dandi: & vnde dicantur. pag. 180. per tot. & 181.

Appellatio interpoſita ab interlocutoria non cauſat attentata, niſi poſtquam Iudex inhibuerit. pag. 106. in princ.

Appel.

Digitized by Google

Appellatio cauſat attentata poſt appellationem, quòd amplia quatuor modis. pag.106. verſ. amplia primò, & ſeqq.

Appellatione pendente, quæ attentantur ſunt reuocanda. pag.105. verſ. pendente appellatione.

Appellatio ſex caſibus non cauſat attentata, vt pag. 107. per tot. vſque ad verſ. citetur D. N.

Pendente termino ad appellandum geſta, reuocantur per viam attentatorum, & quando non fuit appellatum reuocantur per viam nullitatis. pag. 106. verſ. & quæ ſiunt pendente.

Appellatio abſente Iudice, interponenda eſt coram honeſtis perſonis. pag. 181. verſ. quod Iudex.

Appellatio cum clauſula ſaluo iure dicendi de nullitate, quid operetur. p. 179. verſ. prouocare.

Appellari debet in ſcriptis, tàm à diffinitiua, quàm à diffinitiuæ vim habente. pag.179. verſ. ad Papam.

Appellare, & prouocare an differant. pag.179. verſ. prouocare.

Appellatio pari modo admittitur à ſententia diffinitiua, & ab interlocutoria diffinitiuæ vim habente. pag.178. verſ. diffinitiuà ſententia.

Appellatio quomodo concipiatur. pag. 178. verſ. cedula.

Appellatio ſine grauamine eſt irrationabilis, & reijcienda. pag. 179. in princip.

Appellans verbis iniurioſis puniri debet. pag.179. verſ. veſtris honore.

Articulorum admiſſio parte non citata, non valet; & admittuntur cum clauſula ſaluo iure impertiuentium, & non admittendorum.

Et pars excipit generalia contra. pag.72. per tot.

Articulos qui dat, debet ſpecificare materias cum iuramento. pag.78. verſ. de dicta admiſſione.

Articuli quando producuntur tanquam poſitiones, non dicitur ad probandum admitti, & quare. pag.87. verſ. videndum illos admitti.

Aſſociari petens nil aliud petit, niſi ſibi concedi executores, qui illum aſſocient. pag.134. verſ. ad videndum aſſociari.

Aſſociationem petens in Rota, non petit familiam; ſed mandari aſſociari. pag.135. in princ.

Attentata, quando committuntur. pag.104. verſ. attentata autem cum ſeqq.

Attentata reuocare pertinet ad Iudicem, cuius inhibitio fuit ſpreta. pag.105. in princ.

Attentata lite pendente ex parte actoris committuntur, poſt ſolum decretum citationis, ſeu monitorij, etiam ante illius executionem.

Ex parte vero rei, ſolum poſt citationis, ſeu monitorij executionem. p.105. verſ. in præiudicium litis.

Atten-

Digitized by Google

Attentata eſt poſſeſſio capta poſt intimationem executorialium, non ſeruatis quatuor terminis. pag.106. verſ. item attentata dicitur.

Attentata ſunt ipſo iure nulla: ſed non reuocantur, niſi parte volente. p.107. in fine.

Attentata non reuocantur, quando ea paſſus renunciauit expreſsè, vel tacitè. pag. 108. in fin. verſ. ſecundus eſt.

Attentata, quando pendent à cognitione negocij principalis, non reuocantur, ſed apponitur ſequeſtrum. pag.109. verſ. quintus caſus.

Attentatorum priuilegium, quando non afficiat tertium. pag.108. verſ. & priuilegium.

Attentatorum reuocatio peti non poteſt poſt concluſum in cauſa: item poſt litem finitam per rem iudicatam, vel per deſertionem appellationis. pag.109. verſ. tertius, & quartus.

Attentatorum iudicium eſt ſummarium, & magis priuilegiatum, quàm cauſa poſſeſſionis, & etiam ſpolij. pag.111. verſ. hoc iudicium attentatorum.

Attentatorum reuocationem petens, debet docere, quod ſua interſit. pag.113. verſ. & ideo, qui vult.

Attentare non dicitur, qui ingreditur poſſeſſionem vacantem. pag.109. verſ. ſextus quando.

Attentata in contemptum Iudicis, & partis, in primis in odium attentantis ſunt reuocanda, etiam ſi attentans ſit procurator, ſiue particularis, ſiue generalis. pag.109. verſ. omnia, & ſingula, verſ. ne ad fin.

Attentata non reuocantur iure actionis, ſed officio Iudicis. pag. 110. verſ. eaque in priſtinum reponi.

Attentata quibus modis poſſint reuocari. pag.112. & 113. per tot.

Attentata, quando purgata cenſeantur quoad poſſeſſionem, quoad damna, & intereſſe, quoad expenſas, quoad fructus, & quoad acta iudicialia. p.114. per tot.

Attentatis ceſſio, & renunciatio facta, quando ſufficiat. pag.115. in princ.

Attentatorum reuocationem petens, ea debet probare, & quomodo. pag.103. form.3.

Auditoris Cameræ facultates, quæ ſint. pag.1. verſ. Auditor Cam.

Auditoris Cameræ facultates, quando agitur de reaſſumptione cauſarum, non ſunt in actis producendæ, tanquam notoriæ. pag.16. in princ.

Auditor Cameræ ſolus procedit decernendo, & relaxando mandatum executiuum. pag.216. verſ. poſtremum.

B

BEneficia ſunt fundata ex bonis oblatis Eccleſijs, & ea conferunt ſoli Eccleſiaſtici, & Principes ſeculares nō niſi auctoritate Papæ. 244. ver. hic ſciat.

Brachij ſecularis auxilium implorare, quid ſit. p.196. verſ. auxiliumq. brachij.
Brachij ſecularis auxilium, quando inuocetur. pag.209. verſ. auxilium.
Breuia Cameralia, quando dentur. pag.242. verſ. modo quoad iuſtificationē.
Breue Camerale pro illius executione præſentatur A.C. & quid agendum ſit, & quomodo procedendum. pag.267. verſ. præſentatur breue.
Breue quando datur ad fauorem litterarum, quæ ſint iuſtificanda. pag.268. verſ. quando prouiſus.

C

CEnſuræ Eccleſiaſticæ appellatione quid comprehendatur. pag.194. in fin.
Cenſuræ ſunt nullæ, quando non ſunt factæ debitæ diligentiæ. pag.228. verſ. ſed quid ſi factæ.
Item quando ſunt relaxatæ contra notorium pauperem. pag. 228. verſ. excommunicatio relaxata.
Charta dotalis eſt exhibenda, & quando impediat creditores. pag.237. & ſeq.
Citatio debet continere nomen Iudicis, rei, & actoris, cauſam, tempus, & locum. pag 5. verſ. Curiales itaque.
Citatio quæuis differt ab altera, ſolum in expreſſione cauſæ. pag.5. verſ. & ex formulis.
Citatio, vt ſit peremptoria, debet fieri tribus edictis, cum quarto, & ſuperabūdanti. pag.29. verſ. primo pro prima.
Citatio ad quatuor terminos primo pro prima, ſecundo pro ſecunda, tertio pro tertia, quarto pro quarta, & ſuperabundantē dilatione, quare fiat. pag.26. verſ. form. 12. & pag.29. verſ primo pro prima, & pag.36. verſ. primo pro prima, & pag.40. verſ. primo pro prima.
Citatio ad dicendum contra iura non fit pro eadem die. pag. 50. verſ. aduerte tamen.
Citatio ad dicendum contra, debet fieri ad p. d. vt citatus, poſſit videre, & contradicere; ſed citatio ad faciendum, ſeu fieri videndum, poteſt fieri ad hodie per totam. pag.75. verſ. ad p. d.
Citari debet is, cui in potentia poſſit aliqua defenſio competere. pag.22. verſ. alias viden.
Citatio pro acceſſu ad locum differentiæ neceſſaria eſt. pag.97. verſ. hæc citatio.
Citatio ad dicendum contra commiſſionem, an, & quando ſufficiat facta in terminis ſubſtantialibus, & in quibus caſibus non requiratur. pag.99. in princ. vſque ad med.
Citatio omiſſa ad dicendum contra commiſſionem, non facit nullitatem, quando vtraque pars vſa eſt commiſſione. pag.99. verſ. prout etiam.
Citationes sūt cōcipiendæ iuxta ſtylū Curiæ. p.5. ver. in cuius cauſæ expreſſione.
Citatio ad totam cauſam contra obligatum in forma Cameræ datur per Notarios

tarios impreſſa. pag.210. per tot.
Citatur quis, vel ad dicendum contra, vel ad docendum, vel ad faciendum, vel ad fieri videndum, vel ad audiendum. pag.5. verſ. tertium.
Citatus ad dicendum contra, debet opponere in termino; ſed poſt non poteſt. pag.51. verſ. & poſt terminum.
Citatus ad declarandum an velit vti iuribus, & teſtibus pro veris, tenetur reſpondere. pag.56. verſ. ad declarandum.
In citationibus aliquando exprimitur vnicus actus, & aliquando plures compatibiles. pag. 5. verſ. ſecundum.
Clauſula ſi quid exequendum, requirit iuſtificationem ex eiſdem actis. pàg.100. verſ. item quando commiſſio.
Clauſulã cõſtito, ſufficit pro executione breuis iuſtificare. p.243. verſ. imò breue.
Clauſula dummodo, verificari debet. pag.142. verſ. item debent verificari.
Clauſula dummodo, remaneant, an faciat gratiam conditionalem. pag. 260. verſ. ſi vero, & verſ. & quia controuerſum eſt.
Clauſula dummodo remaneant mille, vel centum, ſtante quaſi poſſeſſione non retardat ſolutionem penſionis. pag.270. verſ. poſtremum eſt.
Clauſula habita, vel non habita poſſeſſione, ſolita apponi in reſeruatione penſionis, qualiter intelligatur. pag.269. verſ. alterum eſt.
Clauſula non tamen à nobis, quomodo veniat intelligenda. pag.243. in princ.
Clericatus ex quibus probetur. pag.243. verſ. dum tamen in primis.
Commiſſio non extenditur ad perſonas non expreſſas, neque ad cauſas mouendas circa aliud negocium. pag.98. form.1. in princ.
Commiſſio, quando eſt prima, requirit citationem. pag.98. verſ. ad dicen. cõtra.
Commiſſio fit communis, & de actis, per citationem ad dicendum contra, & ex ea lis probatur, dũmodo fuerit reproducta. p.99. verſ. hac citatio, & ver. ſeq.
Commiſſio conditionalis non tribuit iuriſdictionem, niſi impleta conditione. pag.100. in princ.
Commiſſio in Rota eſt loco libelli. pag.3. verſ. at in Romana Curia. Petitio formatur eadem die, qua ferenda eſt ſententia. pag.4. in princ.
Commiſſio præſentari debet in actis. pag.100. verſ. in actis præſentatam.
Commiſſionem, qui obtinuit, cogi non poteſt illa vti; & ante executionem ſuæ citationis poteſt nolle vti. pag.101. verſ. inſtante N.
Commiſſio, vt fiat cõmunis, poteſt altera pars à Signatura obtinere. pag.101. verſ. ſed quando proponuntur.
Compulſoriales generales petuntur, pro extrahendis quibuſcumque ſcripturis ad cauſam facientibus. pag.67. verſ. generales.
Compulſoriales ſpeciales dantur, pro extrahendis certis ſcripturis, & cum termino, quia retardant proceſſum. pag.70. in princ.
Compulſoriales ſpeciales, vt dentur, debet conſtare de exiſtẽtia, & de releuantia

Digitized by Google

ſcripturæ, & pro hoc dandũ eſt ſcriptũ. p.70. verſ. pro extractione ſcripturæ.
Conſtituens non retinet poſſeſſionẽ naturalẽ, neque ciuilem pag. 129. in princ.
Conſtituti clauſula transfert omnem poſſeſſionem. pag. 128. verſ. ideoque clauſula conſtituti.

Conſtituti, vel precarij clauſulam habens petit mandatum de aſſociando, quod magis importat defenſionem, quàm occupationem. pag. 136. per totam.
Conſtitutum, vel eſt ſimplex, vel mixtum cum precario, & tunc non transfert naturalem; ſed ſolam ciuilem. pag. 136. verſ. pacto autem precarij.
Contumax Iudici, qui non vult parere, cogendus eſt, vel per captionem pignorum, vel per carcerationem, vel per excommunicationem, vel per denegationem audientiæ, vel per perquiſitionem. pag. 63. verſ. alias viden. relaxari mandatum.

Copia articulorum debet dari parti, cum ſpecificatione nominum teſtium. pag. 77. verſ. debet tamen dare.
Creditor acturus cum minore, vel maiori infante, quos debeat citare, & ad quid. pag. 35. verſ. ad peten. tutorem.
Creditor ex pacto habet facultatem ingrediendi propria auctoritate, quando ad ſui fauorem habet, vel pactum ingrediendi, vel precarij, ex quibus datur mandatum de aſſociando. pag. 136. per tot.
Curator hæreditati iacenti, quando ſit deputandus, vel ad inſtantiam particularis, vel vniuerſitatis creditorum, & quis ſit effectus. pag 27. in princ.
Curia Romana vbi eſſe intelligatur, & quot ſint eius Tribunalia. pag. 1. verſ. Curiæ Romanæ.

Curator, & actor ad lites ſunt ſynonima de iure Canonico. 34. ver. ad petendũ.
Curator ad lites ad quid teneatur. pag. 38. per tot.

D

Debitor cogitur tenere portam apertã, vt poſſit fieri executio. 219. per tot.
Debitor, quando vult dilationem, tenetur ſatiſdare de ſoluendo adueniente die. pag. 225. verſ. citetur N. ad cauendum.
Declaratoria ſententia in quo differat ab interlocutoria, & à diffinitiua. pag. 203. per tot.
Et eius formula. pag. 204. per tot.
Et eius explicatio. pag. 205. & 207.
Delegati Papæ nequeũt peruertere iuris ordinem; ſed debent iuris formam ſeruare, & ſi Papa committeret, vt procederent nullis ſeruatis terminis; non tamen poſſent omitti, qui ſunt neceſſarij, niſi committeret, vt præfigerent vnicum terminum. pag. 141. vſque ad med.
Deliberatio pignoris fieri non poteſt, ſi non adſunt plures oblatores, vel res diu non ſteterit ſubhaſta. pag. 221. verſ. data per Curſorem.

Deli-

Digitized by Google

*Deliberatio, quando ſit nulla. pag.*222. & 223.
*Deus dedit maledictionem Choræ, Dathan, & Abiron. pag.*200. *verſ. dubium oritur.*
Dilatio in executiuis datur per verba, niſi infra tot. pag. 215. *verſ. decretum niſi.*
*Dilationem, qui vult ad probandum, debet iurare de calumnia. pag.*218. *verſ. reus ſi vult.*
*Diligentiæ de exequendo, quomodo fiant, vt poſſit deueniri ad excommunicationem. pag.*229. *verſ. quæ diligentiæ.*
Diligentiæ de exequendo mandatum, in quibus locis fieri debeant. pag. 228. *verſ. præcipuus eſt locus.*
Domicilium, qui non habet in loco iudicij, cogendus eſt, parte inſtante, ad illud eligendum, quo electo ibi citandus eſt, pag. 9. & 10.
Dominium rerum Eccleſiarum habet Chriſtus Dominus noſter; Prælatus autem ſolam adminiſtrationem. pag. 133 *verſ. penes Prælatum.*
Dubium concordatur præuia citatione extraiudiciali, & quomodo. pag. 85. *form.*10.

E

*Eccleſia nunquam moritur, & ſemper poſſidet. pag.*133. *in princ.*
*Eccleſiæ Rector habens ſe pro ſpoliato, poteſt nihilominus nomine Eccleſiæ manuteneri. pag.*133. *verſ. imo ſi Rector.*
Error in nomine beneficij non vitiat gratiam. pag. 249. *verſ. quoad iuſtificationem.*
Examen teſtium, quando fieri debeat, debet parti intimari. pag. 75. *verſ. per totam illam.*
*Examen teſtium non valet, quando citatio fuit facta ad diem non iuridicam. pag.*77. *verſ. ad eandem.*
Excommunicari quare poſſint obligati in forma Cameræ. pag. 227. *per tot.*
*Excommunicari non poſſunt debitores in forma Cameræ, niſi in ſubſidium. pag.*228. *in princ.*
*Excommunicari quando non poſſint, etiam in ſubſidium vigore obligationis Cameralis. pag.*229. *verſ. item ſi debitum.*
*Executio rei iudicatæ, vt fieri poſſit, ſeruantur quatuor termini, vel vnicus vigore commiſſionis ad docendum de appellatione. pag.*189. & 190.
*Executoriales litteræ non compellunt, ſed monent vt pareatur, & loco requiſitorialium. pag.*194. *verſ. ac litteras executoriales.*
*Et quare petantur dari ſub ſigillo. pag.*194. *verſ. ſub ſuo ſigillo.*
*Executoriales habent duas partes, & quare. pag.*200. *verſ. ad tollendam.*
Executorialium executor nihil agere debet, niſi intimare, & monere, alias

 quic-

Digitized by Google

quicquid agerat reuocaretur per Rotam. pag. 199. verſ. hic notandum eſt.
Executorialium executor poſſeſſorem reſiſtentem debet monere, reſiſtentes autem de facto, poteſt excommunicare. pag. 200. verſ. & vbi litteræ.
Executorialibus in quibus ſit parendum, & quomodo, & quando ſufficiat præſtare patientiam. pag. 201. per tot.
Executorialibus parere debens, excuſatur ob paupertatem. pag. 201. in princ.
Executorialium loco an ſufficiat mandatum executiuum. pag. 209. verſ. & loco executorialium.
Executor gratiæ in forma dignum, & ſi neutri, lite pendente in Rota attentat. pag. 105. verſ. prædictis adde.
Executor merus quis ſit, & quis mixtus. pag. 262. verſ. merus eſt ille, & verſ. litteræ vero.
Executor merus debet exequi, & non poteſt abſoluere. pag. 264. verſ. hic quoque breuiter.
Executor merus debet citare poſſeſſorem, non tamen deſinit eſſe merus. p. 264. verſ. ſed quando alius.
Ab executore mero, quando appellari poſſit. pag. 264. verſ. à mero tamen.
Executor mixtus aſſumit partes Iudicis, & ab eo appellatur. pag. 264. verſ. mixtus executor.
Executor litterarum, quæ facere debeat, procedendo ad immiſſionem, vel ad declaratoriam. pag. 265. verſ. & quia antequam.
Executores plures vbi ſint dati, ſi vnus præuenit alij non ſe intromittunt, & præueniſſe, quando dicatur. pag. 266. verſ. plures executores.
Executor, quando negligens dicatur, vt poſſit adiri ſecundus. pag. 266. verſ. præueniſſe autem.
Expenſas, quando taxandi, & moderandi facultas quare Iudici detur. pag. 193. verſ. exequatur per tot.
Expenſarum taxationem Iudex facit, vel in ſententia, vel illam ſibi reſeruat, & petens taxationem dat liſtam cum iuramento. pag. 198. in princ. & in verſ. mandatum executiuum.
Extenſio formæ Cameræ vbi ſit neceſſaria, ſufficit decretum extendere. p. 212. in fin.
Extenſio formæ Cameræ neceſſaria eſt, quando agitur pro excommunicatione, & antea non fuiſſet extenſa. pag. 230. in princ.

F

Factum alienum in litteris narratum quomodo, & quando ſit iuſtificandum. pag. 246. verſ. quid autem ſi litteræ.
Falſo vtens, quando excuſetur à pœna. pag. 57. verſ. & quibus pœnis.

Fata-

Digitized by Google

Fatalla non currunt agenti in ſpolio. pag.111. in fin. verſ. extra notata.
Formula prima citationis, & eius explicatio. pag.7.& 8.
Formulæ citationum diſtinguuntur, vt aliæ ſint preparatoriæ, aliæ probatoriæ, aliæ ordinatoriæ, aliæ deciſoriæ, & aliæ executoriæ. pag.6. verſ. vt autẽ.
Fulminatus proceſſus, quando vim non habeat. pag.266. verſ. executores vtimeri.

G

Generalia contra oppoſita in termino reſeruant ius ſpecialiter opponendi poſt terminum. pag. 51. verſ. per quam oppoſitionem.
Generalia contra iura, qui non oppoſuit, an poſtea poſſit opponere, quod productum ſit exemplum, vel quod iura non ſint in forma probanti. pag.52. verſ. quæro modo.
Generalitatis deductio ad ſpeciem, quando poſſit fieri. pag. 51. verſ. & propterea.
Gratia perinde, vel etiam valere deſumitur ex clauſulis primæ gratiæ pro illius reualidatione. pag.251. verſ. ex clauſulis.
Gratia perinde valere non ſuffragatur, niſi ſit iuſtificata. pag. 252. verſ. nota tamen.
Gratiæ ſi neutri, ſi alteri, ſi nulli, vel deſumuntur ex clauſulis generalibus, vel conceduntur ad partes, & quæ ſit differentia. pag.252. verſ. ex eiſdem clauſulis.
Gratia ſi neutri conceditur prouiſo Apoſtolico, non autem datur contra illum. pag. 253. verſ. & hæc gratia.
Gratioſè ſubrogatus, ſuperueniente titulo ſubrogationis, mutat cauſam poſſeſſionis. pag.129. verſ. ſic gratioſè.
Grauamen, ſeu mulcta, & pœna in quibus differant. pag.64. verſ. loco grauaminis.

H

Hæres, vt poſſit contra eum agi, an, & quando poſſit interrogari, an ſit, vel eſſe velit hæres. pag.27. verſ. citetur ad declarandum.
Hæc declaratio an ſit, vel eſſe velit hæres an, & quando poſſit fieri per procuratorem. pag.28.
Hæres ſi non doceat de inuentario legitimè facto, hæreditas præſumitur eſſe ſoluendo. pag.32. verſ. alias videndum mandari exequi.
Hæres tenetur de proprio, ſi non docet de inuentario legitimè facto. pag. 32. verſ. alias viden. mandari.
Hæres, vt manuteneatur, debet docere de apprehenſione, vel de recognitione coloni. pag.132. verſ. hæres, qui vult, & verſ. ſi defunctus.

Hæres infantis, quando acquirat poſſeſſionem, abſque apprehenſione. pag. 132. verſ. ſimiliter hæres.
Hæres vigore ciuiliſſimæ poſſeſſionis, ſtante ſtatuto de continuanda poſſeſſione, poteſt manuteneri. pag. 132. verſ. ſtante etiam ſtatuto.
Hæreditatem adire an idem ſit, quod ſe immiſcere. pag. 30. verſ. ad docendũ adiuiſſe.
Hæreditas aliud eſt, quod iaceat, & aliud, quod vacet. pag. 29. in fin.
Hæredi putatiuo ſolutio facta, quando liberet. pag. 214. in princ.
Hæres, ne teneatur vltra vires hæreditarias, debet adire cum benef. l. & inuentarij, & inuentarium legitimum conficere, citatis creditoribus, & legatarijs, & de bonis in eo deſcriptis rationem reddere. pag. 31. & 32.

I

INfans quomodo debeat in ius vocari. pag. 33. verſ. ad defendendum infantem.
Infans ſi tutorem non habeat, qui ſint citandi. pag. 33. verſ. ſi vero tutorem non habeat.
Infans, vt defendatur, Iudex cur deputet curatorem, & non tutorem. pag. 34. verſ. alias videndum.
Inhibitionem moderari, quid ſignificet. pag. 18. verſ. ad videndum moderari.
Inhibitiones impedientes executionem obligationis Cameralis reuocat A. C. parte citata, & illis exhibitis. pag. 235. verſ. ad exhibendum.
Inhibitio emanata vigore commiſſionis conditionalis, non cauſat attentata. pag. 100. verſ. & quia inhibitio.
Inhibitionis vim habet citatio ad videndum inhiberi. pag. 101. in princ.
Interlocutoria, quando habeat vim diffinitiuæ. pag. 187. verſ. ex quibus.
Interlocutoriæ reuocatio poteſt peti vſque ad 10. dies; ſed Iudex idem, vel ſucceſſor reuocare poteſt poſt plures. pag. 235. in princ. & verſ. nota tamen.
Interlocutoriam poteſt Iudex reuocare, & abſque partis citatione reponere. pag. 232. verſ. ſi Iudex, & verſ. quando autem.
Interdictum apponitur reſpectu vniuerſitatis. pag. 196. verſ. interdict.
Interdictum, quando, & contra quos feratur. pag. 209. verſ. interdicuntur.
Inſordeſcens in excommunicatione, quando quis dicatur. pag. 231. verſ. inſordeſcens.
Interpres poteſt adhiberi, tàm ſuper articulis, quàm ſuper interrogatorijs. pag. 76. verſ. & conducendum interpretem.
Interpretem adhibere non eſt de iure; ſed de ſtylo, & pars, quæ eo vult vti, debet proteſtari. pag. 77. verſ. & eo vti velit.
Inuitus nemo cogitur. pag. 77. verſ. alias videndum mandari.

Iudex

Digitized by Google

Iudex in Curia, antequam ſententiam ſubſcribat, ad quid aduertere debeat. pag.177. verſ. quas vt euitent.

Iudex ſuum mandatum, & interlocutoriam ratione grauaminis melius eſt, vt reuocet, & ſe corrigat, quàm vt ab alio corrigatur. pag.234. per tot.

Iudex, quando eſt ſuſpectus, non eſt litigandum coram eo; ſed concordandum de alio. pag.14. verſ. in locum N.

Iudex ſubdelegatur pro recipienda reſponſione ad poſitiones à principali, quando procurator non habet ſpeciale mandatum. pag.90. form.21.

Iudex non poteſt eſſe ſequeſtratarius, nec cogere aliquem vt ſit; ſed prohibere ne ſuſceptum onus dimittat. pag.121. verſ. quicquid ſit.

Iudicis poteſtati, quod permittitur, non ſubijcitur iuris neceſſitati. pag.121. verſ. citetur.

Iudex adeundus eſt, & nemo poteſt ſibi ius dicere. pag.135. verſ. licet enim.

Iudicium quoad ordinem, eſt triplex, ordinarium, ſummarium, & executiuũ, quæ non diſtinguuntur inter ſe, niſi ratione dilationis, nam in ordinarijs ſunt longæ, in ſummarijs breues, in executiuis breuiores. pag.141. verſ. iudicium, & pag.142. in princ.

Iudex dat dilationem ad ſoluendum, modicam tamen decem dierum, ſed A.C. dat terminum 30. dierum. pag.225. verſ. dilatio ad ſoluendum.

Iuramentum deciſorium ab initio eſt voluntarium. pag.185. verſ. & iurandum, & referendum.

Iuramento quando cauſa eſt deciſa, non poteſt retractari ſub prætextu periurij. pag.185. verſ. & cauſa.

Iuramentum deciſorium oblatum, quis poteſt recuſare, ſi habeat teſtes examinatos. pag.185. verſ. ſic etiam.

Iuramentum in litem non defertur, niſi à Iudice, & niſi in illis in quibus cadit affectio, & niſi illi, qui veriſimiliter eſt informatus. pag.186. in fin.

Iuramentum in litem non defertur, contra eum de cuius dolo non conſtat. pag.187. verſ. nec debet.

Iurare de calumnia poteſt quis per ſe, ſiue per alium. pag.149. verſ. & iurandum.

Iura, quando exiſtunt penes tertium, tunc petuntur exhiberi iure actionis; ſed quando exiſtunt penes aduerſandum petuntur officio Iudicis, & pars cogitur edere, probata exiſtentia ſcripturæ, & intereſſe partis. pag.62. in princ.

Iuramenta teſtium, Iudex committit in forma, & quid importet hæc commiſſio in forma. pag.73. per tot.

Iuramentum calumniæ an poſſit remitti. pag.145. verſ. hoc iuramentum, & 146. in princ.

Iuratur in litem vſque ad quantitatem, per Iudicem taxatam.

Ff

Et iuratur, vel de affectione, vel de intereſſe ſingulari, vel communi, atque ex cauſa poteſt Iudex non ſequi iuſiurandum. pag. 187. verſ. debet enim.

L

Libellus, quid debeat continere. pag. 3. verſ. de iure ciuili, & monitoriũ eſt loco libelli in Tribunali A. C. pag. 3. verſ. in Romana Curia.
Libri, quam fidem faciant, & pro tertio, & cum quibus adminiculis. pag. 65. verſ. libri Mercatorum.
Librum, qui confecit, & etiam ſucceſſor tenetur exhibere, ſeu edere. pag. 64. verſ. citetur N. ad exhiben.
Lite finita non poteſt dari de attentatis, nec quando lis eſt calumnioſa. p. 105. verſ. vt autem reuocetur.
Litterarum compulſorialium triplex eſt effectus. pag. 70. verſ. litterarum autem.
Libri rationum debent acceptari pro, & contra. pag. 58. per tot.
Litigare per procuratorem, qui elegit, non debet ad Curiam trahi. pag. 91. verſ. Iudicem in partibus.
Litterarum compulſorialium triplex eſt effectus. pag. 70. verſ. litterarum autem.
Litteræ Apoſtolicæ non merentur executionem, niſi poſtquam ſunt iuſtificatæ. pag 241. verſ. prouiſus Apoſtolicus.
Litterarum narratiua eſt pars gratiæ, & iuſtificanda; quæ vero de ſtylo apponuntur per expeditores, non ſunt iuſtificanda. pag. 242. verſ. cætera pariter, & verſ. ſequen.
Litteræ Apoſtolicæ, quando non ſint exequendæ, & prouiſo ſit deneganda immiſſio. pag. 245. verſ. adde, quod litteræ.
Litteræ Apoſtolicæ non ſunt exequendæ, quando ſunt ſubreptitiæ. pag. 247. verſ. quantum ad ſecundum.
Item quando ſunt vulneratæ. pag. 248. verſ. quantum ad tertium.
Item quando diſcordant à ſupplicatione, & tunc quid agendum ſit. pag. 248. verſ. quantum ad quartum.
Item quando adeſt legitimus contradictor, quia agendum eſt via ordinaria. pag. 249. verſ. quantum ad quintum.
Litteræ Apoſtolicæ non ſunt iuſtificandæ, quando adeſt decretum, quod non poſſit dari de obreptione, & ſubreptione, vel de defectu intentionis.
Item quando adeſt clauſula ſublata quamuis fuerit conceſſa oris apertio. pag. 247. verſ. alio etiam caſu.
Item quando habent clauſulam motu proprio. pag. 246. verſ. dicamus modo.
Litteræ Apoſtolicæ varijs formis expediuntur. pag. 249. verſ. alterum eſt.

Litteræ in forma rationi congruit, quando expediantur. pag.250. verſ. litteræ in forma rationi.

Litteræ in forma gratioſa, quando, & quomodo expediantur. pag.250. verſ. litteræ in forma gratioſa.

Et faciunt executorem merum. ibidem.

Litteræ in forma dignum, quid importent. pag.250. verſ. & hæc gratia.

Et faciunt executorem mixtum. pag.251. verſ. & litteræ.

Litteræ Apoſtolicæ ſunt executori præſentandæ, alias acta non valerent. pag.262. verſ. litteræ ſunt in primis.

Locus differentiæ vtile eſt, vt à Iudice viſitetur. pag.97. verſ intimetur.

M

Mandatum executiuum relaxatum contra defunctum, quando poſſit exequi contra hæredem. pag.32. verſ. & quatenus opus ſit.

Mandatum de manutenendo datur ſi concurrant duo extrema, poſſeſſio ex vna parte, & turbatio ex altera: & ſi pars ſit citata, quæ pluribus rationibus poteſt contradicere, ne manuteneatur. pag.124. verſ. neceſſaria omnino eſt.

Mandatum de manutenendo datur de æquitate ei, qui pendente lite debet eſſe in poſſeſſione, donec in poſſeſſorio plenario conſtet quis debeat poſſidere, vel in petitorio quis ſit dominus. pag.130. verſ. Iudex decernit.

Mandatum de manutenendo datur in prima inſtantia, & in ſecunda, & in tertia, & etiam in gradu reſtitutionis, ac etiam nullitatis. pag.134. verſ. prædictis adde.

Mandato de aſſociando renunciare cenſetur is, qui petit ſe immitti in poſſeſſionem, quia ſic omittit viam facti, eligens viam iuris. pag.136. verſ. at ſi peteret.

Mandatum de aſſociando datur, non ſolum contra ſe conſtituentem, ſed etiam contra eius hæredem vniuerſalem, atque ſingularem ſucceſſorem, & tertium poſſeſſorem. pag.137. verſ. mandatumque de aſſociando.

Mandatum de aſſociando, an, & quando requirat partis citationem, & cauſæ cognitionem. pag.137. verſ. ſed quod plus eſt, & pag.138. verſ. & aliud quodcumque.

Mandatum de manutenendo non recipit appellationem ſuſpenſiuam, tranſit tamen in iudicatum quoad partes. pag.132. in princip.

Mandatum decernit, & relaxat ſolus A. C. vigore obligationis Cameralis. pag.216. verſ. poſtremum.

Mandati decretum prius petendum eſt, quàm illius relaxatio, qui ordo præuerti non poteſt. pag.215. verſ. quando obligatio.

Digitized by Google

Mandati decretum, & relaxatio, & executio, quomodo ſe habeant inter ſe. pag.218. verſ. nota, quod mandatum.

Manutentio petitur, vel ratione poſſeſſionis naturalis, vel ciuilis, vel ratione quaſi poſſeſſionis quoad incorporalia, quæ explicantur. pag. 125. in princ.

Manutentio an ſit danda ſucceſſori in beneficio, quoad bona, quæ mortuo Prælato fuiſſent ab alio occupata, & quod ſic. pag. 133. verſ. ſed an ſucceſſor.

Manus debet recognoſci, & procurator poteſt citari ad recognoſcendum manum ſui principalis. pag. 59. per tot.

Pro manus recognitione, ſubdelegantur Iudices in partibus, citata parte. pag.60. form.7. per tot.

Mercator cogendus eſt libros exhibere, vel iure actionis, vel officio Iudicis. pag.66. verſ. at ſi mercator.

Minor citatur, ut compareat legitimè, hoc eſt cum curatore, vel à Iudice petat curatorem ad liter. pag. 39. verſ. acturus cum minore, vſque ad fin.

Monitio debet præcedere, quando agitur de cenſuris, ſiue ſit merus executor, ſiue mixtus. pag.265. verſ. & quia antequam.

Monitorium an, & quando ſit reintegrandum, vt poſſit procedi ad declaratoriam. pag.265. verſ. monitorium executum.

Monitorij executor debet illud perſonaliter intimare cum originali dimiſſa copia.

Non autem poteſt in poſſeſſionem immittere. pag.265. verſ. in exequendo.

Monitus dimittens poſſeſſionem metu monitorij, ſi non habuit ſe pro ſpoliato, poteſt agere pro reuocatione attentatorum. pag.266. verſ. at ſi monitus dimittat.

N

NArratiua Papæ an, & quando ſit iuſtificanda. pag.247.

Narratiua non obſtante clauſula motu proprio, ſi probetur falſa redditur gratia falſa. pag.246. verſ. dicamus modo.

Niſi narratiua fuiſſet ſuperflua. pag.246. verſ. ſed ſi narratiua.

Negatiua, quando, & quomodo debeat probari. pag. 246. verſ. & generaliter, & ſequen.

Noua conuentio tollit priorem. pag.216. verſ. ad docendum.

Nomina matris, & agnatorum ſpecificanda ſunt, quando citantur pro infante. pag.34. verſ. citentur infraſcripti.

Notarius ſucceſſor in officio tenetur exhibere, nec excuſatur ſi fecerit diligentiam in perquirendo. pag.65. in princ.

Notarius, & Iudex quando pro fideiuſſore non idoneo teneantur. pag.123. verſ. ſi fideiuſſor.

Nulli-

Nullitas ob non præſtitum iuramentum calumniæ, quando ſit attendenda. pag.146. verſ. & nullitas.

O

OBitus in poſſeſſione quomodo, & quando debeat probari. pag.245. verſ. obitus in poſſeſſione.

Obreptio, ſubreptio, & defectus intentionis an differant. pag.247. verſ. quantum ad ſecundum.

Officium ſuum non impartitur Iudex, niſi petenti. pag.92. verſ. alias viden.

Ordinarij prouiſio non eſt iuſtificanda. pag.253. verſ. hic addo.

Ordo iudicij ordinarij qualis ſit. & qualis ſit executiui vigore obligationis Cameralis. pag.214. verſ. ordo iudicij.

Ordo iudiciorum eſt, vt citetur pars, & ſubſtantialia ſeruentur, & qui termini ſeruentur in Curia, & qui fuerint eorum authores. pag.139. & 140.

P

PArtitum litis deciſiuum ſit cum iuramento calumniæ, & cum approbatione Iudicis, & citata parte perſonaliter. pag.184. verſ. form. 4.

Partitum litis deciſiuum, qui fecit, non poteſt illud reuocare. pag.185. verſ. hic tandem nota.

Partitum iurandum eſt eo modo, quo factum eſt, etiam cum imprecatione. Et quando poſſit recuſari. pag.186. in princ.

Penſionarij quaſi poſſeſſio probatur ex inſtrumento ſolutionis, & ſufficit vnica, etiam contra titularem & ſiue ſit facta pro vnico termino ſiue pro parte. pag 261. verſ. ad conſtituendum penſionarium.

Penſionarij transferentis quaſi poſſeſſio non ſuffragatur tranſlatario pro manutentione. pag.261. verſ. ad conſtituendo ibi non tamen poſſeſſio transferẽtis.

Penſionarius debet manuteneri etiamſi non producat titulum. Et etiam ſi illi opponatur de conſtitutione Sixti V. pag.262. in princ.

Penſionarius acturus pro penſione, ſi habet obligationem Cameralem, quid debeat obſeruare. pag.269. verſ. primo caſu.

Penſionarius ſi eſt in quaſi poſſeſſione exigẽdi, quomodo debeat agere. pag.269. verſ. ſecundo caſu.

Penſionarius ſi habet ſolas litteras penſionis, qualiter agere debeat. pag.270. verſ. tertio caſu.

Penſionem ſoluens pro alio, præſumitur habere mandatum. Et quid de ſolutione facta ab œconomo, vel reſeruatario fructuum. pag.261. verſ. item quando ſolutio.

Pen-

Digitized by Google

Penſiones reſeruat Papa ex pluribus cauſis. pag. 257. *verſ. quatuor cauſas.*
*Penſio vt poſſit exigi, debet doceri de clericatu, de litteris penſionis, & illarum iuſtificatione. pag.*259. *verſ. quoad tertium.*
*Penſionis incapaces, qui ſint. pag.*257. *verſ. quoad primum.*
*Penſio exigi non poteſt ante litterarum expeditionem. pag.*258. *verſ. quoad ſecundum.*
*Penſio ſi ſit purè reſeruata, ſufficit docere de clericatu. pag.*260. *in princ.*
*Penſio ſi ſit reſeruata cum conditione, debet iuſtificari conditio. pag.*260. *verſ. ſi vero.*
*Non obſtante conſenſu, niſi doceatur de quaſi poſſeſſione. pag.*260. *verſ. ſed quid ſi, & verſ. ſeq.*
Penſionarij quaſi poſſeſſio non probatur ex ſolutione facta metu cenſurarum.
*Item nec ex depoſito conditionali. pag.*261. *verſ. ex quibus autem.*
Item nec ex confeſſione procuratoris.
*Item nec ex libris Mercatorum. pag.*261. *verſ. ex quibus, ibi, item quia libri.*
Pœna debet augeri, quando creſcit contumacia. pag. 195. *verſ. aggrauet.*
*Pendente termino ad appellandum geſta, reuocantur per viam attentatorum, & quando non fuit appellatum, reuocantur per viam nullitatis. pag.*106. *verſ. & quæ fiunt pendentè.*
*Peremptorium important quatuor termini ad docendũ de appellatione. p.*190. *verſ. iſti termini.*
*Peritus antequam referat, debet partes vocare, & ab eis capere informationem. pag.*96. *in princ.*
*Peritus tertius, quando diſcordat à duobus, an illi ſit ſtandum, an alter eligendus. pag.*97. *verſ. & quando tertius.*
*Petitio alternatiua, & aliud quodcunque, &c. vtilis eſt. pag.*138. *verſ. vtilis eſt.*
*Petitorij cumulatio non admittitur, quando poſſeſſio eſt clara. pag.*241. *in princ.*
*Petitorium cur, & quando poſſit ſuſpendi. pag.*239. *per tot.*
*A Petitorij ſuſpenſione, quando cenſeatur receſſum. pag.*240. *verſ. noto quarto.*
*Pignora in executionem capta conſignantur Curſori. pag.*220. *per tot.*
*Pignora quanto tempore debeant ſtare ſub haſta. pag.*220. *in fin.*
Ponens non cenſetur fateri, quando poſitiones fuerunt negatæ. pag. 87. *verſ. nota tamen.*
*Iudex tamen poteſt ſe in ea fundare. pag.*89. *in princ.*
*Poſitiones non dantur à procuratore ſine ſpeciali mandato. pag.*87. *verſ. in actis dator.*
*Poſitionibus quando non ſit reſpondendum. pag.*88. *in princ.*

Poſi-

Digitized by Google

Poſitiones pro confeſſatis Rota non decernit, ſed concedit monitorium contra reſpondere habentem. pag.89. verſ. & monitorium de reſpondendo.
Poſitiones pro confeſſatis habet A.C. & alij Iudices. pag.90. in princ.
Poſitionibus non reſpondens non habetur pro confeſſo. pag.91. verſ. & cum facultate.
Poſitiones poſſunt ex pluribus impugnari, & dicuntur etiam articuli, tanquam ſynonima. pag.87. in princ.
Poſſeſſionem ſuam continuans non attentat, quod limitatur tribus modis. pag.108. verſ. & primus eſt, cum ſeq.
Poſſeſſio attentata non eſt reſtituenda ei, de cuius iure non conſtat in beneficialibus, ne detur vitioſus ingreſſus pag.111. verſ. ſed an poſſeſſio.
Poſſeſſio de corporalibus triplex eſt, naturalis, quæ non acquiritur ſine corpore, & animo, ciuilis, quæ retinetur animo; ciuiliſſima, quæ ſolo iuris miniſterio continuatur in hæredem. pag. 125. verſ. rurſus de corporalibus cum ſeq.
Poſſeſſio acquiritur, & retinetur corpore alieno, per filios in poteſtate, per tutorem, curatorem, & procuratorem. ſed non dicuntur poſſidere, ſed in poſſeſſione eſſe, & immiſſus ex primo decreto, & vxor ventris nomine ſunt in poſſeſſione cauſa cuſtodiæ. pag.126. in princ.
Poſſeſſio corporalis apprehenditur per ingreſſum, & etiam animo per appoſitionem cuſtodis, per aſpectum, per receptionem clauium. pag. 126. verſ. corpore autem.
Poſſeſſio iuſta acquiri non poteſt ſine poſſeſſoris voluntate. pag.126. verſ. declara.
Poſſidens authore prætore iuſtè poſſidet, ſi ritè proceſſit. pag. 126. verſ. ſed quia authore.
Poſſeſſio data à Iudice conditionaliter, & ſuſpenſiuè, quando acquiratur. pag.127. verſ. intellige tamen.
Poſſeſſio acquiritur ex pluribus cauſis, pro emptore, pro donato, pro legato, pro dote, & ſimil. poſſidetur tamen, vel bona, vel mala fide. pag. 127. verſ. ex pluribus cauſis.
Poſſeſſio quibus modis amittatur. pag. 127. verſ. amittitur poſſeſſio, & pag.128. in princ.
Poſſidendi nemo ſibi mutare poteſt cauſam, nulla cauſa extrinſecus accedente. pag. 129. verſ. mutare ſibi.
Poſſidens iure familiaritatis, ſuperueniente cauſa, etiam abſque declaratione, poteſt mutare cauſam poſſidendi. pag.129. verſ. ſic, qui poſſidet.
Poſſeſſor ſine cauſæ cognitione non debet ſua poſſeſſione priuari.
Niſi executor habeat clauſulam ſine vitio ſpolij. pag.265. verſ. ſed ſecus eſt.

Poſſeſſorium ſummariſſimum in quibus differat ab ordinario, ſeu plenario; & quæ exceptiones in eo non admittantur, & qua ratione. pag. 131. per tot.

Precario transfertur poſſeſſio naturalis, ſed retinetur ciuilis. pag. 128. verſ. ſic qui precario.

Prælatus ſi turbatur in poſſeſſione alicuius rei de qua poſſeſſionem accepit, poteſt vigore ſuæ poſſeſſionis manu teneri, eius autem rei cuius poſſeſſionem non acceperat, pot ſt manuteneri vigore poſſeſſionis ſui anteceſſoris, quia erat penes Eccleſiam. pag. 132. verſ. ſucceſſor in beneficio, & verſ. ſi vero.

Præuentionis vigore Iudex poteſt alteri inhibere, cauſa tamen cognita parte citata. pag. 17. verſ. & viden. ſibi.

Præuentus remittit cauſam ad eum, qui præuenit. pag. 19. verſ. & remitti cauſam.

Sufficit citare partem, licet non citetur Iudex cui inhibendum eſt. pag. 17. verſ. & alijs quibus opus fuerit.

Præparatoria fiunt in iudicijs vbicunque equitas ſuggerit, & vt quid contineat, & vt reſpondeatur debet dari competens dilatio, & non reſpondens, vel non clare, cogendus eſt. pag. 41. & 42. formul. 19. per tot.

Principalis excuſatur ab attentatis, ſi ignorault decretum, factum cum procuratore, vel quando habita notitia renunciauit, quando procurator etiam habens mandatum attentauit in abſentia principalis. pag. 110. verſ. itaque quando.

Principalis, quando pendente recurſu ad Signaturam fieri facit executionem in partibus, ea remanet attentata. quando cauſa appellationis fuit ſimpliciter commiſſa. pag. 110. verſ. item quando pendente.

Probatio fit per inſtrumenta, & depoſitiones teſtium, pro quibus producendis requiritur citatio ad dicendum contra, & aliquando non. pag. 45. verſ. ad dicendum contra.

Probatio an debeat fieri per peritos, arbitrarium eſt Iudicis. pag. 95. form. 25.

Procurator ſine ſpeciali mandato an poſſit poſitionibus reſpondere. pag. 87. verſ. & reſpondendum.

Procurator, qui attentauit non habens mandatum, ſi poſtea fuit conſtitutus cum ratificatione geſtorum, ratificatio retrotrahitur ad tempus attentatorum. pag. 110. in princ.

Procurator in Curia tenetur iurare de calumnia, etiam in animam ſuam, & recuſans iurare cadit à cauſa. pag. 159. in princ.

Procurator comparens ſine mandato, non deberet admitti, & Iudicis officio poſſet cogi ad illud exhibendum, legitimum tamen, & quomodo. pag. 11. in princ.

Procurator, quando differt mandatum exequi cogendus eſt, vt acceptet, vel refutet

Digitized by Google

ſutet onus praturæ, & quando cenſeatur acceptaſſe. pag.12. & 13.
De Procuratoris mandato, quando conſtare poſſit abſque eo, quod conſtet de acceptatione. pag.113. verſ. ſorin monitorij.
Proceſſus remiſſorialis, quomodo debeat inchoari, collationari claudi ſigillari, & conſignari portitori. pag.83. verſ. nota, quod proceſſus.
Proceſſus remiſſorialis delatus ad Curiam conſignatur Notario, & aperitur citata parte, quo non aperto ſententia eſſet nulla. pag.84. verſ. ad viden. aperiri. Proceſſus remiſſorialis, quomodo debeat recognoſci, & pag.84. verſ. videndum iurare teſtes.
Proceſſus de partibus debet aperiri citata parte, quia contra eum poſſunt plura opponi. pag.102. per tot.
Proceſſus debet remanere apud acta, cùm ſit communis vtriuſque partis. pag.103. verſ. & iura producta.
Productio iurium facta parte citata, parit plures effectus. pag.46. verſ. plures effectus.
Productio, quando non noceat producenti. pag.47. verſ. & in Curia. Reproductio iurium parte citata, quando ſit neceſſaria. pag.48. verſ. adde duos caſus.
Proteſtatio debet fieri in actis, & parte citata, nè detur probabilis ignorantia, & admittitur ſi, & in quantum per Iudicem, qui non poteſt mandare illam afficere abſque cauſæ cognitione. pag.43. & 44. form.20.

R

Recognitio iurium, quomodo fieri debeat. pag. 48. verſ. ſuper illorum recognitione.
Et quomodo. pag.49. verſ. ſi producitur inſtrumentum.
Recognitio iurium neceſſaria eſt parte opponente. pag.212. verſ. viden. iurare.
Remiſſoria non datur ſine cauſæ cognitione, & niſi extra Curiam, & quare concordatur de Iudice, & de alijs. pag.80. per tot.
Remiſſoriæ termino pendente, Iudex poteſt terminum reuocare, & ſententiam ferre. pag.177. in princ.
Repetitio iurium, quando fiat. pag.47. verſ. & repetita.
Reportationem originalium petens non auditur, niſi quando iurat ſe poſſe redarguere de falſo, & allegans non poſſe reportare, quomodo debeat iurare. pag. 53. verſ. ad reportandum.
Reproductio iurium parte citata, quando ſit neceſſaria. pag.48. verſ. adde duos caſus.
Reproductio iurium ſit in reproductione citationis ad terminos ſubſtantiales. pag.147. verſ. in reproductione.

T   *Res*

Digitized by Google

Res iudicata, quando dicatur extare. pag.199. in princip.
Reſeruata beneficia quæ ſint, conſtat ex regulis. pag.244. verſ. & ideo Papa.
Reſeruationem quæ concludunt, ſunt iuſtificanda. pag. 241. verſ. omnia, quæ concludunt.
Res noſtræ ſunt vel ratione poſſeſſionis, vel dominij, & aliæ corporales, quæ vel pedibus calcantur, vel manibus capiuntur, aliæ incorporales, quæ ſolo acquiruntur animo. pag.125. verſ. ex rebus humanis.
Reſponſio vnius ad poſitiones alteri non nocet. pag.88. verſ. & ſi vnus.
Reſponſio præiudicat reſpondenti, & quando. pag.88. verſ. per verbum credit.
Reſponſio ad poſitiones per verbum non credit, vt ponitur, & ad effectum ad quem ponitur ſufficit, quia ſunt duæ orationes. pag.89. verſ. reſponſio ad poſit.
Reſpondens poſitionibus medio iuramento ſuam confeſſionem non poteſt reuocare, ex qualibet enim cauſa excuſatur à periurio quoad pœnas, non quoad periurium. pag.89. verſ. medio iuramento.
Reſtitutio iurium fit dim. cop. collationata. pag.50. verſ. & mandari reſtitui.
Reſtitutionis in integrum finis eſt moderatio inhibitionis. pag.188. per tot.

S

Sententia lata ante interpretationem proceſſus eſt nulla, tanquam non viſis actis, & ſine cauſæ cognitione. pag.176. verſ. tertium eſt.
Sententia lata contra ſententiam non valet. pag.177. verſ. quartum eſt.
Sententiam ſuam nullam, quando Iudex poſſit reuocare. pag.177. verſ. an, & quando.
Sequeſtrum decerni debet parte citata, niſi aliàs eſſet periculum moræ, at cognitio cauſæ omitti non poteſt. pag.113. formul.4.
Sequeſtrum regulariter prohibitum eſt, ſed multis caſibus permittitur, & non poteſt apponi, niſi quatuor concurrentibus, & quando ſit apponendum, vel non. pag. 116. & 117. & 118.
Sequeſtrum, aut apponitur ſuper fructibus, aut ſuper beneficio, & quæ ſit differentia. pag.119. vſque ad verſ. hic addo.
Sequeſtrum neceſſarium eſt, quod ſit Iudice mandante, & non priuat poſſeſſorem. pag.119. in fin.
Sequeſtrum voluntarium eſt, quod de conſenſu partium opponitur abſque decreto Iudicis, & regulatur ex voluntate partium. pag. 120. verſ. aliud verum.
Sequeſter, ſeu ſequeſtratarius quis ſit, & tanquam adminiſtrator tenetur

librum rationum conſeruet, & de ſtylo ſuo deputantur. pag.120. verſ. ad concordandum de ſequeſtrat.

Sequeſtrum ubi poſſeſſio, vel eſt dubia, vel attentata apponitur ex officio. pag.120. verſ. alias viden.

Sequeſtratarius, tanquam merus executor, non poteſt allegari ſuſpectus, niſi cum expreſſione iuſtæ cauſæ. pag.121. in princ.

Sequeſtrum non reuocatur parte non citata, niſi fuiſſet datum de facto. p.121. verſ. citetur.

Sequeſtrum appoſitum in vim Clem.1. de ſequeſtr. poſſ. & fruct. non reuocatur, niſi lite finita. pag. 122. verſ. ad viden. reuocari ſequeſtrum.

Sequeſtrum appoſitum, vel quia poſſeſſio erat turbida, vel attentata reuocatur, quando reſoluta fuit conſtare de bono iure non expectato aliter fine litis. pag.122. verſ. quando vero ſequeſtrum.

Sequeſtratarius tenetur reſtituere fructus, qui ſuperſunt ſolutis oneribus. pag.122. verſ. habet enim.

Sequeſtratarius ſi ſoluiſſet alteri ſine Iudicis mandato, tenetur de ſuo. p.123. in princ.

Sequeſtrum factum pro aſſecuratione iudicij, non poteſt reuocari ſine cautione, factum autem in executione mandati executiui non poteſt reuocari, niſi facta ſolutione. pag.123. verſ. quando ſequeſtrum, & verſ. ſequenti.

Sequeſtratarius pro conſignatione ſequeſtri, quomodo citetur. pag.124. in princ.

Signatura ſola, quando ſufficiat. pag.249. in fine.

Soluens de mandato Iudicis, quatuor requiruntur, ut à debito liberetur. pag.214. verſ. ſoluens.

Solutio tanquam quid facti, ut inducat liberationem debet probari facta legitimæ perſonæ.

Et exempla. vide pag.213. verſ. necnon ſoluendum uſque ad finem.

Solutio ſufficit, ſiue fiat per debitorem, ſiue per alium eius nomine. pag.216. verſ. ſolutione.

Solutio quotunque modo facta etiam non interueniente pecunia ſufficit. p.217. in princ.

Solutio quibus modis probetur, & quando præſumatur. pag.217. verſ. ſolutio probatur.

Solutum petens an, & quando excuſetur. pag.214. verſ. & quia quandocunque.

Subrogat gratioſe Papa collitigantem in locum præmortui naturaliter, & etiam ciuiliter ne detur nouus collitigans. pag.253. verſ. litteræ in forma.

Subrogatione Papa transfert poſſeſſionem ciuiliſſimam in collitigantem ſuperſtitem.

Digitized by Google

Et ſubrogat, vel in forma gratioſa, vel in forma dignum, ſeu rigoroſa, & quæ ſit differentia. pag.253. verſ. duplici forma.

Subrogatio intra quod tempus peti debeat per collitigantem. pag.254. verſ. ſubrogationem.

Subrogationem denegat Papa in quinque caſibus. pag.254. verſ. denegat autem.

Subrogatus gratioſè quid debeat iuſtificare. pag.255. verſ. gratioſè ſubrogatus.

Subrogatus gratioſè repelli poteſt ex quatuor, quæ vide. pag.256. verſ. Reus tamen, & poſſeſſor.

Subrogatio requirit litem, & lis quando dicatur finita ad illius excluſionem. pag.256. verſ tertio quando.

Subrogatio gratioſa datur etiam in beneficijs de iurepatronatus. pag. 256. verſ. tandem.

Superſeſſoria, quando dari poſſit, & quid operetur. pag.233. per tot.

T

TErminus in remiſſoria debet dari ad reprobandum, alias Iudex careret iuriſdictione quoad reprobationem. pag.81. in princ.

Terminus remiſſoriæ quando currat. pag.81. verſ. & niſi Iudex.

Terminus comprobatorius non datur in remiſſoria. pag. 81. verſ. hinc aduerte.

Terminus remiſſoriæ, quando poſſit prorogari. pag. 82. verſ. ad videndum prorogari.

Termino remiſſoriæ pendente poſſet ferri ſententia. pag.83. verſ. prædictis adde.

Terminis ſubſtantialibus non ſeruatis, ſententia eſt nulla ex defectu citationis. pag.140. verſ. adeout ſententia.

Termini ſubſtantiales ſeruati cum procuratore non habente legitimum mandatum, ſanantur ſi cum legitimo procuratore reiterentur. pag. 142. verſ. citetur.

Termini ſubſtantiales in connexis ſeruati ab vna parte, ſeruiunt etiam pro alia. pag.142. verſ. & in connexis.

Terminus ad dicendum contra commiſſionem, quare ſeruetur in commiſſarijs. pag.142. in fin.

Terminus ad dicendum contra commiſſionem, quando ſeruiat ſeruatus in ſubſtantialibus. pag.143. in princ.

Terminus ad libellandum eſt neceſſarius, & quare. pag.143. verſ. ad libellandum.

Ter-

Terminus ad articulandum eſt neceſſarius, & in beneficialibus datus vni cogit etiam alterum, ſecus in ordinarijs. pag.143. verſ. ad articulandum.

Terminus ad dicendum contra articulos, qualis ſit. pag.143. verſ. ad dicendum contra.

Terminus ad producendum omnia, quid importet. pag. 144. verſ. producendum.

Terminus ad dicendum contra producta eſt neceſſarius, & ſub illo ſunt producenda iura. pag.144. verſ. & dicendum.

Terminus ad declarandum, quid importet. pag.144. verſ. necnon declarandum.

Et quibus proſit. pag 145. verſ. iſte terminus.

Terminus ſubſtantialis ad iurandum de calumnia, quorum reſpectu præfigatur. pag.145. verſ. iſte terminus ſubſtantialis.

Termini ſubſtantiales per aſſertum procuratorem ſeruati, quando ſufficiant. pag.146. verſ. termini ſubſtantiales.

Termini ſubſtantiales quomodo extendantur, & ſeruentur per Notarium. pag.147. verſ. ſeruauit, vt ſupra.

Termini ſubſtantiales in ſecunda, & tertia inſtantia, quomodo ſeruentur. pag. 147. verſ. in ſecunda, & tertia inſtantia.

Termini ſeruandi ſunt in Rota tanquam in prima, licet cauſa ſit commiſſa in ſecunda inſtantia. pag.147. verſ. hic nota.

Termini ſubſtantiales in ordinarijs, qui ſint ſeruandi. pag. 148. vſque 151.

Termini quatuor habent vim peremptorij, & etiam Canonicæ monitionis. pag.149. verſ. iſtæ quatuor dilationes.

Terminus ad probandum, & probatum habendum, requirit, vt teſtes iurent, & deponant in termino. pag.152. in princ.

Terminus ad probandum ſi ſit lapſus, non excludit Iudicem quin ex æquitate poſſit recipere nouas probationes. pag.152. verſ. iſte tamen terminus.

Terminus præfixus à Iudice non incipit currere, niſi à die ſcientiæ. pag.152. verſ. quæ intimatio.

Terminus triginta dierum datur etiam condemnatis in Saluiano.

Et petitus habetur pro conceſſo.

Et debet ſuſcipi ſine vlla conditione. pag.226. in princ.

Teſtes pro recognitione manus an ſit neceſſe, vt interfuerint ſcripturæ. p.49. verſ. concurrentibus.

Teſtes examinati ſine iuramento non probant, niſi iuramentum fuerit remiſſum. pag. 48. verſ. viden. iurare teſtes.

Teſtes non iurant validè, niſi parte præſente, vel citata, & quando validè deponant extra articulos. pag.85. verſ. ſit hac citatio.

Teſtes

Teſtes debent reconduci, quando non fuerunt examinati ſuper interrogatorijs. pag.92. form.22. alias non probant. pag.93. in princ.

Teſtes affuturi, vel nouiter reperti, ſiue lis ſit mota, ſiue non, debent parte citata examinari, ne pereant probationes. pag.93. form.23.

Teſtes ad ſubijciendum ſe examini cogendi ſunt etiam in ciuilibus, ne veritas occultetur. pag.94. form.24.

Traditione transfertur poſſeſſio, & dominiū, quando non eſt nuda, & ex inutili etiam contractu poſſeſſio transfertur. pag. 128. verſ. item poſſeſſionem.

V

VEnia ad effectum agendi peti debet, & concedi. pag.40. form.18.

Vniuerſitas acquirit, & retinet poſſeſſionem per alios, quibus adminiſtratio commiſſa eſt. pag.126. verſ. vniuerſitas.

Vxor, quæ bona poſſidebat iure familiaritatis viuo marito cenſetur eo mortuo poſſidere iure ſuo. pag.129. verſ. vxor, quæ viuente.

FINIS.

ROMÆ,

Typis Ludouici Grignani, MDCXLIX.

Superiorum permiſſu.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

by Google